Secūdo ¶ Secundo: qꝛ ſingularitas non ſolū eſt ꝑor ſup poſitatiōe: ſed etiā eſt prior q̄ eſſe in ſe vel in alio ſic cōe prius eſt ſpeciali et rō entis rōe ſubſtātie ⁊ accidētis. ergo ſi ꝓpt̄ hoc pōt fieri ſingulare ſine ſuppoſitatione: qꝛ rō ſingularis ꝑor eſt rōe ſuppo ſiti. poterit fieri virtute diuina aliqḋ ſingulare qḋ nō exiſtat in ſuppoſito ꝓprio vel alieno qḋ ē falſum.

Tertio. ¶ Tertio: q2 nõ eſt manifeſtũ q̄ oĩ pri⁹ poſſit ab
ſolui a poſteriori ſuo ſm eſſe. Bñ eñ põt abſolui
ſm intellectũ a ſuo poſteriori. puta ſortes põt itel
ligi nõ itellecto accñte. ſ3 nõ ẽ mãifeſtũ q̄ ſortes
poſſet eſſe ſine quantitate: q2 vr̃ impoſſibile q̄ hõ
ſit ſine carnib⁹ et oſſib⁹: q2 ſunt de rõne ei⁹. 7. me
taphiſice. Oa autẽ et caro non pñt differre ſ3 for
mã ſubſtãtialẽ ſcḋm ponẽtes vnã tantũ formã
in hoĩe vel in cõpoſito ſubſtãtiali. ⁊ ita differũt p
formã accidentalẽ: ⁊ ita nõ põt eſſe materia hoĩs
ſine accidẽte: ⁊ maxime ſi aĩa ẽ forma corpis orga
Contra ſecũdã rõẽ3 Secundũ nici. ¶ Secũda etiã ratio declarat ꝓpoſitũ p q̄
dubiũ: q2 nõ eſt manifeſtũ: ſed creditũ ſolũ q̄ acci
dẽs poſſit in ſe ſubſiſtere. ¶ Jtẽ rõ dici patiẽ in
ſtantiã. Nã ĩpoſſibile eſt quãtitatẽ eſſe infinitam.
puta corp⁹ vt nũc ſupponiẽ ⁊ probatur iatis etia3
3. Phiſicoꝝ. et. 1. celi ⁊ mũdi. igr̃ eſt teris coñtiũ
et p ↄ̃ñs figuratũ: ⁊ tñ figura de quarta ſpẽ qua-
litatis et quantitas ſunt accidẽtia. quoꝝ vnũ nõ
eſt de intrinſeca rõne alteri⁹. eo q̄ ſunt accidentia
abſoluta q̃ ſunt diuerſoꝝ p̄dicamẽtorum ipẽs: ⁊
Tertium. p ↄ̃ñs impermixte eſſẽtie. ¶ Jte3 ſupponit q̄ rõ
ſuppoſiti ſit modus ⁊ accñs abſolutũ actu diſtin
ctũ a natura: q2 in ſe ſubſiſtit: cui⁹ oppoſitũ verũ ẽ
Cõtra tertiã rõem ¶ Tertia etiã ratio nõ valet. Nã dicerent phĩ q̄
ſubſtãtificare nõ põt ſeparari a rõne ſubiecti. ita
q̄ impoſſibile eſt ſm eos q̄ aliquid ſubſtantificet
alienã naturã niſi ſit ſubiectũ perfectibile tali na
tura. Unde Augu. 7. de trinitate. ca. 31. ⁊ habitũ
eſt ſupra primo libro. diſ. 8. Sicut ab eo qḋ eſt eſſe
appellatur eẽ: ita ab eo quod eſt ſubſiſtere ſubſtã-
tiam dicimus. ¶ Probant autẽ aliqui poſſibili
tatẽ ex parte dei aſſumẽtis cõfirmando rõnẽ illa3
prime opinionis ſic: q2 ad hoc q̄ aliquid habeat
actum alicui⁹ forme non oportet q̄ ſit illa forma
ſed ſufficit q̄ habeat virtutẽ illi forme conſimilẽ
exemplũ de luce q̃ põt calefacere: nec tñ h3 formã
caloris. ¶ Ad hoc igiẽ q̄ aliquid poſſit ſubſtãti
ficare naturã humanam non oportet q̄ ſit ſuppo
ſitum humanum formale: ſed q̄ habeat virtutem
humani ſuppoſiti. ſed ſuppoſitum diuinum h3 ex
cellentiori modo virtutẽ perfectionemq3 oĩs ſup
poſiti. Poteſt ergo humanã naturã ſubſtantifica
re nec oportet q̄ hoc fiat per inherentia3. tum q2
natura ſubſtantificata in ꝓprio ſuppoſito nõ ihe
ret: tum q2 ſubſtantificatio in ꝓpoſito eſt virtute
diuina: ⁊ ſic per illapſum ⁊ non per inherentiam.
cõtra tertiã rationem. ¶ Sed contra. Jſti inſtant: quia nulla res põt
dare actũ cauſe formalis niſi ſit illa forma vt ni-
chil poteſt dare eſſe viuũ niſi ſit vita: ſed eſſe ſuppo
ſitum nature ſuppoſitalis eſt act⁹ formalis vt na
tura hũana ſm ſuũ eſſe: nec ſeipſa formaliter ſub
ſiſtit. ergo cũ diuinũ ſuppoſitum non ſit formali
ter ſuppoſitum humanũ. l3 virtute actiua conti-
neat oẽm perfectionem ſuppoſiti: non ſufficiẽter
Secundo videtur ꝓbari q̄ ex tali continẽtia poſſit naturã
humanam ſubſtantificare. ¶ Secundo q̄ aſſum
pta ꝓpoſitio h3 veritate3 de actu qui eſt a cauſa
agente. vt p3 in exemplo de calefaciente qḋ eſt a
calore. vt a principio actiuo quẽ continet lux vir-
tualiter ⁊ effectiue: ſed ſubſtantificare naturã hu
manam non eſt actio verbi: q2 cum opera trinita
tis ſint indiuiſa et de trini. ⁊ in enchiri. tunc tota
trinitas ſubſtantificaret naturam humanã. et ſic
tota trinitas eſſet homo quod falſum eſt. ergo ra
Tertio tio non valet ad propoſitum. ¶ Tertio quia pro

tanto natura ſubſtantificatur in proprio ſuppoſi-
to: quia ſunt idem re natura et ſuppoſitũ. ita q̄ ſi
aliud eſt natura aliud eſt ſuppoſitu3. ⁊ iterũ quia
tunc prius non inheret poſteriori. et ſingularitas
nature ẽ ſm iſtos ſicut prior ꝓprio ſuppoſito: ideo
natura non inheret proprio ſuppoſito. non eſt au
tem ſimile de natura q̃ ſubſiſtit in alieno ſuppoſi
to priori ſe ſicut accidẽs: q2 eſt poſterius ſuppoſi-
to ſubſtantie. et in eo ſubſiſtit neceſſario per inhe
rentiam: q2 non conuenienter ꝓbatur q̄ natura ĩ
alieno ſuppoſito ſubſtantificata non inhereat: q2
natura in proprio ſubſtantificata nõ inheret
¶ Quarto quia falſum eſt quod ſupponitur ab Quarto.
iſtis: ſc3 q̄ ſubſtantificatio in ꝓpoſito ſit virtutis
actiue actio vt dictum eſt. ¶ Quinto q̄ ↄ̃ña nõ Quinto.
eſt bona quã faciunt ſi dicta ſua alibi tenẽãt. Cõ
cedunt eñ q̄ forma alicui⁹ eſt principiũ actiuum
in ipſum: vt grauitas eſt principiũ actiuũ mouen
di in graui. ergo hoc non valet ſubſtantificatio eſt
a virtute actiua. igitur non per inherẽtiam: quia
mouere grauis eſt in virtute actiua: et tamẽ inhe
ret graui. etiã motus inheret hñti virtutẽ actiuam impugnat auctor obiectiões factas cõtra dicta durãdi.
¶ Suſtinẽdo autẽ opinionẽ. ad primã cõtra pri
mam dicendũ q̄ iſta ſolutio videẽ eſſe fidei impu
gnatio: q2 ſi verum eſſet qḋ aſſumunt: impoſſibile
eſſet qḋ fides credit. Si enim hec hũanitas et hu
manitas ſubſiſtens ſe haberẽt ad inuicem ſicut ſe
habent humanitas et hec hũanitas que nõ dñt
niſi ſicut ſuperius et inferi⁹ ↄcepta in vniuerſali
et particulari. Tũc ſicut de⁹ nõ põt facere huma-
nitatem q̃ non ſit hec: vel nec hanc humanitatẽ q̃
non ſubſiſtat: cui⁹ contrariũ ponit articul⁹ de in-
carnatione. ¶ Dicendũ ergo q̄ ſubſiſtentia ad Ad p̃mu3 cõtra primã rõne3 durandi.
ſubſtantiam ſingulare3 addit rem vel modũ rea
lem: et non ſe habẽt ſicut ſuperi⁹ et inferi⁹: nec ſi-
cut cõcept⁹ vniuerſalis et particularis. cũ vtere3
ſit ſingularis. ¶ Ad ſecundã rationẽ dicendum Ad ſecũã
q̄ nõ ſequiẽ: q2 in vno implicaẽ ↄtradictio: ſc3 eſſe
nec in ſe nec in alio. Jn alio autẽ non. ſc3 eẽ actu
in alio et aptitudine nõ in alio ⁊ ecõuerſo: ſicut
patebit in tertia declaratiõe p ſiẽ de figura ⁊ re-
ctitudie. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q̄ itẽ nimis ſeip3: q2 Ad tertiũ
oĩs caro et corp⁹ organicũ ĩ ſuo itellectu icludũt
eſſentialiter accidẽtia. ergo nõ ſũt de q̃dditatiua
diffinitiõe hoĩs. Unde dicẽdum q̄ iſta poſſunt ac
cipi tripliciter. Uno modo ꝓut includũt eſſentia
liter formas accidẽtales: ⁊ ſic ſine eis poteſt de⁹
facere hominem: nec ſic ſunt de ei⁹ diffinitione.
¶ Secundo ꝓut includunt non formas acciden
tales eſſentialiter: ſed actualiter reſpectũ ⁊ cõiũ
ctionẽ ad eas: et nec ſic ſunt de diffinitione: et ſic
deus poteſt facere hoĩem ſine iſtis ¶ Tertio mõ
ꝓut includũt aptitudinalẽ reſpectũ ad iſta: et ſic
ſunt de diffinitione hominis: nec poteſt hõ fieri
ſine illis: q2 ſicut nõ poteſt fieri accidens ſine ap-
titudine ad ſubſtantiam: ſic nec natura ſubſtãtia
lis completa ſine aptitudine ad ſubſiſtere3 ad ſub
ſtare accidenti proprio.. ¶ Ad primu3 contra ſe Ad p̃mu3 contra ſecũda rõe3
cundam rationem dicendum eſt q̄ hoc eſt impro
bare modum apoſtoli qui vnum articulum ſicut
reſurrectionẽ nr̃a3 ꝓbat per reſurrectionem chri
ſti et Grego. q̃ ꝓbat q̄ venit ad diſcipulos ianuis
clauſis: p hoc q̄ exiuit ad nos clauſo vtero v̄gis.
¶ Preterea nõ eſt verũ q̄ illud ſit ignotius vel
eque ignotum. Cõſtat enim q̄ accidens a ſubie-
cto differt etiã realiter et p̄dicamentaliter etiam

ſm eos:ſed ſuppoſitū nō differt a natura ꝓpria
ꝑdicamētalr:immo ſunt eiuſdē gn̄is ⁊ ſpeciei. vñ
multū ignoti⁹ eſt quō pōt eſſe natura ſine ſuppo-
ſito ꝓprio cū quo facit vnum per ſe q̄ꝫ accidēs ſine
ſubiecto cū quo nō facit vnū niſi ꝑ accidēs. maxi
me cū ſm naturā poſſit eſſe ſubiectū ſine accidēte
ꝓprio vt aqua calida: nō autē natura ſine ſuppoſi
to ꝓprio nec ecōuerſo: ſed bene verū eſt ꝙ lꝫ plus
differat accidēs a ſubiecto q̄ꝫ natura a ſuppoſito
ꝓpter quod ſeparatio iſta eſt maior illa. tñ ite pa
rum differt accidēs a ſua inherētia q̄ reſpicit ſub
iectū et includit: ⁊ ideo bene eſt ſile: qꝛ ſi de⁹ pōt
ſeparare accidēs ab inherētia. ꝑ ꝯñs naturaꝫ ſub

Ad ſcdm.

ſtātialē a ſubſiſtētia ꝓpria. ❡ Ad ſecūdū dicēdū
ꝙ ſicut corp⁹ nō poteſt eſſe ſine figura: ſed pōt eſſe
ſine figura debita ſue nature. ſic ens non pōt eſſe
ſine aliquo mō eſſendi: ſed pōt eſſe ſine mō eſſendi
ꝓprio cū modo eſſendi ſibi extraneo. Mod⁹ ergo
ꝓprius ſubſtātie ⁊ accidētis eſſendi. ſcꝫ eſſe i alio
et nō in alio. non ſolū eſt eis habitualis: ſed etiā
actualis ſm ſolitū curſum nature: ſed de⁹ qui po
teſt ſeparare ꝓpriū accidēs vel ꝓpriā paſſionem
a ſubiecto pōt vtrūq̄ꝫ: et qua rōe pōt facere cōtra
naturā alteri⁹ et eadē rōne et aliud. cū nō ſit ma
gis extraneum ſubſtantie inexiſtere q̄ꝫ accidenti
ſubſiſtere cū etiā vna ſubſtantia naturaliter inexi

Ad tertiū

ſtat ſine materia et forma. Jlla etiā q̄ nata ē ſubſi
ſtere ſicut aīa rōnalis. ❡ Ad tertiū dicendum ꝙ
auctores illi non intēdūt ꝙ ſuppoſitū differt a na
tura accidēte abſoluto: nec etiā diſticta re: ſꝫ mō
reali nō faciēte ꝯpoſitionē ſicut ponūt eſſe differ
re ab eſſentia. Si eñ ens: eſſētia: ⁊ exiſtere: eſſent
penitus idem re et modo reali. ſicut in cōpoſito
ſunt due eſſētie: ſic eēnt duo exiſtētia: ſed pōt dici
ꝙ totū exiſtere ſit ſola forma: qꝛ exiſtētia cōpoſi-
ti eſt q̄d conſequēs formā in materia ſicut mod⁹
rei: non ſicut res differēs. ❡ Ad illud quod dicit
cōtra tertiā rōnē. dicendū ꝙ ſubſtātificare non eſt
de rōe ſubiecti: cū materia ſit ſubiectū forme quā
non ſubſtantificat: ſed poti⁹ ecōuerſo. ❡ Ad pri

Ad pmuz cōtra tertiā rationem.

mū ergo dicendū. Primo ꝙ iſta inſtantia ſi verū
eſt ꝙ aſſumit deſtituit fideꝫ: qꝛ ſi ſuſtētare accidēs
et ſubſtātificare ſubſtātiā ſunt effectus formales
ſubiecti ⁊ ſuppoſiti ꝓprij ſicut eſſe albū albedinis
ſicut deus nullo modo pōt facere albū ſine albe
dine ſic nec accidēs ſine ſubiecto nec naturā ſine
ſuppoſito ꝓprio. Dicendū eſt ergo ꝙ neutrum eſt
effect⁹ formalis ſubiecti vel ſuppoſiti qꝛ illud qđ
ſe hꝫ in rōne informati non informantis non pōt
eſſe cauſa formalis: ſed ſubiectū reſpectu accidē
tis et ſuppoſitū reſpectu nature ꝓprie ſe habēt in
rōne iformati nō iformātis: qꝛ natura eſt forma
ſuppoſiti: et accidēs ſubiecti ergo nichil qđ tribu
at ſuppoſitū nature vel ſubiectū accidēti pōt dici
effect⁹ eius formalis. Uel dicendū ꝙ de⁹ nō pōt
facere accidēs inherere ſine ſubiecto nec ſubſtan
tiā ſubſiſtere ſine ꝓprio ſuppoſito: qꝛ tūc illa hꝫit
ſe formalr ad illa: tñ poteſt facere accidens ſine
ſubiecto: ſed tunc non inherebit. et iterū ſubſtan
tiam ſine proprio ſuꝑpoſito: ſed tunc nō ſubſiſtet.
Unde illud eſſe quod hꝫ accidēs in ſacramēto nō
eſt inherere niſi aptitudie. Et illud eſſe qđ habet
humanitas in xp̄o nō eſt ſubſiſtere actu. ſed ſoluꝫ
aptitudine et virt⁹ qua ſuſtentat accidēs in ſacra
mento nō eſt cā formalis nec ſubſiſtere quod cōli-
catur humanitati xp̄i eſt idē cū ſubſiſtere formali

hūanitatis ſi ſeparet. vnde i neutro miraculo ſit
effect⁹ formalis ſine cā formali. ❡ Ad ſecūdum

Ad ſcdm.

dicēdū ꝙ ſubſtātificare naturā aſſumptā non pōt
eſſe act⁹ cauſe formalis: qꝛ de⁹ nō pōt eſſe cā for-
malis: et iō vel opꝫ ponere q̄ntā rām: vel opꝫ dice
re ꝙ ſi eſt effect⁹ cauſe reducit ad cām efficiētem
vl finalē. Vñ q̄cquid ibi attribuit eſſentie eſt cōe
trib⁹: et hoc hꝫ rōnē cauſe efficiētis. Qđ aūt pro
prietati attribuat et pſone vni hꝫ rōem finis non
cui⁹ qꝛ iſte eſt cōis trib⁹: lꝫ quo q̄ pōt eſſe ꝓprius.

Ad tertiū

❡ Ad tertiū dicēdū ꝙ illđ qđ vere eſt nulli acci-
dit vñ hñ ſequit ſi natura ē ſubſtātia pfecta ꝙ nō
inheret nature ꝓp̄o nec alieno ſuppoſito q̄uis ei⁹
quod eſt nō inherere poſſit eſſe alia rō i ꝓprio ſup
poſito. puta idēptitas ⁊ i alieno. puta actualitas
pura q̄ nulli ſubſtat: ſed cū hec eſt cōis cā ipoſſibi
litas ē ex pte nature q̄ ē ſubſtātia pfecta. ❡ Ad

Ad q̄rtuꝫ

quartū iam rñſum eſt ꝙ ſubſtātificatio nō eſt effe
ctus alicuius cauſe formalis que ſit deus: ſed eſt
effectiuus vel finalis: quia nec de⁹ eſt cauſa forma
lis extrinſeca vnq̄ꝫ nec materialis. ❡ Unde
terminatio ad eſſentiam eſt habitudo cauſe effici
entis ⁊ finalis ſimpliciter que ē finis. gratia cui⁹
ad ꝓprietatē cauſe finalis ſm q̄d vt finis quo ad
pſonā autē vtriuſq̄ꝫ. ❡ Ad q̄ntū dicēdum ꝙ vna

Ad q̄ntū

forma reſpectu alteri⁹ in eodē ſubiecto pōt hꝫre
rōem ꝑtutis actiue ſed reſpectu ſuiipſius ꝙ faci
at ſe in ſubiecto nequaq̄ꝫ vñ cū ſubſtātificatio vel
vnio eſſentialr nō dicat aliquē effectū mediū inť
aſſumentē et aſſumptū pſona q̄ ſe hꝫ actiue nō pōt
ſe hꝫre formalr q̄ſi faciat ſe informare naturā aſſū
ptā et ecōuerſo ꝙ ſubijciat ſe nature aſſumpte: qꝛ
idē ſimplex non facit ſe ꝑ ſe ⁊ imediate formā ſub
iecti nec ſubiectum forme. ❡ Tertia declaratio

Tertia declaratio.

talis eſt: qꝛ aut ſuppoſitū ⁊ natura differūt realr
ſicut diuerſe res abſolute. aut nō. Si p̄mo mō ita
ꝙ alia res ſit ſubſiſtere a ſubſtantia qđ addit ſup
poſitū ſupra naturā. alia iherere ab eēna accñtis:
tūc planuꝫ eſt ꝙ de⁹ pōt ea ſepare illo mō q̄ fides
ꝑdicat i iſtis duob⁹ articlis: qđ pꝫ ꝑ ſile. Dicit eñ
cōit ꝙ corp⁹ ⁊ figura. linea / ⁊ curuitas / vl rectitu-
do dñt realiter ſicut q̄ntitas ⁊ q̄litas ⁊ ꝓpa paſſio
et ſubiectū illi⁹. Nihilominus tñ qꝛ figura eſt res
q̄ntitati et diuerſa figura diuerſa res ꝯtradictio
eſſet ꝙ eſſet q̄ntitas finita ⁊ nō hꝫret aliquā figurā
qꝛ ſi finita. ergo terminata. ſi nō terminata figura. ergo nō
terminata. et ſilr ſi eſſet linea q̄ non eſſet recta vel
curua eēt ꝯtradictio manifeſta: qꝛ rectum eſt cui⁹
mediū nō exit ab extremis curuum cuius mediū
exit ab extremis. ꝙ autē nec exeat nec nō exeat ē
ꝯtradictio. et ideo de⁹ nō pōt facere corp⁹ finituꝫ
ſine figura: nec linea eſt quin ſit recta vel curua:
qꝛ eſſet ꝯtradictio ⁊ nō qꝛ nō differrēt realr: ſꝫ poſ
ſet facere corp⁹ qđ naturalr hꝫ vnā figurā ſupna-
turalit̄ aliā ſicut celū qđ ē circulare facere q̄dra
tū. aut q̄drāgulū. aut lineā que naturalr eſt curua
rectā vl ecōuerſo. qꝛ ex q̄ dñt re abſoluta ⁊ actua
li nulla ē ꝯtradictio vnū mutari: altero nō muta
to: qꝛ ꝯtradictio ē vni⁹ ⁊ eiuſdē ſꝫ idē. Silr i ꝓpo
ſito ſi dñt realiter accñs ⁊ ei⁹ inherētia. ſubſtan
tia et ei⁹ ſubſiſtentia: ⁊ ꝑ ꝯñs ſuppoſitū ⁊ natura
de⁹ nō poſſet facere ꝙ accidens vel ſubſtātia eſ-
ſent: nec ſubſiſterent nec inexiſterēt. nō quia reali
ter non differant ſubſiſtere et ſubſiſtens in crea-
turis aut inherere et inherens: ſed quia contradi
dictio eſt ꝙ aliq̄d exiſtat ⁊ ſubſiſtat: neq̄ꝫ exiſtat;

quia hoc eſſet nec eſſe in alio nec non eſſe in alio:
et tamen eſſet ideo deus hoc nõ põt: ſed ſubſtãtiã
cui naturale eſt eſſe non in alio deus põt facere in
alio: et accidẽs cuiꝰ natura eſt eſſe in alio deꝰ põt
facere nõ in alio ſuppoſito: qđ eſſe in alio ⁊ eſſe nõ
in alio differãt realiter ab ipſo qđ eſt in alio: vel
quod eſt in non alio. ¶ Videt̃ autẽ ꝓbabile mul
tis ꝙ realiter differãt accidẽs ⁊ ſua inherẽtia ſub
ſtantia ⁊ ſubſiſtentia ſua: et ꝑ ꝯñs ſuppoſitũ et na
tura in creaturis: q: ſubſiſtere includit ſuppoſitũ
ſuper naturã. et hoc patet ſic: q: effectꝰ differt rea=
liter a ſua cauſa in oĩbꝰ in quibꝰ cauſa et effectus
differũt ꝓprie et realiter: q: cauſa eſt ad cuiꝰ eſſe
ſequit̃ aliud. nec idẽ eſt cauſa ſuiipſius: q: differũt
relatiue: nec idẽ refert̃ ad ſeipſum etiã in diuinis
vnde vere relatiua ſunt vere et realiter differẽtia
cũ ergo cauſa formalis ſit cauſa ꝓprie et realiter
dicta et eſſe ſit effectꝰ forme ꝓprie et realiter dictꝰ
et per ꝯſequẽs eſſe quod eſt inherere ſicut effectꝰ
accidẽtis ⁊ ſubſiſtere ſicut effectus nature ſubſtã
tialis: q: ſicut inherere cõſequitur accidẽs ĩ ſub=
iecto: ſic ſubſiſtere cõſequit̃ eſſentiã in ſuppoſito
ſicut effectꝰ formalis eſſentie. ſicut eñ hõ eſt albꝰ
albedine formaliter: ſic hõ ſubſiſtit hũanitate for
malr̃ et nõ ecõuerſo. ideo tam inherere differt ab
accidẽte ꝙ̃ ſubſiſtere a natura ſubſtantie realiter:
nec ſequitur. Si deꝰ nõ põt facere effectum cauſe
formalis ſine illa: puta albũ ſine albedine: qđ nõ
poſſit econuerſo: q: cauſa eſt prior effectu. Poteſt
autẽ prius eſſe ſine poſteriori magis ꝙ̃ ecõuerſo:
et plus depẽdet effectꝰ a cã ꝙ̃ ecõuerſo. Põt igit̃
deꝰ accidẽs facere ſine inherẽtia ⁊ ſubſtantiã ſine
ſubſiſtentia: ꝙ̃uis non ecõuerſo ſubſiſtentiã ſine
ſubſiſtente vel inherẽtiã ſine inherere. ¶ Si autẽ
eſſe nõ differat ab eſſentia realr̃ ſicut due res: tunc
videtur quibuſdã ꝙ diuina virtute nõ poſſunt ſe=
parari. ſic ſcz ꝙ natura ſit ſine ꝓprio ſuppoſito:
aut accidẽs ſine ſubiecto ⁊ aliquãdo mihi viſũ eſt
propter duo. ¶ Primo q: illa q̃ ſunt vna res abſo
luta et limitata nõ poſſunt ſeorſum manere ⁊ cor=
rumpi: ſed q̃ ſunt vnũ ⁊ idẽ ſimul generant̃ ⁊ cor=
rumpũtur. Qđ eñ realiter corrumpit̃ realiter nõ
manet: ⁊ qđ realiter generat̃ realiter eſt. Affirma
tio autem ⁊ negatio nõ verificãt̃ de eodẽ. Propt̃
quod impoſſibile eſt de eadem re abſoluta ⁊ finita
ꝙ realiter maneat ⁊ non maneat: q: tunc eſſet res
manens ⁊ nõ manẽs: ⁊ ſic res ⁊ nõ res. Cum autẽ
ſit incarnatio natura humanitatꝭ manet realiter.
ſuppoſitũ ꝓ̃o ⁊ ſubſiſtentia eiꝰ nõ manet realiter
q: ſi diceremꝰ ꝙ manent ſuppoſitũ ⁊ ſubſiſtentia
ſm̃ rem ⁊ non ſm̃ rõnem aut ſm̃ nomen aliud cẽt
ſed dicimus ꝙ non manet nec eſt ibi realiter niſi
vnũ ſuppoſitũ increatũ ⁊ vna ſubſiſtentia ĩcreata
Et ſimiliter in ſacramẽto altaris: dicimꝰ ꝙ acci=
dẽs realiter nõ inheret ⁊ ꝙ nec inherentia nec res
inherẽtie ibi manent. cum tamen eſſentia acciden
tis eadẽ numero remaneat. ergo differũt ſubſtan
tia ⁊ ſubſiſtentia natura ⁊ ſuppoſitũ realiter. ⁊ ſilr̃
accidens ⁊ inherentia. alĩs ĩpoſſibile eſſet iſta duo
ꝟificari: niſi illa differrent: q: niſi realiter differ=
rent cũ vtrũq; ſit abſolutũ ⁊ finitum nõ poſſent ſe
parari. ¶ Dico autẽ res vna abſoluta ⁊ limitata
q: de eſſentia et relatione diuina verificantur op=
poſita: ſcz cõicabile incõicabile: q: eẽna ẽ vnũ cum
relatione oppoſita: cũ qua relatio non poteſt eſſe
vnũ ſz illđ eſt vel ꝓpter abſolutũ et relatũ vel ꝓpt̃

Aliqbꝰ ẽ probabile ꝙ realiter dĩnt accidẽs et ſua inherẽtia ſubſtãtia ⁊ ſua ſubſiſtentia.

Si eſſe nõ differat realiter ab eẽna ſicut due res vr̃ aliqbus ꝙ diuia ꝟtute non põt ſeparari: ſic ꝙ natura ſit ſine ꝓprio ſuppoſito ⁊ accidens ſine ſubiecto.

infinitatem Neq; in creaturis eſt inſtãtia de illis
que ſunt vna res abſoluta ⁊ limitata: ꝙ affirma=
tio et negatio verificent̃ de ipſis. vnde cũ ſubſiſtẽ
tia ſit qđ abſolutũ cũ dicat ꝑfectionẽ ſimpliciter ⁊
ſimiliter ſubſtantia dicat̃ ad ſe ſi nõ differũt realit=
ter ꝑ cõſequẽs ſunt vna res abſoluta ergo nõ põt
eſſe ꝙ vnũ maneat alterũ nõ. De inherentia autẽ
accidẽtis abſoluti licet includat relationẽ ad ſub
iectum: tñ eũ accidẽtis eſſe eſt in eſſe opz ꝙ omne
accidẽs cuiꝰ eẽna eſt abſoluta eiꝰ eſſe ſit abſolutũ
q: eſſe et eſſentia ſunt vniꝰ generis: ⁊ ideo accidẽs
et ſuũ ineſſe ſi non differũt re ſunt vna res abſolu=
ta ⁊ finita: ideo vno manẽte alterũ manet.
¶ Secundo ꝓbatur idẽ ſic: q: quecunq; vni ⁊ ei=
dem ſunt eadẽ inter ſe ſunt eadẽ ſi ſint finita ⁊ ab=
ſoluta et ꝑ oppoſitum quecunq; differunt inter ſe
realiter ſi ſunt finita et abſoluta: differunt in quo=
cunq; alio realiter: ſed ſubſiſtentia et exiſtẽtia ſub
ſtantie et accidentis differunt inter ſe realiter: ſi
ſunt tranſmutabilia adinuicem. ergo ſi non diffe=
runt realr̃ ab eẽna ſubſtantie et accidẽtis ſunt idẽ
illi. ꝙ autẽ differunt realiter ſi ſeparant̃ hoc appa
ret: q: illa eſt drña realis q̃ conuenit ſine oĩ opera
tione intellectus eſſentie rei. ſi autem verũ eſt qđ
fides ꝓ̃dicat accidens ante cõſecrationẽ inherere
poſt conſecrationẽ non inherere et humanitatem
aſſumptã iexiſtere cũ ſuo ſuppoſito ſe habere ali=
ter et aliter circũſcripta operatione intellectus
ergo differũt realiter inherere accidẽtia ⁊ eiꝰ ſub
ſiſtentia: ⁊ ſubſiſtentia ſubſtantie ⁊ eius inexiſten
tia: ⁊ ꝑ conſequens iſta differunt realiter ab ipſis
eſſentijs quare ipoſſibile videt̃ ſeparari iſta ab in=
uicem eodẽ modo quo fides ꝓ̃dicat niſi differant
realiter. Si enim nõ differãt realiter ſubſtantia ⁊
ſubſiſtẽtia accidens ⁊ inherentia ⁊ ꝑ ꝯſequẽs non
differrẽt ſubſiſtere ⁊ inexiſtere. Si autẽ nõ differ=
rent realiter ſubſiſtere ⁊ inexiſtere. ergo nõ ẽ diffe
rẽtia nec mutatio realis cũ de inexiſtente fit ſubſi=
ſtens vel econuerſo: ſed ſolũ ſm̃ rationẽ: ⁊ ſic non
eſt merũ eẽ reale ſed ſolũ rõnis quod eſt hereticũ.
Si eñ dicatur ꝙ immo deus fit realiter de nõ cre
ante creans de nõ ſubſtantificante ſubſtantificãs
et creare et non creare et ſubſtantificare et nõ ſub
ſtantificare: differunt realiter inter ſe: nec propter
hoc differũt a deo et ſimiliter aiam coniunctã in=
formare ſeparatã nõ informare differunt realiter
ſine operatione intellectꝰ. nec tñ ꝓpter hoc diffe=
runt ab aĩa q: aĩa ſeipſã informat ⁊ pari rõne ꝙ
videt̃ eſſe ſeipſa iexiſtit vel ſubſiſtit ꝙ̃uis inexiſte
re ⁊ ſubſiſtere differant. Nõ vz: q: dei operatio in
creatura eſt tranſiẽs nõ manens. Unde ſicut dif=
fert inter ſe ſic a deo: ſed non ponit mutationẽ in
deo: ſed in creatura. Similiter informatio aĩe dif
fert a ſua ſeparatione et ſi nõ ex ꝑte aĩe: ſaltem ex
parte corporis in quo ponit potentias ⁊ alia acci
dentia: ſed inexiſtere vel ſubſiſtere realiter deno=
minat intrinſece illud quod inheret vel inexiſtit
vel ſubſiſtit ⁊ non alterius: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs ſi differũt
inter ſe: differunt ab illo. ¶ Alijs autẽ videtur ꝙ
eſſe ⁊ eſſentia non differant ſicut due res abſolute
nec in ſubſtantia nec in accidẽte. alĩs xp̃s non eſſet
perfectꝰ hõ ſi ſubſiſtere adderet ꝑfectiones ſuper
humanitatẽ quod eſt contra athanaſiũ in ſymbo=
lo et contra illud in epiſtola damaſi. propter qđ
habet̃ in tripartita hiſtoria interpretatur nono li
bro. cap̃. xv. vbi dicitur hũc ſcz xp̃z. ſi quis de dei=

Alia opi. ꝙ eẽ ⁊ eſſẽtia nõ differũt ſicut due res abſolute.

tate ſiue humanitate minus aliquid dixerit habuiſſe plen⁹ ſpiritu diaboli gehenne ſemetipſum filium demõſtrabit. Unde ſubſiſtere videt̃ eſſe modus eſſendi ſubſtantie inherentia accidẽtis inexiſtentia partiũ ſubſtantie. Dico modus eſſendi differens realiter ſicut modus a re non ſicut res a re ſcꝫ faciens ꝯpoſitiõez. Unde qꝛ non eſt res vocat̃ aliqñ nihil qñ dr̃ iter formas ⁊ materiã accidens et ſubiectum nullũ cadere mediũ: cũ tamẽ immobilis inherentia aut cõiunctio ſit media. Nec obſtat qꝺ dictum eſt ꝙ effectus differt a cauſa qꝛ hoc eſt verum: ſed nõ eſt verũ ꝙ eſſe qꝺ reſultat ſicut effect⁹ formalis a forma ſicut aliqꝺ tertium deſcendens a forma et materia et cõpoſito vel ſubiecto: ſed eſt aggregatũ ex vtraqꝫ qꝺ realiter differt ab vno ꝓpter alterũ. ¶ Unde ſciẽdũ ꝙ ſicut deus poteſt facere et facit aïam ſine hoïe vt qñ ſeparatur: qꝺ tñ eſt eſſe formale ſine effectu formali ſm id qꝺ eſt non ſm ꝙ cauſa formalis eſt: ſicut poteſt facere albedinẽ ſine eſſe albo ſed non albedinem i ſubiecto: ⁊ ſimiliter poteſt facere accidẽs ſine inherere: ſed non accidens in ſubiecto. Cãm eñ ſm qꝺ cauſa eſt ponere ſine effectu eſt cõtradictio. Non autẽ ſm id qꝺ eſt forma aut ſm qꝺ actu cauſa eſt. Unde ponere formã in materia ſine hoc ꝙ ſequatur effect⁹ formalis eſt ponere cauſam vt cauſam ſine effectu. Cum igit̃ in xp̃o ſit anima: in corpore effectus formalis non eſt ſubſiſtere: ſꝫ eſt eſſe hoïem ꝙ nulla virtute impediri põt. Subſiſtere autẽ eſt modus eſſendi cõſequens ſm curſum quem de⁹ mutare põt. ¶ Suppoſito ergo ꝙ ſubſiſtẽtia nõ differat re abſoluta a ſubſtantia nec inherentia ab accidente. Adhuc põt declarari ꝙ deus poteſt iſta ſeparare ſicut facit in duobus miraculis de quibus nũc loquimur: qꝛ qꝺ ſimul et ſemel cõpetant oppoſita eidẽ ſm idẽ re vel eſt impoſſibile vel eſt ꝓpriũ rei infinite ſm cõiter tenẽtes ꝙ eſſentia ⁊ relatio ſũt idem re: ⁊ tñ eẽntia cõicatur ⁊ relatio non: ſed ꝙ ſucceſſiue affirmatio ⁊ negatio cõpetant eidẽ rei ſm idem re: non ſoluꝫ miraculo: ſed natura eſt poſſibile. Natura quidẽ patet i materia et ſubſtantia: q̃ vna numero ſucceſſiue ſuſceptibilis eſt ꝯtrarioꝝ. ꝙ ergo ſubſtantia ⁊ accidẽs et q̃tum ad eſſentiã ⁊ q̃tuꝫ ad eſſe ſit in alio. ⁊ ſic inhereat vel inexiſtat. poſt ea ſit per ſe: ⁊ ſic ſubſiſtat nulla cõtradictio eſt. ¶ Ad rationẽ primã dicendũ ꝙ iſta eadẽ res q̃ eſſet ſuppoſitum ſi derelinquatur illa manet ⁊ non eſt ſuppoſitũ ſed natura q̃diu aliunde ſuſtẽtatur: et ſimiliter res q̃cũqꝫ abſoluta nata iherere ipſa manet ſubſtracto ſubiecto ſed non eſt iherẽs qꝛ iherere ſup eſſentiã ⁊ eſſe accidens connotat ſubiectum coniunctum ſuſtentans qꝛ inherere eſt in alio eſſe depẽdent̃ ſine quo non ſaluatur ratio inherenãi. Suppoſitũ ꝓ° icludit ſubſiſtere oppoſitũ vel quod eſt inherere ⁊ iexiſtere partis ſubſtantialis. Dicit eſſe ꝓpria virtute et naturaliter actu exiſtentem in eſſe ꝑfecto ita ꝙ ſuppoſitũ nõ conſtituat̃ ꝑ negationẽ que eſt nõ eſſe in alio. aliꝯ accidens in altari eſſet ſuppoſituꝫ ſed ꝑ potentiã ei⁹ qꝺ eſt ꝓpria v̇tute ſubſiſtere vel exiſtere ad quã ſine dubio ſeq̇t̃ negatio hui⁹ quod eſt eſſe in alio. Et poteſt poni exemplũ in illis que coniunctione fuerũt vnũ cõtinuũ ſine generatiõe noua vt multi dicũt et diuiſione ſiũt duo ſine corruptione et generatione ſm eos. Quando ergo vna aqua diuiditur in duas ſiũt duo ſuppoſita nova nullo reali ſuperaddito niſi ꝙ pars que prius exiſtebat v̇tute q̃ſi toti⁹ ꝯtinui non ꝓpria nũc exiſtit virtute ꝓpria ⁊ econuerſo: qñ coniunguntur deſinit q̃libet eſſe ſuppoſitũ ꝑ ſe: qꝛ deſinit queliꝫ ꝓpria virtute exiſtere ita ⁊ in ꝓpoſito.

Suppoſito ꝙ ſubſiſtẽtia non differat re abſoluta a ſubſtantia adhuc poſſit ſepari diuina virtute.

Ad rões factas cõtra dicta.

¶ Ad ſecundũ dicendũ ꝙ oĩs differentia que eſt preter opationẽ intellect⁹ eſt realis: ſed realis differentia poteſt intelligi tripliciter. ¶ Uno mõ qꝛ eſt duarum rerum: et hoc non opꝫ. Uiſus enim et cecitas differũt realiter: qꝛ ex natura rei. Etiã ſi nullus eſſet intellect⁹ nec ſciret nec tñ ſunt due res ſed res ⁊ rei ꝓ̇uatio ſicut ens ⁊ nõ ens. ¶ Secũdo mõ differũt aliqua realiter qꝛ vnũ ẽ res vna. alterum rei priuatio ⁊ negatio: ſicut modo exemplificatũ eſt de morte et vita et de ente et non ente vt patet. ¶ Tertio modo differũt aliqua realiter extrinſece: qꝛ vnũ includit aliquã rẽ. Aliud autẽ nõ includit ſed excludit illã realiter: ⁊ ſic differũt realiter accidens inherens et ſubſiſtens ſubſtãtia inexiſtens et ſubſiſtens. Non ꝙ intrinſece aliquã rem includat vnũ quod non aliud: ſed extrinſece vnũ connotat rem aliquã quã non aliud: ⁊ hoc ſufficit ad realem mutationem: vt ſi vltima ſpera moueretur et aliter ſe haberet nec tamen aliam ⁊ aliã rem acquireret ſaltem que eſſet vel locus vel vbi. Multomagis autẽ accidens in ſacramento altaris mutatur realiter licet non acquirat nouã rem que eſt ſubſiſtere: qꝛ deſinit coniungi rei cui cõiungebatur realiter. et ſimiliter ſi humanitas aſſumpta dimitteretur mutaretur realiter: qꝛ deſineret eſſe realiter coniuncta vere rei ⁊ ſic ſe haberet aliter nunc et prius: lꝫ non acquireret̃ nouũ eẽ reale.

Ad ſcđm. Drĩa realis tripl'r põt itelligi

¶ Ad primũ dicendũ pro queſtione ꝙ incarnatio cõpetit deo ex tẽpore. non ex mutatiõe ſui: ſꝫ creature que dum aſſumitur mutatur non ſecundũ aliquam formã abſolutã: ſed dicit̃ mutari inq̃tũ ſuſcipit nouũ modũ eſſendi cũ ꝓ̇uatiõe ꝓpriꝫ modi. ⁊ ſi dicatur ꝙ iſte modus non dicit niſi quãdã relationẽ ad quã non poteſt eſſe actio. Dicendum eſt ꝙ verũ eſt de actione creature que non attigit ad reſpectũ niſi ꝑ fundamẽtũ ꝓpter determinationẽ ſuam in modo agẽdi. Deus autẽ põt imediate ſup modũ rei influendo vel ſubtrahẽdo ſicut ei placet ¶ Ad ſecundũ qñ dicit̃ ꝙ ꝑfectiſſimũ nõ eſt alteri vnibile verũ eſt ad ꝑfectionẽ acquirendã: qꝛ nichil acquirere poteſt: ſed ad cõicandũ magis vniri poteſt q̃ aliquod aliud: qꝛ q̃to eſt perfectius: tanto magꝭ põt ſe cõicare: ſicut diues plus poteſt dare q̃ pauper. quãto autẽ plus poteſt ſe cõicare tanto plus intimare: ſicut ignis plus cõicat ſe rei propinque cui plus ſe intimat. Unde nulla creatura ita eſt intima alij ſicut deus per eſſentiam: ꝓ̇ſentiam: ⁊ potentiã. et ideo lꝫ nulla ſubſtantia ꝑfecta poſſit ſe vnire alteri in idẽptitate ſuppoſiti qꝛ non põt ſibi illabi. deus tamẽ potẽs ẽ et ſic nulla creatura poteſt alteri ſic intimare ſicut deus intimat ei ꝑ naturã: gratiã: vel gloriã. Uel dicendũ ꝙ ꝑfectiſſimum non eſt alteri vnibile ꝑ ſui mutationem ſed alteri⁹ actu vel aptitudine. vniri autẽ ⁊ incarnari eſt mutari nõ icarnati: ſed carnis: qꝛ ſicut veſtitur hõ non ſui mutatione: ſed veſtis: ſic habitu inuentus eſt vt hõ non ſui ſed aſſumpti: mutatiõe ſaltẽ materie prime q̃ pri⁹ fuit non cõiũcta diuinitati nũc eſt. et ſicut aïa intellectualis que nata eſt per ſe exiſtere nichilominus põt ſuuꝫ eſſe corpori cõmunicare vt exiſtat. ¶ Si dicat̃ olim ipſamet

Ad rões factas aſ oppoſitũ

diuinitas mutatur: qꝛ ſe habet aliter nunc ⁊ prius ſm formã intrinſecam vel ſm locum dicendum ꝙ illa aliétas deo nõ ↄuenit ſicut nec forma aut ſitꝰ aut locꝰ cũ ea exiſteret ĩ pſona filij. et ſicut vnio aie ad corpꝰ nõ fit ꝑ alteratiõnẽ aie ſꝫ corpis ſic ⁊ hic. Dico autẽ aſſũptũ mutari aptitudine nõ actu de potentia abſoluta: quia poſſet aſſumere totam naturam creãdo eam de nouo ⁊ tũc nichil eſſet ibi mutatuꝫ actu quia non haberet ſe aliter actu nũc et prius: quia nullo modo fuiſſet prius. ❡ Ad tertium dicendũ ꝙ ſuppoſitũ diuinũ magis diſtat a quacunqꝫ natura ſubſtãtiali creata ꝙ̃ aliqd ſuppoſitũ creatuꝫ ab aliqua natura ſubſtãtiali creata aliena a ſua natura ꝙ̃tum ad diſtantiã que opponitur conueniẽtie que eſt in aliquo vno p̃dicabili vniuoce: qꝛ nichil vniuocũ p̃dicat̃ de deo ⁊ creaturis ſicut p̃dicatur de duabus ſubſtantijs creatiſ tamẽ propter ꝓportionẽ que requiritur inter aſſumens ⁊ aſſumptũ magis ↄuenit diuinũ ſuppoſitũ cum natura ſubſtantiali creata ꝙ̃ aliquod ſuppoſitum creatũ ↄueniat cũ aliqua natura extranea creata ſicut ⁊ minus conueniunt ſubſtantia et accidẽs in aliquo cõi prius vniuoco ꝙ̃ due ſubſtãtie ad inuicem ſed ꝙ̃tũ ad vnitatẽ in ſubiecto magis conueniunt ſubſtantia ⁊ accidens ꝙ̃ due ſubſtãtie ad inuicem.

❡ Queſtio ſecunda.

Primum

Secundo queritur vtruꝫ vna perſona potuerit incarnari ſine alia. Et videt̃ ꝙ nõ: qꝛ in actu reciproco quicqd eſt p̃ncipiũ actꝰ ẽ etiã t̃minꝰ qꝛ actꝰ reciprocꝰ ab eodẽ incipit et ad idẽ t̃minatur ſed aſſumere eſt actus reciprocus ab eodẽ incepit et ad idẽ terminatur. Eſt eñ aſſumere aliud ad ſe ſumere. cum ergo quelibet pſona ſit principium talis actus et non vna ſine alia. videtur ꝙ ideꝫ ſit

Secundũ

de termino. ❡ Itẽ nullus actꝰ notionalis terminatur ad aliquod eſſentiale ergo nec actus eſſentialis ad aliquod notionale: ſed incarnari eſt actꝰ eſſentialis: ergo non terminat̃ ad pſonã.

In ↄtrarium.

❡ In contrarium arguitur qꝛ filiꝰ dei dicit̃ minor patre. Iohannis. xiiij. Pater maior me eſt: hoc autẽ nõ eſſet ſi filio aſſumente naturã humanã. pater ſimiliter aſſumpſit: tunc eñ patri: filiꝰ eſſet equalis ſm naturam humanã ſicut eſt ſm diuinã: ergo filius ſic aſſumpſit naturã humanã ꝙ nõ pꝛ. ❡ Reſpõdeo In cõcluſione oẽs cõcordãt: ſed in declaratione aliqui diſcordant. Unde primo ponent̃ tres opiniones. Poſtea inquiretur de dictis earum.

Prĩa opi. ſeruꝰ. 2. ſniarũ. di. j. q. j.

❡ Prima opinio declarãtiuꝫ quomodo vna pſona potuerit ſine alia incarnari hꝫ tres articulos. ❡ Primꝰ de differẽtia inter ſuppoſitũ ⁊ naturaꝫ tam in humanis ꝙ̃ in diuinis. ❡ Secundus quõ facta eſt vnio in perſona ⁊ non in natura. ❡ Tertius quõ facta eſt vnio in vna perſona ⁊ nõ in alia.

Tres differẽtie inẽ naturaꝫ et ſuppoſitũ. Prima.

❡ Quantũ ad primũ de differentia nature ⁊ ſuppoſiti ſunt tres concluſiones ſm tres differẽtias inter naturã ⁊ ſuppoſitũ. Primo ergo differũt natura ⁊ ſuppoſitum: qꝛ de rõne nature nõ eſt ꝙ ſubſiſtat: ſed ꝙ ſit illud q̃ aliqd ſit vł ſimpliciter ſicut homo ſua humanitate vel ſm quid ſicut hõ albet albedine. ideo etiã natura conuenit tam ſubſtantie ꝙ̃ accidenti: ſed eſſe ſuppoſitũ ſoli ſubſtantie conuenit. Unde ⁊ ratio hũanitatis et nature humane poteſt conuenire ipſi nature hũane ſiue habeat eſſe per ſe nõ innixũ alteri ſubſiſtenti ſiue habeat eſſe in alio cui innitatur. vt ſuppoſito: ſꝫ qñ alteri innitit̃: tũc non ei ↄuenit ratio ſuppoſiti humani nec ſimpliciter ratio ſuppoſiti. ❡ Scđa differentia eſt q̃ ſolũ habet locũ in diuinis ꝙ ſuppoſitũ dicit quid incõicabile ꝙ̃tum ad id cui conuenit intentio ſuppoſiti: puta pater vel filiꝰ. ſꝫ natura vna numero taliẽ ĩ diuinis eſt pluribꝰ ſuppoſitis cõicabilis. Unde eadẽ eſſentia diuina eſt pater: ⁊ filius et ſpũſſanctus. et hoc eſt ſingulare ĩ diuinis. Nã in creaturis natura ſubſtantialis completa plurificat̃ numeraliter ſm pluralitatẽ ſuppoſitorũ et ecõuerſo. Dico autẽ cõpletã: qꝛ due nature ſubſtãtiales ĩcõplete. puta: materia ⁊ forma poſſunt eſſe in eodẽ ſuppoſito creato. Q̃d autem dictũ eſt ſuppoſitũ eſſe incõmunicabile intelligendũ eſt ꝙ̃tum ad cõitatẽ alicuiꝰ p̃dicabilis de multis ſuppoſitis. Nã contradictioneꝫ iplicaret vnũ ſuppoſitũ numero p̃dicari de pluribꝰ ſuppoſitis: niſi ſuppoſita acciperent̃ equiuoce. Sed loquendo de cõicatione qua aliquid cõicat ſuũ eſſe aliquibus que in ſe hꝫ ſicut hõ albus in ſe preter ſubſtantiã habet diuerſa: ſcꝫ. quãtitatẽ: albedinẽ. ⁊ ſic de alijs. iſto modo ſuppoſitũ magis hꝫ rõeꝫ cõicabilis ꝙ̃ natura. Secunda

❡ Tertia dña eſt penes modũ ſignificandi ſm ꝙ natura ſignificat̃ in abſtracto vnde non ſignificat̃ vt quod eſt: ſꝫ vt quo aliqd eſt: ſicut diuinitas eſt quo aliquid eſt deus et humanitas quo aliquid eſt homo. et ſignificat quo aliquid habet̃. ſuppoſitũ aũt qđ ſignificat̃ ꝑ modũ concreti ſignificat vt qđ eſt: aut quod hꝫ. Unde ad hoc ꝙ aliquod ſit ſuppoſitũ alicuiꝰ nature non requirit̃ ꝙ ſit illa natura: vel ꝙ ſit cõſtitutũ ex ea: ſed ſufficit ꝙ habeat illa ſibi innitentẽ nec eſt iſte modus ſignificandi vanꝰ. Nã ſi natura rerum eſſet talis ꝙ vnaqueqꝫ eſſentia eſſet ſimplex per ſe: et vna earũ nullã habitudinẽ haberet ad alterã: nec ꝑ cõpoſitionẽ nec ꝑ aliquã vnioneꝫ nec ꝑ cauſalitatẽ. tunc ſufficeret habere noĩa ſignificãtia vnãquãqꝫ naturã ſm qđ in ſe eſt: ſed qꝛ nõ ſolũ vnaqueqꝫ eſſentia hꝫ ꝙ ſit queda eſſentia ſm illud quod eſt: ſed habet habitudinẽ ad aliaꝫ: vt quã habet: vel vt formã inherentẽ: vel vt ſubiectum: vel ſicut ſuppoſitũ hꝫ aliqd ſibi innixũ etiã ſine inherentia. Oportuit hr̃e noĩa non ſolum ſignificantia vnãquãqꝫ eſſentiã in ſe: ſed etiã ſignificantia vnã habitudinẽ ad aliã ſm ꝙ vna eſt habẽs aliã: et ſic ſignificãt noĩa concreta. Unde iſ modus ſignificãdi cõcreti et abſtracti nichil mutent in re. mutant tñ v̾itatẽ locutionis de re. Tertia

Nã ad hoc ꝙ ego loquar de re ſm quod eſt opꝫ ꝙ ego ſignificẽ eam mõ quẽ ĩ ſe hꝫ et mõ quẽ habet ad alterũ. ❡ Notandũ autẽ ꝙ nõ quodlibet concretũ dicit ſuppoſitũ: ſed ↄcretuꝫ ſubſiſtens. non eñ quodlibet qualitercũqꝫ habẽs humanitateꝫ eſt homo: ſed illud ſubſiſtens quod hꝫ humanitateꝫ ĩ ſe vel ꝑ idẽptitatẽ: ſed idẽ eſt in creaturiſ natura et ſuppoſitum. vel ꝑ quoddã innixũ: qꝛ videlicet in eo ſuſtẽtat̃: vt ita dicã. hũanitas tale ſicut habens hũanitatẽ eſt hõ. et ſic aliquo mõ pꝫ primuꝫ declaratũ. ❡ Quantũ ad ſecundũ quõ ſit facta vnio in perſona: non in natura ponunt tres concluſiones. ❡ Prima eſt de differẽtia iſtarũ vnionum ꝙ̃tum ad modũ. Ubi ſciẽdũ ꝙ qꝛ natura dicit quandã quidditatẽ aliqua hꝫ eſſe ſimpliciter vel eſſe tale: ideo non poſſunt eſſe vnũ in natura niſi illa que ſunt vnũ ĩ aliqua quidditate vt quid. Secũdus articulus Prĩa concluſio

ditas eſt. Ea autē q̄ ſunt vnum in quidditate ſiue
eſſe oportet ꝙ ſic ſe habeāt ꝙ vnū ſit eſſentialiter
aliud: vel ꝙ ex ambobus ſicut ex partibus reſul-
tat et cōſtituatur vna quidditas ſicut ex materia
et forma ꝯſtituitur vna natura vel etiam ſicut ex
partib⁹ quantitatis reſultat vna quantitas. puta
ex duob⁹ cubitis reſultat bicubitū: q꞉ ſ̄o ſuppoſi
tuꝫ dicit habēs aliud. ita tñ ꝙ nō quodlibet hñs
eſt ſuppoſitū: ſed habēs ſubſiſtēs. ideo ad hoc ꝙ
aliqua ſint vnū ſuppoſito non requirit ꝙ vnū ſit
realiter alterū vel aliqua natura vel aliqua ꝑ ſe
reſultet ex illis: ſed vel ꝙ vnū habeat alterum vt
ſibi innixū ſicut hō hꝫ albedinē et hō cū albedīe ē
idē ſubiecto ⁊ ſuppoſito vel ſubſiſtens ſiue ſuppo
ſitum habeat ambo ſicut albedo ⁊ dulcedo hoīs
vel humanitas et albedo hoīs ſunt vnū ſuppoſi-
to et ꝑtinēt ad ſuppoſitū. ideo aūt dixi innixū: q꞉
habere aliqualiter: q꞉ non ſufficit ad idēptitatem
ſuppoſiti inter habēs ⁊ habitū: q꞉ ſi aliquid habe
ret aliud ꝑ poſſeſſionē vel vt veſtimētū. nō ꝓpter
hoc ſic habēs et habitū eſſent vnum ſuppoſito: ſꝫ
opꝫ ꝙ vnū habeat aliud ſibi innixū ⁊ ſuſtentatum
ꝑ ipm ita ꝙ illud habitū non habeat rōnem eius
quod eſt vel quod operat̄. puta hō vel albuꝫ ⁊ hoc
facile eſt videre in accidentibus et partib⁹ reruꝫ
ſenſibilium. Albedo eñ hoīs vel man⁹ eius ſicut
habetur ab hoīe vt ſic ei innitantur ꝙ eis nō con
ueniat ꝙ ſicut vel operent̄ ꝓprie loquēdo: ſed hō
eis eſt albus ⁊ manatus et hō eis operat̄. Ex hoc
patet ꝙ ad hoc ꝙ natura hūana et diuina ſint vni
te in ſuppoſito non requiritur ꝙ vna ſit alia eſſen
tialiter vel ꝙ ex ambab⁹ ſicut ex partib⁹ reſultet
aliquod vnū: ſed ſufficit ꝙ vna ꝑſona ſit habens
vtrumqꝫ: lꝫ vnā habeat ꝑ idēptitatē. ſcꝫ diuinam
que realiter eſt eadē cū diuino ſuppoſito. Aliā vt
innixā ſiue vt ſuſtentatā ꝑ ipſam: q̄ tamen non eſt
ipſum ſuppoſitū diuinū. Diuinū autē ſuppoſitum
et natura humana ſunt vnū ſuppoſito ſicut ſuppo
ſitum habens et id quod habet̄: et ſic pꝫ de ſecun
do quomodo ſcꝫ aliqua dicunt̄ vnū natura ⁊ quō
Scd̄a cō-clūſio. vnū ſuppoſito. ¶ Secunda concluſio eſt videre
quō natura humana potuit aſſumi in vnitate ꝑſo
ne et nō ſuppoſitū. ¶ Ad cui⁹ euidentiā ſciendū
ꝙ ſicut dictū eſt de rōne ſuppoſiti ē ꝙ ſit ſubſiſtēs
non innixum alteri ſubſiſtenti cum quo ſit idem
ſuppoſito. hoc eñ implicat cōtradictionē ꝙ non
innixū alij faciat vnū vel ſit vnū ſuppoſitū cuꝫ eo
quia ſequeret̄ ꝙ vnū ſuppoſitū eſſent duo ſuppoſi
ta: ⁊ ex eo qđ ponit̄ vnū ſuppoſito: ſequit̄ ꝙ non
ſit ibi niſi vnū ſuppoſituꝫ. et ex eo ꝙ ponunt̄ duo
ſubſiſtentia quorū vnū non innititur alteri eſſent
duo ſuppoſita. ſub rōne aūt nature nō eſt ꝙ ſit ſub
ſiſtens non innixū alteri: ſed de rōne eius eſt tñ
ꝙ aliquid ſit ꝑ eam vel ꝙ ſit habita: et ideo ſi ſm̄
cōmunem curſum humanitas eſſet idē ꝙ ſuppoſi-
tum humanū: tamen illa res non poſſet aſſumi ad
vnitatē alicui⁹ ſuppoſiti ſm̄ rōneꝫ qua ſuppoſitū
humanū. Poſſet tñ aſſumi ſm̄ rōnem qua eſt na-
tura humana: nec ex hoc qđ aſſumitur ei aliud po
ſitiuū adderet̄: ſꝫ tolleret̄ aliquid q̄ſi ꝑuatiuū vñ
tolleretur ab ea qđ eſt non vniri alteri vnde ha-
bet habitudinē ad aliq̄d de nouo qđ excludit rō
ſuppoſiti. Unde ſicut quātitas ſubſiſtēs in ſacra
mento altaris poſſet vniri alicui ſubiecto retinēs
rōnem quantitatis abſolute non rationē ſubſiſtē
tis: ita etiā humanitas poſſet aſſumi retinens ra

tionem humanitatis: non autē retinēs rationem
ſuppoſiti humani. ¶ Tertia cōcluſio eſt ꝙ vnio Tertia cō-cluſio.
facta eſt in perſona diuina non natura niſi ſm̄ q̄d
non autē poſſet fieri vnio in vna quin fieret vnio
in alio. ſi in diuinis natura ⁊ ſuppoſitū ſicut inter
ſe non differunt nec habent differentiā realē: ita
etiā in habitudine ad tertiū non importarent di-
uerſam habitudinē realē: nunc autē in diuinis: lꝫ
natura et perſona non differāt re nec dicāt diuer
ſas res tñ in ordine ad tertium dicunt ſiue impor
tant aliā et aliā habitudinē rei: q꞉ aliud eſt rem il
lam que eſt diuinitas ⁊ perſona diuina eſſe natu-
ram humanā ⁊ ſuppoſitū eſſe hūane nature. Nā
ad hoc ꝙ res illa dicat̄ vel ſit natura hūana opor
teret ꝙ eſſet eſſentialiter humanitas: ſed ad hoc
ꝙ ſit ſuppoſitū non req̄rit̄ ꝙ illa res diuina ſit hu
manitas: ſed ꝙ ſit habēs humāitatē vt ſubſtātia
per ipſam. Item aliud eſt ⁊ ex natura diuina ⁊ hu
mana reſultare aliquā naturā ſiue quidditatē ex ꝑ
ſe partibus. et aliud diuinū ſuppoſituꝫ ſuſtentare
humanā naturā: Quis ergo in diuinis nō differūt
ſuppoſitū et natura intrinſece: ſed ſolū in cōpara
tione ad tertiū. tñ hoc ſufficit ad hoc ꝙ poſſit fie-
ri vnio in ſuppoſito non natura: q꞉ vnio in natu
ra requirit vel ꝙ due nature fiāt vna vel ꝙ ex dua
bus fiat tertia quod eſt impoſſibile: ſed vnio i ſup
poſito requirit ſolū ꝙ vnū ſuppoſitū duas natu-
ras habeat: quod eſt deo poſſibile. vñ lꝫ ſint idem
ſuppoſitū et natura: tñ aliud eſt eſſe vnū i natura:
et aliud in ſuppoſito. et patet ſimile: q꞉ lꝫ loc⁹ ſit
ſuperficies realiter: tñ aliud eſt eſſe ſuperficiē ali
cuius ⁊ eſſe locū eiuſdē. Impoſſibile eñ eſt ꝙ ea-
dem ſuperficies ſe habeat ad idē corpus realiter
vt locus et vt ſuperficies. ¶ Quantū ad tertiuꝫ Terti⁹ ar-ticulus.
quod eſt declarare principale ꝓpoſitum ponunt Prīa con-cluſio.
tres alias concluſiones. ¶ Prima ſm̄ quem mo
dum natura humāa intelligat̄: vnita ꝟbo ⁊ innixa
ſuppoſito diuino. Hoc autem ſufficiēter impoſſi-
bile eſt ab homie explicari. Inter tñ aliquos mo
dos magis videt̄ appropinquare ad iſtā vnioneꝫ
illa que eſt vnio corporis ad aīam: non ꝓut corp⁹
reſpicit aīam ſicut propriū ſubiectū ſuā formam:
ſed prout reſpicit eam vt inſtrumētū naturalr con
iunctū per quod cōpoſitū aliquo modo operatur
Quis vna habitudo non ſit ſine alia i corpore aia
to. Unde oportet ymaginari ibi talē dependētiā
humanitatis ad ſuppoſitū diuinum abſqꝫ hoc ꝙ
vnū formaliter inſit alteri: vel abſqꝫ hoc ꝙ vnum
habeat proprie rationē partis cum alio: vel quā-
cumqꝫ cōpoſitionē proprie dictā. ¶ Ad hanc au
tem habitudinē exprimendā magis cōueniēs eſt
vt dictū eſt: habitudo inſtrumēti ad illud qđ per
ipſum operatur. maxime quādo inſtrumētū natu
raliter eſt vnitum. Nā nō eſt ꝓprie quod operat̄:
ſed quo principale agēs operatur quādo etiā na
turaliter eſt coniunctū: ſicut non eſt quod operat̄.
ita nec ei ꝯuenit rō ei⁹ qđ eſt: ſed q̄ aliq̄d eſt. hoc ē
remotū exēplū: q꞉ ad plenū exēplū pōt dari: alio
quin iſtud nō eēt ſingulare. ¶ Ex hac autē ꝯclu
ſione poteſt ſic inferri ꝓpoſitū: q꞉ ſicut aīa vna i
eſſentia tripſr in potentijs vnitur corpori ſꝫ vnā
potentiā: vt puta organicā vegetatiuā ſcꝫ vl ſenſi
tiuam: ⁊ nō ſcḋm aliam. puta abſtractā vt intelle
ctiuā et volitiuā. ſicut diuina eſſentia vna in trib⁹
perſonis vnitur humane nature in vna perſona ⁊
non in alia. ¶ Secunda concluſio eſt ꝙ cōcretū 2. ꝯcluſio.

non ſupponit pro forma a qua deſcendit. ſiue pro
natura abſtracto in recto: ſed tñ in obliquo. nec
hoc contrariaẜ ei qđ dicitur ꝙ albū ſolā qualita-
tem ſignificat: vel quod ſaltē formale albi eſt al-
bedo: quia non oportet ꝙ ſemꝑ id quod importa
tur in recto qualitercūqꝫ ſit principale in ſignifi
cato termini: immo quandoqꝫ illud quod ex mo
do ſignificandi importaẜ in obliquo eſt principa-
le in ſignificato termini. cuiꝰ ratio eſt qꝛ illud dici
tur principale ſignificatū termini a quo ſignifica
tio termini hꝫ determinationē fixionē. Nūc au-
tem ita eſt ꝙ ſignificatio termini concreti habet
fixionē et determinationē a natura ꝗ importaẜ in
obliquo et nō ab ipſo habēte quod ex modo ſigni
ficādi importaẜ in recto. Nā qñ dico habēs albe-
dinē vel humanitatē talis dictio hꝫ determinatio
nem et fictionē a natura ĩportata in obliquo. Nā
ex hoc ꝑciſe dicíẜ aliquid albū quod hꝫ albedinē
quicquid ſit illud habēs: et ideo ex parte habētis
nō eſt determinatio vel fixio: ſed ex ꝑte albedinis
Non eñ ĩdifferēter a quocūqꝫ habito dicíẜ aliqđ
albū: ſed tñ albedine: et ſimiliter ab hūanitate hō
ſed indifferenter quicquid eſt habēs albedinē eſt
albū. ſic ergo dicitur albuꝫ ſolū qualitatē ſigni
ficare loquendo de principali ſignificato et deter
minato a quo terminus hꝫ fixionem ſue ſignifica
tionis hñs aūt aliqđ lꝫ importet aliđ ꝑter albedi
nem: vel tñ certum vel fixum et determinatū im-
portat: et propter hoc dicíẜ ꝙ albū ſolā qualitatē
ſignificat licet nō ĩportet ea ex modo ſignificādi
niſi in obliquo. Ex quo pōt ſic inferri ꝓpoſitum
quia eſſe hominē non eſt eſſe humanitatem: quia
ſic non poſſet vna perſona eſſe homo ſine alia: qꝛ
vna perſona nō poteſt eſſe aliquid abſolutū eſſen
tialiter quin alia ſit illud cū in abſoluto nō diffe-
rant: ſed eſſe hoiem eſt habere humanitatem ſicut
ſuppoſitum habet rem ſuppoſiti. et ſic vna perſo-
na poteſt eſſe homo ſine alia ſicut vna perſona ha
bet vnā relationē realiter quam non habet alia.

Tertia. ℂ Tertia concluſio eſt īferre ꝓpoſituꝫ ex duobꝰ
primis articulis ſicut qñ aliqua differunt in ꝑſo-
na et conueniunt in natura: lꝫ vnio que fit in natu
ra non poſſit terminari ad vnū quin termineẜ ad
alterum illa vnio ꝗ fit tñ in perſona lꝫ fiat cū na
tura. poteſt terminari tamen ad vnum ſine hoc ꝙ
termineẜ ad aliud: lꝫ ꝑſone diue: ſic cōueniunt in
natura ꝙ tamē differunt in perſonis: vt patet per
primū articulū. Unio autē incarnationis lꝫ ſit fa
cta nature cū natura: nō tamē facta eſt in natura
ſed in perſona: vt patet per ſecundū articulum. er
go potuit terminari ad perſonam filij ſine hoc ꝙ
terminaretur ad perſonā patris vel ſpiritusſancti

Secunda opi. q̄ē du-randi. q. 2. huius diſ. ℂ Secunda opinio princi. alia ſic ꝓcedit ad de
clarationē eiuſdem concluſionis. ſcꝫ ꝙ vna perſo
na potuit ſine alia īcarnari. Et declarādo primo
intellectū dicit ꝙ licet incarnare. i. incarnationeꝫ
facere nō poſſit vna perſona ſine alia eo ꝙ indiui
ſa ſunt opera trinitatis: tamen incarnari. i. carni
vniri poteſt vna perſona ſine alia. Ad cuiꝰ euidē
tiam vidēda ſunt tria. ℂ Primum eſt ꝙ ad vnio
nem perſonalem humane nature cū diuina perſo-
na preexigitur vnio eiuſdem nature humane cum
eſſentia diuina. ℂ Secundum eſt ꝙ vnio nature
cum natura non ſufficit ad vnionē ꝑſonalē nature
cum perſona: ſed vlteriꝰ requiritur vnio cuꝫ hijs
que ſunt propria perſone inquantum perſona.

ℂ Tertiuꝫ eſt ꝙ illa vnio eſt poſſibilis cū ꝓprio
vniꝰ ꝑſone abſqꝫ proprio alterius in quo cōſiſtit
Prima principalis titulꝰ queſtionis ℂ Primū patꝫ pre
mittendo primo differentiā que eſt inter ſuppoſi
tum diuinū et creatū. que talis eſt. lꝫ eñ vtrumqꝫ
ſuppoſitū ſit illud quod ſubſiſtit cū in creaturis
ſuppoſitū nō ſolū eſt illud quod ſubſiſtit: ſed etiā
formalis ratio ſuppoſiti eſt ꝑ ſe ſubſiſtere vel fun
datur per ſe et conuertibiliter in proprietate per
ſe ſubſiſtendi. In diuinis aūt lꝫ ſuppoſitū ſit qđ
ſubſiſtit: tñ ratio formalis ſuppoſiti non eſt per ſe
ſubſiſtere nec fundaẜ in ꝓprietate per ſe ſubſiſten
di: ſed eſt ad aliud eſſe: et idō per aliud ē ſuppoſitū
et per aliud ſubſiſtit. eſt eñ ſuppoſitū formalit̄ & cō
pletiue per ꝓprietatē relatiuā ſubſiſtit aūt non ꝑ
ꝓprietatē relatiuā: ſed per eſſentiā vel ſubſtātiā.
Secunda Cuius ratio eſt: qꝛ ſubſiſtere dicit eſſe ſcḋm perfe-
ctiſſimū modum eſſendi. qui eſt eſſe in ſe vel ad ſe
hoc autē non conuenit alicui in diuinis niſi rōne
eſſentie: qꝛ per alia oīa dicuntur ſuppoſita diuia
ad aliud et non ad ſe: q̄re ſuppoſitū diuinū ſubſi-
ſtit per eſſentiā & non per ꝓprietatē relatiuā.
Tertia ℂ Hoc expreſſe dicit beatus Auguſtinus. 7. de
trinitate dicens ſic. Si deꝰ relatiue ſubſiſtit ſicut
relatiue gignit et relatiue dominatur iam ſubſtā
tia non eſt ſubſtantia: quia relatiuuꝫ eſt. ſicut eñ
ab eo quod eſt eſſe appellatur eſſētia: ita ab eo qđ
eſt ſubſiſtere ſubſtantiā dicimꝰ. Abſurdū autē eſt
vt ſubſtantia relatiue dicaẜ. Oīs ergo res ad ſe-
ipſam ſubſiſtit: q̄to magis deus. ſi tñ dignum eſt
dicere vt deus dicatur ſubſiſtere qđ addit Augu
ſtinus: qꝛ aūt ſubſiſtere eſt ſub alio exiſtere: et ſic
non ꝯpetit deo, aut qꝛ nobiliori modo ſubſiſtit ꝗ̄
creature vt magis ꝓprie dicaẜ ſupexiſtere. ſi ergo
aliquis vocet ee ad aliqđ / ſubſiſtere. abuſiue loq
tur / ignorādo vim vocabuli: eſſe eñ ad aliqđ qđ ē
relatiuū in q̄ntū hmōi / nō ĩportat aliquā ꝑfectionē
ſicut ſubſiſtere ĩportat. alioqui aliq̄ ꝑfectio eſſet ĩ
vna ꝑſona ꝗ nō eſſet in alia / cū aliqua relatio ſit ĩ
vna ꝑſona ꝗ nō eſt in alia / qđ eſt ĩcōueniēs. ſubſi
ſtere ergo in diuinis eſt vnicū et abſolutū compe
Primo tens oībꝰ ꝑſonis ratiōe eſſentie. Ex quo patet pri
mum ſic ꝑ illud ꝑmo cōpetit ꝑſone diuie vniri na
ture aſſumpte per qđ cōpetit ei depēdētiā nature
aſſumpte ẗminare: ſed ꝑſone diuine ꝯpetit ẗmina
re depēdentiā ratione ſubſtantie vel eſſentie: ergo
perſone diuine ꝑmo ꝯpetit vniri nature aſſumpte
ratiōe eſſentie. maior pꝫ / qꝛ ſicut natura aſſumpta
vniẜ qꝛ depēdet: ita ꝑſona aſſumēs eā ſibi vnit / qꝛ
terminat eiꝰ depēdētiā. minor apparet ex ſuppo
ſitiōe iā declarata: ſcꝫ ꝙ ꝑſona diuina nō ſubſiſtit
niſi ꝑ eſſentiā vel rōne eſſētie. ꝑ illud aūt ꝑ quod
cōpetit ſibi ꝑ ſe ſubſiſtere ꝯpetit ꝑ ſe & ꝑmo ẗmina-
re depēdentiā nature aſſumpte. & hoc eſt eſſe vt di
ctū eſt: q̄re &c. ℂ Sed ꝯtra iſtā rationē inſtaẜ du-
pliciẜ / ꝑmo qꝛ nō oportet ꝙ natura per quā ſuppo
ſitū ſubſiſtit ſit ĩmediate ratio vniōis eiꝰ ad natu
rā ꝗ in eo exiſtit. verbi grā / color exiſtit in corpe qđ
eſt ſuppoſitū alteriꝰ generis / rō tñ vnionis colo-
ris & corpis nō eſt imediata natura corpis ꝑ quā
ſubſiſtit: lꝫ ſupficies mediāte ꝗ color eſt in corpe.
A ſili poſſet videri ꝙ licꝫ ꝑſona diuina ſubſiſtat ꝑ
eſſentiā & ꝑ eā ẗminet depēdētiā nature aſſumpte:
tñ nō oportet ꝙ eſſentia ſit ꝑma & imediata rō ta
lis vniōis: ſed poterit eē ꝓprietas relatiua / & ita
vnio nature aſſūpte ad naturā diuinā eſt imediate

¶ Quantū ad primū ē prima cōcluſio q̄ xp̄s ē aliquid ⁊ nō nichil ſʒ q̄ hō: ⁊ dicere cōtrariū ē hereticū ſicut dicit decretalis/ſicut eñ hō ſm albedinē ē aliq̄d/⁊ tñ nō eſt albedo ip̄a ſʒ eſt alb⁹ qr eē albū nō ē eē nichil. Quis eē albi nō ſit aliō q̄ albedo ip̄a. qr albū ſolā q̄litatē ſig̃t. ita xp̄s ſʒ hūanitatē ē aliq̄d q̄uis nō ſit hūanitas ſʒ hō ⁊ q̄uis hō ſuppoſitū dicit idem nō addat niſi ſolā humanitatē. Alteri⁹ ſciēdū q̄ de⁹ dicit eē homo nō illo mō q̄ ſor. vel plato dr̄ hō qr cū hō p̄dicat̄ d̄ puro hoīe ppoſitio v̄ificat̄ nō ſolū ratōe ſuppoſiti vt ſit ſenſus ſor. eſt hō q̄ ſor. ē hn̄s hūanitatē ſʒ etiā ratiōe nature qr ſorteitas ē humanitas. Cū aūt dicitur deus hō nō verificat̄ rōne nature quaſi deitas ſit humanitas ſed ſolū ratione ſuppoſiti qr de⁹ ē hn̄s humanitatē. Nichilomin⁹ tñ deus ē hō vniuoce cum ceteris hoīb⁹: qr ſicut aqua ē calida vniuoce cū igne qr habet calorē vnius rationis et hʒ ſicut ſubiectū accidēs licet habeat p violētiā illud qđ hʒ ignis p naturā/ita qr chriſt⁹ hʒ talē humanitatē ſicut petr⁹ ⁊ habet eā ſicut ſuppoſitū naturam licet habeat eā extriſece quā petr⁹ hʒ ītriſece ⁊ naturaliter inde eſt q̄ eſt homo vniuoce. ¶ Circa

Dehere⁹. c. cū xp̄s

ſecūdū ſciēdū ē q̄ chriſtus nō eſt plura formaliter

2. dictum iſti⁹ opiñ. nec plura ſimplicit̄ ſʒ eſt plura materialiter et ſm quid. Primū pʒ: qr illud ſolum ē plura vel plures formaliter ppter plura que cōtinet qñ q̄ðlibet illorū predicat̄ de illo p ſe ⁊ ſecūdū vnum eſt aliq̄d diſtinctū: ſicut deus ē plures qr de⁹ eſt pr̄. deus ē fili⁹. de⁹ eſt. ſ̄ſ. ſʒ iſta ſūt tres ergo de⁹ ē tres ⁊ plures. aliter aūt nō. ſicut formaliter ſenari⁹ nō ē bis tria ſed ſemel ſex. qr ſenarius nō eſt tria et ſimilit̄ formaliter loquēdo nullū totuʒ cōtinēs plura de quorum ſingulis nō p̄dicat̄ pōt dici plura formaliter. ſʒ xp̄s cōtinet deitatē ⁊ humanitatē q̄ ſūt plura licet aūt ipſe ſit diuinitas nō tamē ē humanitas ⁊ ſic nō eſt plura propter plura: qr nec eſt illa plura. lʒ ei chriſtus ſit de⁹: ⁊ hō. nō tñ de⁹ ⁊ hō ſūt plura ſʒ habēt tantum plura. ¶ Secūdo q̄ xp̄s nō eſt plura ſimplicit̄: ⁊ formalit̄: qr ad hoc req̄ritur q̄ ſint plura entia ſimplicit̄ ⁊ diſticta ſimplicit̄ lʒ aūt diuinitas ſit ens ſimplicit̄ non tñ ē diſticta ſimpliciter ab humanitate: qr ē ei cōiūcta a ſuppoſito ⁊ hūanitas nō ē ens ſimpliciter: qr non ſubſiſtit licet put diſtiguit̄ ab accidēte qđ ē ens ſm q̄d dicat̄ ens ſimpliciter quomō materia ⁊ forma ſūt entia ſimplicit̄. ¶ Itē nō ē diſticta ſimplr̄ id. ⁊c. ſicut pʒ in. 1. poſitiōe ⁊ trib⁹ rationib⁹ ſequentib⁹ ¶ Tertio dico q̄ ē plura materialiter ſm q̄d: id eñ qđ in ſe plura cōtinet quoꝝ vel vtrūq; vl alterum ē ens ſm q̄d: dr̄ eſſe plura materialit̄ ⁊ ſm q̄d ſicut hō alb⁹: ſʒ xp̄s ē hmōi dicit ei xp̄s ſuppoſitū in duab⁹ naturis quaꝝ lʒ diuia dicat ens ſimplicit̄ hūana tñ dr̄ ēs ſʒ q̄d reſpctū ſuppoſiti lʒ ñ ita ſicͭ

3. dictū huius opini. accidēs. ¶ Circa. 3. ſciēdū q̄ xp̄s dʒ dici vnū vel plura ⁊ nō ſolū oportʒ q̄ ſit vnū vel nō vnū plura vel nō plura qr etiā de nō ente verū ē ſʒ opʒ q̄ xp̄s vel iheſus ſimr̄ ſm q̄ huiuſmodi ſit vnū vel plura qr ſm q̄ hmōi ē aliq̄d ⁊ nō eſt nichil. omne aūt ens aut eſt vnū vel plura: ſicut non opʒ oē q̄ eſt eſſe cecū vel vidēs ſʒ oēm oculū q̄ natus eſt videre ita ⁊ ens qđ natū eſt ex ētitate eſſe diuiſum vl̄ īdiuiſū oʒ eſſe vnū vel plura ⁊ ſimilr̄ oportet q̄ ſit vnū formaliter vel plura formaliter ¶ Itē aut vnū materialiter aut plura materialit̄ nec ē dare mediuʒ cū opponāt̄ priuatiue ¶ Sed nō opʒ oē quod eſt eſſe vnū ſimpliciter vel plura ſimplr̄: qr hō albus materialit̄ nec eſt vnū ſimplicit̄ nec plā ſimpliciter. ſed eſt neq; vnū ſimplicit̄ neq; plura ſimplicit̄: qđ includit ens ſm quid ⁊ p accidēs ſicut nō ens ſimplicit̄ ⁊ p ſe: ſic nec ē p ſe nec ſimplicit̄ vnū ex alia parte non pōt eſſe plura p ſe et ſimpliciter ex altero tñ ente ſimplr̄ ſed ē nō vnum ſimplr̄ et non plura ſimplicit̄ ſʒ plura ſm q̄d mālīter ¶ Ex hīs ergo ad ppoſitum vr̄ q̄ xp̄s ſit nō ſolū vn⁹ ſecūdū q̄d ſʒ q̄ etiā ſit vnū formalit̄ ⁊ ſimplicit̄: qr ſi dicam⁹ verbū vel fili⁹ dei ſic nō includit niſi ſuppoſitum cū natura diuina de q̄b⁹ cōſtat q̄ ſūt vnū formalit̄ ⁊ ſimplicit̄ multomaius q̄ angel⁹ qui ē ens vnum ſimplr̄/nō obſtante q̄ nō excludit accidentia que ſunt entia ſm q̄d cū q̄b⁹ angel⁹ ē cōpoſit⁹ faciens cum eis vnū ſm q̄d ⁊ nō ſimplr̄: deus aūt ⁊ verbum nō includit niſi ens ſimplr̄ nec cōponit̄ ad faciendū ens ſʒ quid et p accidēs cū humanitate quam nō excludit. Hoc aūt q̄ dico chriſt⁹ includit ſuppoſitū in vtraq; natura: qr cū nō īportat in recto niſi habēs vtrāq; naturā q̄uis nature habite nō faciāt vnū ſimpliciter qr tñ hn̄s ea non eſt plura nec eſt plures in ſe q̄ prius pōt vnum habere plura ſine pluriſicatione maxime de⁹ ideo nō auct⁹ neq; multiplicat⁹ ē de⁹ p aſſūptionē hūanitatē ſicut nec p habere creaturas ppt̄ q̄d ſicut de⁹ erat vnū formalr̄ ⁊ ſimplicit̄ ab eterno ſic de⁹ hō ē habens plura q̄ pri⁹. ⁊ ſi haberet mille humanitates nō eēt plures nec plura q̄ pri⁹ ⁊ ſic xp̄s formaliter loquēdo ē vnū ſimplicit̄. materialiter aūt loquēdo xp̄s nō eſt vnū ſm q̄d qr cōtinet plura vno mō ſimplicit̄. ſ. hūanitatē cū diuinitate. et ſimilr̄ poteſt dici vnum ſm ſuppoſitū nō vnū ſm naturā ſʒ hoc ē materialr̄. ¶ Ad primū dicendū q̄ in xp̄o nō ē vna ſubſtantia īegra ⁊ pfecta q̄ ē ſuppoſituʒ ⁊ natura diuina nam hūana nō ē pfecta nō put diſtinguit̄ cōtra accidēs ⁊ dato q̄ natura humana ē ſubſtātia pfecta nō tñ pfecte diſtincta ⁊ ſi eſſet xp̄s nō tñ ē illa formalit̄ habēs eā. Ad ſecūdū dicēdū

alia rñſio ad ratōes p̄ncipales

q̄ de⁹ ē quicq̄d hʒ ppter qđ dr̄ plēs: ſed ſm relationes: qr ē ille et vnū ⁊ vn⁹ p pſſētiā qr ē illa xp̄s aūt nō ē humanitas ⁊ diuinitas vt ſic dicat̄ plura ſed eſt de⁹ ⁊ hō q̄ ſūt vnū hn̄s multa ⁊ ſic nō eſt multa ¶ Ad tertiū dicēdum q̄ hō alb⁹ nō eſt plā formalr̄ ⁊ ſʒ q̄d: qr hn̄s hūanitatē ⁊ hn̄s albedinē ſūt vnū habens multa ſed ſolū materialit̄ ⁊ ſubā exiſtens nō eſt ens ſimpliciter reſpectu ſuppoſiti ſʒ ſolū ad dīam accidētis vt pʒ ī ptib⁹ ſbē. Diſti. 7. q. 1.

Circa ſeptimā diſtictionē q̄rūt̄ q̄tuor Primo verū de⁹ ſit hō. Secūdo verū ſit fact⁹ homo. Tertio verum ſit preſdeſtinat⁹. Quarto: qr eſt homo p itellectū poſſibilem nō agētē ꝯueniēt vtꝝ ille intellect⁹ p quē de⁹ eſt homo vel fact⁹ homo ſit pura potētia ¶ Quantū ad primū querit̄ verum hec ſit vera de⁹ eſt homo ⁊ arguit̄ q̄ nō. qr ſecūdū Auguſtinū. 5. de trinitate q̄cq̄d p̄dicat̄ in diuinis aut p̄dicat̄ ſecūdū ſubſtantiam aut ſecundū relationem ſed homo non poteſt predicari de deo ſm Primū.

ſubſtantiam:quia qđ pdicatur ſm ſubſtãtiã oĩb⁹
cõuenit pſonis ſed eſſe hominem conuenit tãtum
filio.nec etiam predicatur ſecundum relationem
cũ homo dicat ens abſolutũ: ⁊ ens abſolutũ non
Secũdũ. predicet̃ ſm relationẽ.ergo ⁊c. ¶ Itẽ maior eſt
vnio pſonarũ in diuina natura ꝙ ſit vnio duarũ
naturarũ in ſuppoſito ꝟbi:ſed nũc eſt ſic ꝙ ꝓpter
illã vnionẽ q̃ maior eſt nõ põt dici ꝙ pater eſt fi-
lius/nec ecõuerſo:q̃re nec ꝓpter illã vnionez que
minor eſt/ poterit dici deus homo. vel ecõuerſo.
Oppoſitũ dicit Augu.1.de tri.c.16.Talis fuit il
la ſuſceptio q̃ hoiem fecerat deũ ⁊ deũ hominem
Riſſo. 1.articul⁹. ¶ Reſpõſio.tria declarãda ſunt. Primum eſt ꝙ
hec eſt vera ⁊ ꝯcedẽda.deus eſt hõ. Secundũ eſt
declarare q̃liter vera ſit ⁊ cõcedẽda. Tertio oſtẽ
det̃ quõ hec ſit vera/xp̃s eſt hõ. Primũ ſic oſten-
dit̃ breuiter. Quãcũq; ſunt due nature ĩ eodẽ ſup-
poſito/vna natura põt pdicari de alia ⁊ denoiare
aliã in cõcretione. Exemplũ/dicim⁹ ꝙ muſicũ eſt
albũ eo ꝙ albedo ⁊ muſica ſunt in eodẽ ſubiecto
imediato:q₂ ſunt in eodẽ ſuppoſito.quare cũ na-
tura diuina et humana vniant̃ in ſuppoſito ver-
bi vnũ poterit pdicari de alio denoiatiue: vt di-
cat̃/deus eſt hõ. Hec eſt ſententia Dam.li.3.c.5.
Deus em̃ homo ⁊ homo de⁹ ꝓptereã q̃ eſt ſcðm
ypoſtaſim vnionẽ. ¶ Vlteri⁹ autẽ notandum eſt
ſm ꝯmẽtatorẽ ꝙ triplex ẽ pdicatio: vna ſcʒ diſpo
ſitiõis de diſpoſito/ita ꝙ diſpoſitio ⁊ diſpoſitum
nõ differunt niſi ſolũ ſm rationẽ: ⁊ hec eſt ſolũ in
diuinis ⁊ in abſtractis: ⁊ iſta pdicatio nõ põt eſſe
in ꝓpoſito.q₂ natura diuina ⁊ hũana differũt ſm
rem. Alia eſt pdicatio diſpoſitionis de diſpoſito
qñ diſpoſitio ⁊ diſpoſitũ ſm rẽ differũt/ licet non
actualiter ſed potẽtialiter.et iſte mod⁹ pdicatio-
nis eſt qñ partes eſſentiales ex qb⁹ fit vnũ p ſe p-
dicant̃/ſicut cũ d₂ homo eſt aiat⁹. vel hõ eſt aial.
qui mod⁹ etiã non põt cõpetere in ꝓpoſito:q₂ ex
natura diuia ⁊ hũana nõ fit aliqua natura tertia
ſm Dam.lib.3.ca.3. Alia eſt pdicatio diſpoſitio-
nis de diſpoſito:qñ vtrũq; differt ſm rem actua-
liter:ſicut cũ dicit̃ hõ eſt alb⁹.ſubiectũ em̃ ⁊ acci-
dens ſunt duo in actu ⁊ vnũ in potẽtia/ ſm ꝯmen
tatorẽ ibidẽ/ ⁊ in.7.metaphiſice. Ex ſubiecto em̃
et accidẽte nõ fit vnũ tertiũ. Et iſte mod⁹ pdica-
tionis eſt in ꝓpoſito.tũ q₂ ex natura diuina ⁊ hu
mana nõ fit vnũ tertiũ p ſe qđ reſultet ex eis .tuʒ
q₂ natura hũana in xp̃o licet ſit ſubſtantia/habet
tñ modũ accidẽtis: ⁊ ideo iſta pdicatio cũ d₂ de⁹
eſt homo reducit̃ ad pdicationẽ q̃ eſt diſpoſitio-
nis de diſpoſito qñ diſpoſitio ⁊ diſpoſitũ differũt
ſm rem actualiter: ⁊ eſt ſilis pdicationi illi qñ ac
Contra opinionẽ. cidẽs pdicat̃ de ſubiecto. ¶ Quãuis autẽ ratio
et declaratio ſit ꝓbabilis nõ tñ neceſſaria:q₂ i ra
tione maior ⁊ minor ſunt vere/nec ſequit̃ ꝯcluſio
q₂ homo ⁊ de⁹ licet ſint cõcreta/nõ tñ ſunt deno-
minatiua ſed principalia. vnde bñ verũ eſt ꝙ natu
re in ſuppoſito vnite de ſe inuicẽ pdicant̃ in con-
cretione denoiatiua nõ aũt in pncipali: ſicut nec
in abſtracto/ ſicut corp⁹ et aia:q₂ aia licet ſit cor-
porea quodãmõ: nõ tñ eſt corp⁹ ſicut nec corporei
tas:nec corp⁹ eſt aia ſed aiatũ. ⁊ ſilr vnio bene fa
cit deũ eſſe humanũ ⁊ hoiem deificũ vel diuinuʒ:
nõ autẽ deũ hoiem:q₂ hmõi ſunt cõcreta pncipa-
liter nõ denoiatiua .et ſilr de illa tertij mẽbri de-
claratiõe:q₂ tertiũ mẽbrũ qđ ipſi applicãt ad ꝓ-
poſitũ/cõcludit ꝙ de⁹ ſit hũan⁹ ⁊ hõ diuin⁹/nõ ꝙ
hõ ſit de⁹ vel ecõuerſo ſicut albũ eſt muſicũ / non
albedo muſica. ꝓpter qđ dicendũ ꝙ nõ ſola vnio
naturarũ hoc facit:ſʒ cũ hoc naturalis ſignifica-
tio terminoꝝ:q₂ ſicut eſſe albũ eſt hñe albedinem
vt ſubiectũ hñs formã/ ⁊ nõ eſt eẽ illã formã ꝓpẽ
qđ albũ eſt muſicũ ⁊ ecõuerſo: q₂ idez eſt habens
vtrũq;.ſicut ſubiectũ hʒ formã:ſic q₂ de⁹ ⁊ hõ di-
cũt hñs diuinitatẽ ⁊ hũanitatẽ: ⁊ idẽ ẽ hñs vtrũ-
q; vt ſuppoſitũ naturã.ideo de⁹ ẽ hõ/ ⁊ hõ eſt de⁹.
imo diuinitas eſt hõ:licet hũanitas nõ ſit de⁹:q₂
deus eſt diuinitas hñs ſeipſam : q₂ ĩ diuinis hñs
eſt q̃cq̃d hʒ niſi relatiue ſilr ⁊ albedo eſſet dulcis
ſi eſſet ſubiectũ hñs dulcedinẽ:ſicut q̃ntitas ẽ co-
lorata vel figurata:q₂ eſt imediate hñs vtrũq; vt 2.articul⁹
ſubiectũ ¶ Quãtũ ad ſecundũ articulũ ſcʒ quõ ⁊
q̃liter hec ſit vera/ de⁹ eſt hõ ⁊ ecõuerſo.ſunt tres
opiniones coacte argumẽto qđ ſolet fieri ſic. Si
deus eſt hõ/aut hoc eſt p ſe aut p accidẽs.nõ p ſe:
q₂ aut in pmo mõ dicẽdi p ſe/aut in ſcðo.nõ in p-
mo:q₂ pdicatũ nõ ẽ de rõne ſubiecti. nec in ſcðo:
q₂ ſubiectũ nõ ẽ de rõne pdicati:nec etiã pdicatũ
eſt p ſe paſſio ſubiecti vt de ſe pʒ. nõ eſt g̃ p ſe nec
etiã p accidẽs q₂ tũc humanitas adueniret acci-
dẽtaliter pſone diuine qđ falſũ eſt. g̃ nullo modo
põt verificari. ¶ Dicũt ergo pmi ꝙ hec eſt vera 1.opinio.
p ſe/de⁹ ẽ hõ.quoꝝ rõ eſt hec.de⁹ ſignificat natu-
rã diuinã in cõcretione ad ſuppoſitũ diuinũ: ⁊ q₂
ſuppoſitũ diuinũ ſubſtãtificat naturã hũanã p ſe
ideo hũana natura in cõcreto p ſe pdicat̃ de filio
dei ⁊ ſuppoſito ꝟbi.ſicut q₂ ſuppoſitum petri p ſe
ſubſtãtificat naturã hũanã:ideo hec eſt vera p ſe/
petr⁹ eſt hõ. ⁊ hõ pdicat̃ p ſe de petro. ⁊ ita q₂ ſup
poſitũ diuinũ filij ẽ ſuppoſituʒ p ſe hũane nature:iõ
hec eſt p ſe/de⁹ ẽ hõ. ¶ Cõtra hoc arguit̃ ſic. Qñ Contra iſtã opi.
p ſe aliq̃d pdicat̃ de aliquo pmo mõ dicẽdi p ſe:
hoc eſt q₂ pdicatum eſt de intellectu ſubiecti : ſicut
philoſoph⁹ accipit p ſe in poſteriorib⁹/p ſe inſunt.
⁊c. ſed humana natura nõ eſt de p ſe intellectu ſup
poſiti diuini.q̃re ⁊c. ¶ Itẽ qñ pdicat̃ p ſe aliq̃d
de aliquo ſubiecto/pdicat̃ p ſe de oĩb⁹ cõtẽtis ſub
illo. Exẽplũ.hec eſt p ſe/hõ eſt aial. ⁊ ideo hec eſt
p ſe/petr⁹ eſt aial. ⁊ ſor. ⁊ de alijs ſic. Si igit̃ hec
eſt p ſe/de⁹ eſt hõ.ideo pdicatum pdicabitur ſiue
dicet̃ p ſe de oĩ ſuppoſito diuino cõtento ſub deo.
et hec erit p ſe / pat̃ eſt homo. qđ eſt oĩno falſum.
¶ Dicũt ſcði ecõuerſo ꝙ ẽ vera p accñs. qđ pro 2.opinio.
bãt dupli̅r. Primo ſic. In ꝓpoſitiõib⁹ p ſe/ſubie-
ctũ ſupponit determiate ꝓ pdicato ⁊ includit ip-
ſum determinate.et ideo hec nõ eſt p ſe/aial eſt hõ.
q₂ aial nõ ſupponit det̃minate ꝓ hoie ſʒ indet̃mi
nate:inq̃ntũ põt v̓ificari de aiali qđ eſt ſor.et qđ ẽ
hõ. Cũ igit̃ de⁹ nõ ſupponat detmiate ꝓ hoie ſʒ
idet̃minate inq̃ntũ põt v̓ificari de illo vel de illo
ſuppoſito hec nõ erit p ſe/de⁹ eſt hõ. ¶ Itẽ qñ ali
quid ſufficit ad faciendũ ꝓpoſitionẽ p ſe ex intel-
lectu:oportet ꝙ ſubiectũ ꝯparet̃ ad pdicatũ p ſe
⁊ nõ p accidẽs :alr ſi ꝯparet̃ p accidẽs nõ eſt ꝓpo
ſitio p ſe cũ d₂/rationale eſt aial.hec eſt p acci-
dẽs: licet hec ſit p ſe/hõ eſt aial. accidit ei hoi ſm
ꝙ ſupponit ꝓ rõnali:tñ ſm ꝙ ſtat ſub rõnali ꝙ ſit
aial.eſt em̃ hõ aial rõne partis materialis: ⁊ ẽ ra-
tionalis rõne partis formalis. et ideo hoi ſm ꝙ
ſtat ſub rõnali accidit ꝙ ſit aial. Cũ ergo in ꝓpo
ſito nr̃o accidat ſuppoſito diuino ꝙ ſubſtãtificat
naturã hũanaʒ: ſm ꝙ ſtat ſiue ſumit̃ ſub deo/hec
erit q̃ſi p accidẽs ⁊ nõ p ſe/de⁹ ẽ hõ. Si ei ex aliq̃

rõ c hec deberet eſſe ꝑ ſe/ eſſet ꝓpter hoc ꝙ ſuppoſitũ diuinũ eſſet ꝑ ſe hõ: ſed hoc non ſufficit ſicut dictum eſt: q2 accidit ſuppoſito diuino ſcḋz ꝙ ſumit ſiue ſtat ſub deo ꝙ ſubſtãtificat naturã humanã. ⁊ ita de9 ꝯparatꝰ ꝑ accidẽs ad iſtud ꝑdicatũ: q2 mediãte ſuppoſito diuio cui vt ſic accidit ſubſtãtificare humanã naturã. ſicut ex alia parte rõnale ꝯparatꝰ ad aial ꝑ accidẽs: q2 mediãte hoie cui accidit ſm ꝙ ſtat ſiue ſupponit ꝓ rõnali ꝙ ſit aial.

3. opinio ꝙ eſt heruei di. pñti. q. i. quartũ Silr Du. di. ead. q. i ſecũdũ

¶ Tertiũ mediãt iter iſtos dicẽtes ꝙ ſi attendatꝰ ad ſuppoſitũ ſic eſt ꝑ ſe: q2 ſcz ſuppoſitũ hñs diuinitatẽ eſt ꝑ eſſentiã ſuã ſuppoſitũ hñs humanitatẽ: ſed ꝗtũ ad formã eſt ꝑ accidẽs: q2 de9 in eo ꝙ deus ſiue in eo qḋ eſt hñs diuitatẽ nõ ẽ hõ. Si ei ex hoc ipſo formaliter ꝙ eſt hñs diuitatẽ erit habẽs humanitatẽ: ſeqret ꝙ de9 nõ poſſet nõ eſſe hõ. Sed qḋ debet magis cõcedi ꝙ ſit ꝑ accidẽs ꝗ ꝑ ſe. Videtꝰ quibuſdã ꝙ magis debet dici ꝑ accidẽs/ ꝗ ꝑ ſe: q2 terminꝰ cũ accipitꝰ cũ reduplicatiõe, licz ſit ex parte ſubiecti ſꝑ tñ tenetꝰ formalr vt de9 ſm ꝙ deus ſtat ꝓ hñte diuinitatẽ ſcḋm ꝙ eſt hñs diuinitatem. hõ etiã ſcḋm ꝙ hõ ſtat ꝓ hñte hũanitatẽ ſcḋm ꝙ eſt hñs hũanitatez. Et ideo qñ ḋr ꝙ deus ꝑ ſe vel ſcḋm ꝙ de9 eſt hõ/ denotatꝰ hitudo ꝑ ſe iter formã ſubiecti ⁊ ꝑdicati: ⁊ nõ iter ſuppoſitũ vtriuſqꝫ forme niſi inꝗtũ eſt hñs illas. Et hoc mihi videtꝰ ꝓbabile. Vñ iſta/ de9 eſt hõ. videtꝰ michi magis accedere ad naturã ꝓpoſitionis ꝑ accidẽs/ ꝗ ad naturã ꝓpoſitiõis ꝑ ſe: ita tñ ꝙ ꝑ accidẽs nõ accipitꝰ hic ꝓ ꝓpoſitione hñte ꝑdicatũ qḋ ſit accidẽs: ſed ꝙ habeat nomẽ accidẽtis ꝗtuz ad hoc ꝙ ꝑdicatũ ſit extra rõnẽ ſubiecti. ſiue ꝗtum ad hoc ꝙ nõ ſit hitudo neceſſaria ex natura rei iter formã ꝑdicati ⁊ ſubiecti vnde etiã et iſta/ aial eſt hõ. ponitꝰ eẽ ꝑ accidẽs: ⁊ tñ ꝑdicatũ eſt idẽ ꝑ eſſentiã cũ ſubiecto.

Du. vbi ſ.

Et idẽ alij ſic ꝓbãt: q2 omis ꝓpõ vera ꝑ ſe ẽ vera cũ reduplicatiõe termini ſupͤ ſe: ſicut hõ ſi ꝑ ſe eſt aial ſcḋm ꝙ hõ eſt aial et ſcḋz ꝙ hõ eſt riſibilis: q2 illḋ qḋ iportatꝰ formalr per ſubiectũ eſt rõ iherẽtie ꝑdicati cũ ſubiecto: ſz nõ põt dici ꝙ de9 ſm ꝙ de9/ ſit hõ. q2 qḋ formalr importatꝰ noie dei nõ eſt rõ ꝯueniẽtie ꝑdicati cũ ſubiecto: ſed ſola vnitas ſuppoſiti: ꝗ etiã in ꝓpoſitionib9 ꝑ accidẽs eſt tota cã ꝟificatiõis ꝓpter qḋ talis ꝓpoſitio magis eſt dicta ꝑ accidẽs ꝗ ꝑ ſe: nõ ꝓpter hoc ꝙ hũana natura ſit accidẽs aut aduenit inherẽter/ aut extrinſece ad modũ habit9: ſed q2 aduenit enti in actu. nec formalr iportatꝰ noie hois illud qḋ formalr iportatꝰ noie dei: nec econuerſo. Si ergo cõcedatꝰ ꝙ ſit aliquo mõ ꝑ ſe: dicẽdũ ad illud qḋ obijcitꝰ i ꝯtrariũ/ ꝙ eſt in ꝑmo mõ dicẽdi ꝑ ſe.

Herueus vbi ſ.

Et qñ ḋr ꝙ nõ: q2 ꝑdicatũ nõ eſt de ratione ſubiecti: dicendũ ꝙ licet ꝗtũ ad formã ꝑdicati ⁊ ſubiecti ꝑdicatũ nõ ſit de rõne ſubiecti: tñ ꝗtũ ad ſuppoſitũ/ ꝑdicatũ eſt idẽ eſſentialiter cũ ſubiecto. ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ aliquo mõ ſit ibi primꝰ modꝰ dicẽdi ꝑ ſe. ¶ Suſtinẽdo autẽ ꝙ ſit formaliter loꝗndo ꝑ accidẽs. dicendũ ad illḋ qḋ obijcitꝰ in ꝯtrariũ/ ꝙ nõ ſequitꝰ ex hoc ꝙ vnio illa ſit accidẽtalis ſm ꝙ vna ſubſtãtia accidẽtalr aduenit alteri. ſicut veſtis hoi: q2 ſic nec ꝑ ſe nec ꝑ accidẽs/ de9 eſſet hõ: ſicut nec hõ veſtis. Sed bñ ſeqtur ꝙ natura humana ſe habeat reſpectu dei aliquo mõ ad nomẽ accidẽtis: q2 ſcz nõ eſt de formali rõne hui9 termini ꝙ eſt de9.

3. articulꝰ.

¶ Quantũ ad tertiũ articulũ qũo hec ſit vera xp̃s ẽ hõ, ḋr ſm aliquos ꝙ hec eſt ꝑ ſe/ xp̃s eſt hõ. vtrũqꝫ eñ tã deus ꝗ hõ eſt de ꝑ ſe. de itellectu h9 ſubiecti qḋ eſt xp̃s ¶ Alij dicũt aliter ꝙ ſicut hec ꝓpoſitio/ hõ alb9 eſt hõ. licet habeat ꝑſeitatẽ rõe ꝑncipalis ptis cõpõnis: q2 ꝑdicatũ eſt de ꝑ ſe de itellectu ſubiecti: tñ ḋr eſſe ꝑ accidẽs rõne iplicatiõis ꝯtingẽtie i ſubiecto. iplicatꝰ eñ ꝗdã ꝯtingẽtia in ſubiecto cũ dicitꝰ/ hõ eſt albus. põt eñ hõ q nũc eſt alb9 eẽ nõ albus: ſic voluñt dicere in ꝓpoſito. ⁊ hec ꝓpoſitio xp̃s eſt hõ. licet habeat ꝑſeitatẽ rõne principalis ꝯpõis: tñ q2 in ſubiecto eſt ꝗdã iplicatio cõtingẽtie. Implicatꝰ eñ in ſubiecto iſta ꝯtingẽtia/ de9 ẽ homo: q2 idẽ eſt dicere/ xp̃s eſt hõ. ꝙ de9 hõ ẽ hõ. ideo iſta nõ ẽ ꝓpõ ꝑ ſe/ xp̃s eſt hõ. ſed ꝑ accñs. Et bñ dictũ eſt. q2 iplicatꝰ cõtingẽtia cũ ḋr de9 hõ: q2 de9 põt deponere naturã hũanã aſſumptã ⁊ aliam aſſumere: ⁊ poſt modũ aliã: ⁊ iterz reſumere eãdẽ naturã quã mõ habet.

Ad rõnes ãte oppo. Ad ꝑmuz

¶ Ad ꝑmũ dicendũ ꝙ qñ ḋr ꝙ qcqd ꝑdicatꝰ ſcḋm ſubſtãtiã ꝑdicatꝰ de oib9 ꝑſonis/ dicendũ ꝙ illud habet ꝟitatez in diuinis ſcḋm diuina ⁊ ſm ſubſtãtiã increatã/ nõ autẽ ſm ſubſtãtiã creatã aſſumptã/ qḋ pꝫ: q2 ad litterã ibi loquitꝰ de ſubſtantia icreata ⁊ diuina. Silr poſſet dici ꝙ ꝑdicatꝰ ſm relationẽ: ſed tunc diſtinguẽdũ eſt: q2 ꝑdicari ſꝫ relationẽ põt eſſe duplr. vel ſm relationẽ intrinſecã ⁊ iplicitã: vel ſcḋm relationẽ explicitã. Primo mõ ꝑdicatꝰ ſm relationẽ hõ: et nõ ſcḋo mõ. Eſt eñ ſenſus/ de9 eſt hõ. i. diuina natura humane nature eſt vnita.

Ad ſcḋm.

¶ Ad ſecundum dicendũ ꝙ idẽptitas nõ eſt cã ꝙ vnũ ꝑdicetꝰ de altero: ſed idẽptitas ꝗ eſt in ꝑſona ⁊ nõ in eſſentia. Unde breuiter ſciendũ ꝙ qñcũqꝫ eſt aliqd idem cõicabile qḋ aſſumitꝰ ꝓ medio: tũc nõ tenet ſyllogiſm9 expoſitori9. vñ nõ valet/ de9 eſt pr. de9 eſt filius. ergo pater eſt fili9. Sed qñ aſſumitꝰ idẽ incõmunicabile bene tenet. ſbigr a: ſequitꝰ xp̃s ẽ de9. xp̃s eſt hõ. ergo hõ eſt de9.

¶ Queſtio ſecũda.

Secundo ꝗritꝰ/ vtrũ iſta ſit vera/ deus eſt fact9 hõ. Et videtꝰ ꝙ nõ

Primum.

q2 q nõ eſt fact9 nõ eſt fact9 hõ: a deſtructione ſupioris: ſed de9 nõ eſt fact9. ergo nõ eſt fact9 hõ.

Secundũ

¶ Itẽ hec ꝓpoſitio/ de9 eſt factus hõ. ꝯuertitꝰ in iſtã/ hõ fact9 eſt deus: ſed hec eſt falſa. ergo et prima.

Tertium.

¶ Item fieri hoiem aut attribuitꝰ deo vt ſubiecto factiõis aut vt termino. nõ vt ſubiecto: q2 omne fieri in ſubiecto ſuppoſito eſt mutari: de9 autẽ imutabilis eſt Nec vt termino: q2 termin9 actionis nõ precedit actionẽ: ſed deus preceſſit i hoc qḋ eſt fieri hoiem ꝗ nõ poteſt ſibi attribui vt termino. ꝗ nullo mõ.

Quartuz

¶ Itẽ fieri eſt mutari: ſed nullũ mutari cõuenit deo: ergo nec fieri. ¶ In oppoſitũ eſt qḋ dicitur Iohã. i. Verbũ caro factũ eſt. i. fili9 dei fact9 eſt homo. Et in ſymbolo Niceno dicitꝰ de dei filio: homo factus.

Reſpõſio.

¶ Reſponſio. Tria ſunt facienda. Primo ponetꝰ intellectus ꝗſtionis. Scḋo ad euidentiã veri ſenſus ponentꝰ ꝗdã diſtinctiones. Tertio ex his concludetꝰ ꝓpoſitũ.

1. opinio.

¶ Circa primum ſciendũ ſcḋm aliquos ꝙ ly factus/ põt eſſe determinatio totius cõpoſitionis/ vt ſit ſenſus: deus fact9 eſt homo. i. factũ eſt ꝙ deus ſit homo. et homo factus ẽ deus. i. factũ ẽ ꝙ homo ſit de9. et in hoc ſenſu vera eſt vtraqꝫ ꝓpoſitio. ⁊ ſic dicit Auguſtin9. i. de trini. ca. 16. talis fuit illa ſuſceptio ꝗ deũ faceret hoiem et hominem deum: q2 ꝑ

illam vnionem factum eſt ꝙ deus eſt homo/ ⁊ ho
mo deus. Alio modo ly factus poteſt determina
re ſolum ſubiectum/vel ſolum predicatum: vt ſit
ſenſus/deus factus eſt homo. vel homo factꝰ eſt
deus. et ſimilr̃ ex parte predicati/deus eſt homo
factus. et homo eſt deũs factus. et in hoc ſenſu
vtraq̄ propoſitio eſt falſa: quia ponit factionem
ſimpliciter circa ſuppoſitum diuinũ quod impor
tatur nomine dei vel nomine hominis in ſuppoſi
to. Eſt autem ibi falſitas non propter principa=
lem compoſitionem/ ſed propter falſam implica=
tionem ex parte ſubiecti vel predicati. ſicut iſta
eſſet falſa ſortes albus currit. dato ꝙ curreret: ta
Contra iſtam opi. durã. q. i. huiꝰ diſti. men non eſſet albus. ¶ Neutrũ autẽ iſtorũ vide=
tur aliis bene dictum. Non primũ: quia ly factus
eſt/nõ eſt de his que determinãt compoſitionem:
ſicut poſſibile/neceſſarium/contingens. Et ideo
non eſt reſolutio propria iſtarum propoſitionũ/
deus factus eſt homo. ⁊ homo factus eſt deus. in
hanc/factum eſt ꝙ deus ſit homo. ⁊ homo deus.
Quis Auguſtinus iſto modo loquẽdi vtat̃. Nec
ſecundum valet: quia hoc totum/factus eſt. tenet
locum vnius copule verbalis. eſt enim ſuppletio
predicati huius verbi fio fis: et ideo ſicut pro in=
ſtanti incarnationis quereremus de iſta/deus ſit
homo. vel hõ ſit deus. ita ꝙ ly ſit eſt pura copula
verbalis cõiungẽs p̃dicatum ſubiecto: ⁊ nõ eſſet
determinatio vel p̃dicati vel ſubiecti. ita pro nũc
poſſemꝰ q̃rere vtrũ hec ſit vera/deus factꝰ eſt hõ.
vtẽdo hoc toto/factꝰ eſt ꝓ ſola copula v̄bali: quã
nõ licet diuidere ſic: vt ly factꝰ/ ſit determinatio
ſubiecti vel predicati: ⁊ ly ẽ ſit copula quẽadmo=
dũ alii dicũt ſi hoc totũ factꝰ eſt: eſt ſolũ vna co=
pula. ſic igit̃ qñ dicit̃/deus eſt factꝰ hõ. vel hõ fa=
ctus eſt deus. poteſt eſſe triplex ſenſus quoꝝ duo
extorti ⁊ improprii: tertius ꝓprius verus eſt ſm ꝙ
fieri determinat totã cõpoſitionẽ. Secũdus ſen=
ſus eſt: ſm ꝙ fieri abſolute vel habet determinare
vel ſubiectũ vel p̃dicatũ. Et iſti duo ſenſus vt di
ctũ eſt ſunt improprii. Tertius ſenſus eſt ꝙ ly fa=
ctus/determinat ſubiectũ in cõparatione ad p̃di
catum. ⁊ hũc ſenſum directe importat propoſitio
de ſe. Unde qñ dicitur ꝙ deus factꝰ eſt homo. ſen
ſus eſt/ ꝙ deus factus eſt habens humanitatem.
Herueus diſti. p̃nti q. i. ¶ Quantum ad ſecũdum de diſtinctionibꝰ pre=
mittunt aliqui ⁊ bene quõ terminus precipue cõ
cretus diuerſimode accipi habet in ſubiecto ⁊ p̃=
dicato: nam vt cõmuniter dicitur quãdo eſt a par
te ſubiecti tenetur materialiter: quia ſcꝫ tenetur
ꝓ ſuppoſito habente formam ſiue materiam im=
portatam per terminum ⁊ precipue loquendo de
termino ſubſtãtiali: ſicut eſt homo vel animal vel
aliquod tale. ſed in predicato tenetur pro forma.
Iſtud autem dictum non videtur ipſis ſic intelli
gendum ꝙ quandoq̄ concretum ſupponat ꝓ na=
tura abſtracta in recto. nunq̄ enim homo ſuppo=
nit ꝓ humanitate in recto: niſi forte hoc eſſet gra
tia materie: vt ſcꝫ ipſum ſuppoſitum hominis ſit
ipſa humanitas. accipiendo autem tantum for=
maliter ſemꝑ ſupponit pro habente humanitatẽ
et ideo ſemper humanitatẽ importat in obliquo:
et ideo iſta diſtinctio ſic videtur eis accipiẽda ꝙ
terminus concretus ꝙ eſt idem qꝺ habens natu=
ram aliquam: puta homo quandoq̄ poteſt acci=
pi magis ſcꝺm ꝙ eſt aliquid in ſe/q̄ ſecundum ꝙ
eſt habens: ſicut ſi dicam ꝙ album currit. album
magis accipitur pro ipſo ſuppoſito habẽte ſcꝺm
illud quod eſt in ſe/q̄ ſcꝺm illud quod eſt habẽs
quia ſicut non poſſit verificari propoſitio qua di
citur ꝙ album currit: niſi ſubiectũ curſus habeat
albedinem: tamen albedo ſubiecti nichil facit ad
hoc ꝙ predicatum inſit ſubiecto. albedo enim ni
chil facit ad hoc ꝙ aliquis currat: ſed quando di
citur/homo eſt albus. album ſtat ibi pro habente
vt eſt habens. vnde eſſe album ſcꝺm ꝙ ly album
ponitur a parte predicati non conuenit alicui niſi
propter hoc ꝙ habet albedinem formaliter lo=
quendo: ſed aliquid bene conuenit albo in ſubie=
cto poſito non propter hoc ꝙ habet albedinem:
Hoc ſit dictum de primo. ¶ Primo diſtinguen=
dum eſt de fieri. Ad cuius euidentiam ſciendum
ꝙ aliquid dicitur fieri dupliciter. Uno modo ſim
pliciter et abſq̄ determinatione: vt cum dicitur
homo ſit. et tunc fieri itelligitur de ſuppoſito cui
attribuitur fieri. Alio modo dicitur aliquid fieri
cũ determinatione: vt cum dicitur homo ſit al=
bus/vel aliquid tale ⁊ tale fieri: non oportet intel
ligi de ſuppoſito cui attribuitur quaſi ſuppoſitũ
fiat: ſed attribuitur ſibi in ordine ad predicatum
et ſcꝺm tale fieri dicitur aliquid fieri non ſimpli=
citer ſed ſcꝺm quid. Unde quando dicitur homo
fieri albus: non attribuitur ei fieri ſimpliciter, ſed
ſcꝺm quid. vnde ſi quis inferat/homo non ſit. er=
go non ſit albus. non eſſet ꝓceſſus a ſuperiori ad
inferius negando: immo eſſet proceſſus a ſimpli
citer ad ſcꝺm quid. vt ſi diceretur non eſt albus:
ergo non eſt albus ſcꝺm dentem. Unde ſciendũ
ꝙ quedam ſunt quorũ eſſe infert eſſe ſimpliciter
licet ſine eſſe ſcꝺm quid: ſicut eſſe album infert eſ
ſe ſimpliciter: eorũ tamen fieri eſſe eſt fieri ſcꝺm
quid: nec infert fieri ſimpliciter: ſicut hominẽ fie=
ri album non infert hominem ſimpliciter fieri.
¶ Secundo diſtinguendum eſt de fieri quod ca=
pitur cum additione: quia quandoq̄ denomi=
nat illud in quo: ſicut in ſubiecto eſt ipſum fieri:
ſicut quando dicitur homo fieri albus: illud fieri
eſt in homine ſicut in ſubiecto. Quandoq̄ vero fieri
denominat illud in quo ipſum non eſt ſicut in ſub
iecto: ſed habet habitudinem ad illud in quo eſt
fieri ſicut in ſubiecto: ſicut res que videtur dici=
tur fieri viſa: quando aliquis de nouo videt eam
non per fieri realiter exiſtens in re viſa: ſed per fie
ri exiſtens in vidente: ita ꝙ per illud res viſa non
ſit formaliter aliquid: nec in ea ſcꝺm rem aliqua
mutatio ſit realiter ſed in alio. ¶ Tertio ſcien=
dum ꝙ quando aliquid dicitur fieri cum additio
ne illud debet eſſe et dicitur eſſe res factionis qꝺ
eſt a parte predicati: vt cum dicitur ꝙ homo ſit
albus. eſſe album eſt terminus huius factionis.
Illud autem quod eſt a parte ſubiecti ſignifica=
tur vt ſubiectũ factiõis: vel ſcꝺm rẽ vt cum dici=
tur homo ſit albus: vel ſcꝺm rationem: vt cum di
citur/lignum ſit viſum. ¶ Quantum ad tertium 2. articulꝰ. Herueus vbi ſupra.
ad propoſitum ſunt due concluſiones ab omni=
bus conceſſe in ſenſu proprio: ſed triplex inueni=
tur modus declarandi. Primi dicunt ſic: ꝙ acci=
piendo dictas propoſitiones in vltimo ſenſu qui
eſt propriꝰ ſic iſta propoſitio deus factus eſt ho=
mo: eſt ſimpliciter vera. Alia autem ſcilicet ho=
mo factꝰ eſt deus: eſt ſimpliciter falſa. Ratio pri
mi eſt iſta: quia quando dicitur /deus factus eſt
homo. fieri attribuitur deo in ordine ad hunc

terminũ ꝙ eſt eſſe hominẽ: hoc autẽ eſt verum. nã
licet fieri non ſit realiter / in deo tñ poteſt vere de
nominari a fieri exiſtente realiter in aliquo depẽ
dẽte ab eo. ſcʒ in natura humana aſſumpta ſicut
lignum dicitur fieri viſum per fieri exiſtens in vi
dente / eſſe etiam hominem eſt res huius fieri: qꝛ
licet ſuppoſitum hñs humanitatẽ: ſm id qđ ẽ / nõ
ſit terminus dicte factõis: tñ ſm ꝙ eſt hñs huma
nitatẽ eſt terminus illius factõis. nã ꝑ illam fa-
ctionẽ factũ eſt ꝙ ſit habens humanitatẽ. ſicut au
tẽ dictũ eſt homo in predicamẽto poſitus / ſtat nõ
pro eo ꝙ eſt habens ſm ꝙ in ſe eſt quod dicit̃ ſup-
poſitũ. ſed ſm ꝙ eſt habẽs humanitatem ſm quã
rõem eſt terminus factõis illius. et ideo bene et
vere dicitur ꝙ deus eſt factus homo. ¶ Rñſio
ſecundi faciliter patet. qꝛ deus. ſ. ſuppoſitum hñs
diuinitatem. nec ſcðm ꝙ in ſe eſt quoddã ſuppoſi
tum. nec ſcðm ꝙ eſt habens diuinitatem poteſt eſſe
terminus illius factõis: nec alicuius vnde ſup-
poſitũ illud diuinũ quod eſt habens humanitatẽ
per nullam factionem habet diuinitatẽ. nec ꝑ ali-
quam factionem efficitur habens diuinitatem. ſed
quando dicitur homo factus eſt deus: ſignificat̃
ꝙ illud ſuppoſitum diuinũ quod habet humanita
tem per illaʒ factionem ſit factus habens diuini-
tatem. q. illa factio terminetur ad hoc ꝙ illud ſup
poſitũ habeat diuinitatem. et ideo hec ꝓpoſitio
homo factus eſt deus / eſt ſimpliciter falſa ¶ Se
Du.vbi.ſ cundi declarant idẽ replicando quedam de ſecun
do articulo cum additiõe et declaratione. Dicũt
ergo ꝙ hec eſt vera: deus eſt factus hõ. ⁊ hec ẽ fal
ſa: homo eſt factus deus. Primũ patet ſic. Omne
quod nunc eſt aliquid quod prius non fuit poteſt
dici factum illud: ſed filius dei nunc eſt homo / et
quandoqꝫ prius non fuit. ergo poteſt dici ꝙ filiꝰ
dei vel deus eſt factus homo. ¶ Ad cuiꝰ amplio
rem declarationem notãdum eſt ꝙ fieri vel factũ
eſſe qñqꝫ attribuitur vni abſolute ſine determina
tione addita. vt ſi dicat̃ / ſoꝛ. factꝰ eſt. aliqñ ſo cũ
determinatiõe addita: vt ſi dicat̃ ſoꝛ. factꝰ eſt albꝰ ⁊
factꝰ eſt mihi ꝓpe. Primo mõ cui iſtud attribui-
tur fieri vel factum eſſe eſt res / vel intrinſece in-
cludit terminum factionis: qꝛ cum factio directe
reſpicit terminum: nullo modo eſſet factio ꝑ quã
nichil fieret. Ubi autem fieri vel factuʒ eſſe attri
buit̃ alicui abſolute: nichil eſt ibi preter factionẽ
niſi illud cui factio attribuit̃: ideo neceſſarium eſt
ꝙ id ſit factionis terminus / vel intrinſece inclu-
dat terminum. Iſto modo non poteſt fieri vel fa
ctum eſſe attribui ipſi deo. Cuiꝰ ratio eſt: qꝛ illud
cui non poteſt attribui eſſe terminũ factionis vel
includere ipſum intrinſece: illi nõ poteſt attribui
abſolute fieri vel factũ eſſe: ſed deꝰ eſt hmõi. g ⁊c.
Maioꝛ patet ex dictis. Minoꝛ ꝓbat̃: quia factio
terminatur ad aliquod eſſe ꝑ factionem acquiſi-
tum: ſed ꝑ hoc nomen deus non importatur ali-
quod eſſe acquiſitum ꝑ factionem: ergo deꝰ nõ po
teſt eſſe terminus factionis. ⁊ hec fuit minoꝛ: ſeq-
tur ergo cõcluſio. Alio modo attribuitur alicui
fieri vel factum eſſe cum determinatione addita.
qđ contingit dupliciter. Uno modo quando illa
determinatio eſt ſubiectiue inherens: ſicut dicit̃
ſoꝛtes fieri albus. ⁊ tũc illud cui attribuit̃ fieri / ſe
habet in ratione ſubiecti reſpectu factionis ⁊ de-
terminationis que eſt terminꝰ factionis / vt patet
in exẽplo iã dicto de ſoꝛ. albo. ⁊ hoc modo nõ po
teſt fieri vel factũ eſſe conuenire deo: qꝛ omne qđ
ſe habet ad factionẽ ⁊ terminũ factionis tãqꝫ ſub
iectum vere mutat̃ ꝑ factionẽ: ſed deꝰ eſt oĩno im
mutabilis. ergo ſibi nõ poteſt attribui fieri vel fa
ctũ eſſe hoc mõ. Alio mõ qñ illa determiatio nõ
ſe habet inherenter ſed relatiue: vt ſi dicat̃ ꝙ ſoꝛ-
tes eſt factus michi prope. ⁊ tunc non opoꝛtet ꝙ
omne illud cui attribuit̃ fieri vel factũ eſſe / ſit ter
minus vel ſubiectũ factionis: ſed ſufficit ꝙ ſit ex
tremũ relationis q̃ poteſt vni aduenire ſine mu-
tatione ſui ex mutatione alteriꝰ: ſicut ego ſum fa
ctus ꝓpe ſoꝛ. ex ſola mutatione ſoꝛ. qꝛ venit ad
me. ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito. Cum eñ dr̃ deus factꝰ eſt
homo. fieri non attribuit̃ deo abſolute: nec attri-
buitur ei cũ determinatione inherente: ſed cũ de-
terminatione reſpectiua q̃ eſt realiter in humana
natura ex eo ꝙ nõ habet propꝛium ſubſiſtere: ſed
dependet ad ꝑſonam diuinã. in ꝑſona autem diui
na eſt ſolũ reſpectiua ſm rationem. Et ſic patet ꝙ
iſta eſt vera / deus factꝰ eſt homo. Secundũ patet
ſcʒ ꝙ hec eſt falſa / homo factus eſt deꝰ. qꝛ qñ ali-
cui attribuit̃ fieri non abſolute ſed cũ determina-
tione: opoꝛtet ꝙ illud p̃exiſtat / vel ſaltem ſm na-
turam factioni vel determinationi vt patʒ in am
bobus modis immediate dictis. ſed homo nõ p̃exi
ſtit nec natura nec tempoꝛe ei ꝙ eſt hominem fieri
vel eſſe deum: qꝛ licet fuerit humanitas priꝰ oꝛdi-
ne nature qꝫ fuit vnita verbo: tamen non priꝰ fuit
homo qđ eſt nomẽ ſuppoſiti qꝫ fuit hominem eſſe
deum ſed ſimul. ꝓpter qđ iſta falſa eſt / homo fa-
ctus eſt deus. ¶ Tertia declaratio recapitulat
tres concluſiones ⁊ declarat declarationem pri- 3.articulꝰ
mam latius dicẽs: ꝙ iſte ꝓpoſitiones poſſunt ha
bere tres ſenſus. Primus eſt improprius: in quo
vtraqꝫ eſt vera qñ ſcʒ factio determiat ſolã copulã
ſub hoc ſenſu / factũ eſt ꝙ deꝰ ẽ hõ. ⁊ ecõuerſo. hoc
eñ verũ eſt ꝙ ꝑ factionẽ nature ſunt vnite. Secũ
dus eſt improprꝰ in q̃ vtraqꝫ eſt falſa: ſcʒ qñ factio
determinat abſolute ſubiectũ vel p̄dicatũ ſub hoc
ſenſu / deꝰ factꝰ eſt hõ. vel hõ factꝰ eſt deꝰ. vel deꝰ
eſt hõ factꝰ. vel ecõuerſo. qꝛ nec deꝰ ẽ factꝰ ſimpli-
citer. nec ille hõ eſt factꝰ ſed factoꝛ. Tertiꝰ eſt pro
prius in quo vna ẽ falſa ⁊ alia vera / qñ ſcʒ factio
determinat ſubiectũ in ꝯparatione ad p̄dicatuʒ:
tunc eñ falſa eſt iſta / hõ eſt factꝰ deꝰ. quia factum
opoꝛtet p̃exiſtere tꝑe vel natura termio: ſicut ſub
ſtantia facta eſt q̃ta: qꝛ priꝰ fuit natura nõ tẽpo-
re: qꝛ q̃cito eſt ſubſtãtia tã cito eſt q̃ta. Alia ſo
eſt vera q̃ dr̃ / deꝰ factꝰ eſt hõ. qꝛ p̃exiſtebat deus. et
manẽs deꝰ factꝰ eſt hõ ꝑ factionẽ nõ ſui nec in ſe:
ſed ꝑ factionẽ nature ſibi vnite: qꝛ ſine ſui muta-
tione ſaltẽ factione relatiua ſit aliqđ de nõ relati
uo relatiuũ ꝑ ſolã mutationẽ extremi: ⁊ licʒ in re
latione reali creature ſm quoſdam mutetur ꝑ ac
cidens vnum extremum altero mutato per ſe: il-
la tamen mutatio ꝑ ſe eſt a primo generante ſicut
et generans quantũ dat de foꝛma tantum dat de
loco: propter quod graue mouetur per accidens
quidẽ a remouẽte prohibẽs: ſed per ſe a generãte
inqꝫtum foꝛmam datã ſequeret̃ motus ſi nõ eſſet
ꝓhibẽs. ſic eo ipſo ꝙ aliquid ſit albũ aptũ natum
eſt eſſe ſimile omni albo. ſi ergo nõ eſt aliud albũ
prohibet̃ erũpere ſimilitudo a ſuo fundamẽto in
actum. ſi vero ſit aliud album tam remoto pro-
hibente procedit: et rurſum illo coꝛrupto coꝛ-
rumpitur: ſicut inuẽto obſtaculo / ceſſet deſcẽſus

ſed dei ad creaturam non eſt relatio realis propt
quod nec per ſe: nec per accidens mutatur. quan=
Ad rōnes ante oppo. do de nouo ad creaturam refertur. ¶ Ad pri
mum dicunt quidam ſicut tactum fuit in ſecun=
Ad pⁿmuz do articulo ꝙ non ſequitur deus nō eſt factus: ergo
non eſt factus homo: nec eſt locus a ſuperiori ad
inferius negando ſed potius eſt fallacia ſecundū
quid ad ſimpliciter: quia fieri abſolute ſumptum
accipitur ꝓ fieri ſimpliciter: ſumptum autem cū
determinatione tenetur pro fieri ſecundum con=
ditionē determinatiōis: licet enim humana natu
ra dat ſuppoſito ꝓpꝛiū generis eſſe ſimpliciter tñ
ſuppoſito diuino tantum dat eſſe ſecundum quid
quia aduenit enti in actu perfecto: et ideo cum in=
fertur deus non eſt factus: ergo non eſt factus
homo: negatur factio ſecundum quid ex negatio
ne factionis ſimpliciter. ſi autem fieri abſolute
ſumptū tenetur pro fieri qđ ē cōmune ad fieri ſim
pliciter et ſecundum quid tunc ex negatione eius
abſoluta poſſet inferri negatio cuiuſlibet fieri
ſimpliciter et ſecūdum quid. Sed modus loquē
di hoc non habet locum. ¶ Alij reſpondent ꝙ quē=
Herueus vbi ſ. dam ſunt que ſecunduz eſſe ſecundum quid inclu
dunt et inferunt eſſe ſimpliciter: de eo de quo di=
cuntur et tamen fieri pertinet ad ſecundum quid:
et eſt determinatio diminuēs / nec īfert fieri ſim=
pliciter ſicut ſequitur / iſte eſt homo albus: ergo ē
homo ſimpliciter: ſed non ſequitur homo fit alb⁹
ergo fit ſimpliciter homo / et illud eſt vniuerſalit
verum in omni accidente et in eo quod habet in
hoc modum accidentis / ꝙ eſſe eius in quo eſt nō
dependet ab illo: et ſic quantum ad hoc natura
humana in perſona diuina habet modū acciden=
tis: quia ſuppoſitū in quo eſt non depēdet ab illa. ideo
fieri reſpectu ꝑſone diuine nō eſt fieri ſimpliciter
ſed fieri ſcđm quid. Dicendū ergo ꝙ nō ſequitur
ſi deus nō eſt factus / ꝙ non ſit factus homo. nec
eſt ibi ꝓceſſus a ſuperiori ad inferi⁹ negando: ſed
eſt ꝓceſſus a ſimpliciter ad ſm quid negando. ſi=
cut ſi diceret / non eſt albus: ergo non eſt alb⁹ ſm
dentes. ¶ Quidam autē reſpondent ad illud ar=
gumentū dicentes ꝙ non ſequitur / deus nō eſt fa
ctus: ergo non eſt factus homo. quia deo non cōue
nit ꝙ ſit factus homo ꝑ fieri exiſtēs in ipō. Sed
iſta reſponſio nulla eſt: quia ſequeret ꝑ oppoſituz ꝙ
aliquid diceret fieri ſimpliciter ſi fieri eſſet in eo
vt in ſubiecto. hoc autez eſt falſum: nam licet hec
ſit vera / ſortes fit hodie alb⁹: ꝑ fieri qđ eſt in ipſo
ſicut in ſubiecto: non tamen eſt verū ꝙ ſortes ho=
die fit. vnde nō ſequit / ſortes nō eſt factus hodie:
ergo non eſt fact⁹ hodie homo alb⁹: cū tñ fieri qđ
eſt dealbatio ponat i ſorte ſicut in ſubiecto ſm rē
Ad ſcđm. Et ideo ali⁹ mod⁹ reſpōdendi eſt melior.. ¶ Ad
ſecundū dicendum ꝙ hec ꝓpoſitio / deus fact⁹ eſt
homo. non cōuertit in hanc / homo factus eſt de⁹
ſed in hanc / ille qui fact⁹ eſt hō eſt deus. et hec eſt
Ad tertiū vera. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ cū dr / deus factus
eſt homo. fieri non attribuitur deo vt ſubiecto fa
ctionis / nec vt termino acquiſito ꝑ factionez: ſed
attribuit ei vt extremo ad qđ term.n⁹ factionis
realem habet habitudinem ratione cuius attri=
buitur ſibi fieri nō ſimpliciter: nec ꝑ inherentiam
ſed ꝑ habitudinez relatiuam ſicut declaratū fuit
Ad q̄rtuz prius. ¶ Ad quartum dicēdum ꝙ fieri eſt muta=
ri illi⁹ in quo fieri eſt realiter ſicut in ſubiecto. nō
autem oportet ꝙ fieri ſit mutari illi⁹ quod deno=
minatur a fieri quod eſt in alio ſcđm rem. et ideo
non oportet ꝙ deus dicatur mutari: licet dicatur
fieri aliquid. ¶ Sed ſi queratur quare nō deno=
minatur aliquid a mutari exiſtēte in alio ſicut de
nominat a fieri exiſtente in alio. Dicendum ꝙ fie
ri ſimpliciter cōuenit termino factionis et nō ſub
iecto. ſubiecto autē factionis nō attribuitur niſi
ſcđm ꝙ habet habitudinē ad terminuz factionis
ſicut in dealbatione non dicim⁹ ꝙ homo fiat ſim=
pliciter / ſed ꝙ fiat albus. et ideo fieri attribuitur
omni ei quod ꝑ factū habet habitudinem / etiam
rationis ad terminum factionis ſicut dictum eſt
ſupra ꝙ lignū dicitur factum viſum ꝓpter hoc ꝙ
habet habitudinem ad viſionem factam in viden
te. mutari autem non importat hanc habitudinē
ad terminum ad quem. nec conuenit termino ad
quem ſed ſubiecto. vnde qñ homo dealbatur / ve=
rū eſt dicere ſimpliciter ꝙ homo mutatur. et ideo
non dicitur ꝓprie mutari niſi id quod vere et rea=
liter eſt ſubiectum mutationis: in quo ſuccedunt
ſibi termini ſcz a quo et ad quem.

¶ Queſtio tertia.

TErtio queritur / vtrū hec ſit
vera. filius dei predeſtinat⁹
eſt eſſe homo. Et videtur ꝙ Primum
ſic: quia iſta debet magis ve
rificari. filius dei predeſtina
tus eſt eſſe homo. quam iſta / ho
mo predeſtinat⁹ eſt eſſe fili⁹
dei. ſed iſta ſcđa eſt vera: er=
go fortio: i rōne ꝓma. Ma=
ior patet: quia ſicut magis verificamus iſtam /
filius dei factus eſt homo. quam iſtā / homo eſt fact⁹
filius dei. ita magis debemus verificare iſtam / fi=
lius dei predeſtinatus eſt eſſe homo. quam iſtam / ho=
mo predeſtinatus eſt eſſe filius dei. Minor pro=
batur ꝑ apoſtolum Roma. i. qui loquens de xpo
dicit. Qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſm car=
nem. id eſt homo qui ſcz homo predeſtinatus eſt
filius dei in virtute. ergo ſcđm ipſum iſta eſt vera
iſte homo demōſtrato chriſto / predeſtinat⁹ eſt eſ=
ſe filius dei. quare etc. ¶ Item eſſe factum in tem Secundū
pore nō per naturam ſed per gratiaz a deo preuiſ
ſum et preordinatum eſt predeſtinatum: ſed factū
eſt in tempore ꝙ deus eſt homo. et homo eſt deus.
non per naturam ſed per gratiam vnionis. et hoc
fuit a deo preuiſum et preordinatum: ergo eſt pre
deſtinatum. igitur vtraqꝫ vera eſt. et hec. filius dei
predeſtinatus eſt eſſe homo. et hec / homo prede=
ſtinatus eſt eſſe filius dei. ¶ In contrarium ar= In oppo.
guitur ꝙ homo non dicitur equiuoce de filio dei /
et alijs hominibus puta petro / et iohanne: ſed de
nullo alio poteſt dici ꝙ ſit predeſtinatus eſſe ho=
mo. Non enim bene diceretur / petrus eſt predeſti
nat⁹ eſſe homo. ergo nec illud debet dici de filio
dei. ¶ Reſponſio Tria ſunt videnda. Primo de
natura predeſtinatiōis. Scđo quomodo ille ho=
mo ſit predeſtinatus ſcđm vnam opinionē. Ter=
tio quomodo ſecundum aliam. ¶ Quantum ad i. articul⁹.
primum dicunt quidam ꝙ predeſtinatio poteſt ac Durā. q. 3
cipi abſolute. vt dicēdo / petr⁹ eſt predeſtinat⁹: vel huius diſ.
cum aliqua determinatione. ꝓmo modo predeſti
natio eſt preordinatio conferendi alicui in tem=
pore illa que ſufficienter perducunt eum ad bea=
titudinē ¶ Quando autē termi⁹ predeſtinatus

additur aliqua determinatio: tunc importat predeſtinationem diuinã in id qđ per determinationem additur. vt ſi dicatur petrus fuit predeſtinatus eſſe princeps apoſtolorum. ¶ Utrobiqȝ aũt de ratione predeſtinatiõis ſunt tria. Primum eſt q id ad quod aliquid dicitur predeſtinari aliquando ei cõuenit/alioquin predeſtinatio nõ haberet certitudinem. Secundum eſt q conueniat ei non ex ſe / ſed ex alterius dono gratuito: quia predeſtinatio proprie eſt eorum ad que virtus ppria non attingit. Tertiũ eſt q illud ad quod aliquid predeſtinatur: ſequatur predeſtinationem ⁊ predeſtinatum predeſtinationem quidem: qꝛ predeſtinatio ratione prepoſitionis que eſt pre/importat anteceſſionem ad illud de quo eſt. predeſtinatum vero: quia illud ad quod aliquis predeſtinatur cõuenit ei per gratiã: et ideo ſupponit ipſum: ſicut gratia ſupponit naturam. ¶ Probant autẽ aliqui q predeſtinatio non ſit voluntaria/nec cõtingens/ſed neceſſaria: quia nichil eſt in potẽtia ad oppoſita ſimul et pro eodem tempore: qꝛ poſſibili poſito in eſſe/ nullum ſequitur impoſſibile. ſed impoſſibile eſt contraria ſimul ineſſe. ergo nichil eſt in potẽtia ad contraria ſimul. ſed ſi predeſtinatio eſt libera: ergo potuit non eſſe pro aliquo tempore. ſi autem eſt eterna vel eſſe potuit. ergo potuit eſſe/vel fuit pro omni tẽpore: ſed aliquod tempus eſt pars totius temporis. ergo pro eodẽ tempore potuit ſimul eſſe ⁊ non eſſe. ¶ Et dicendum q contingentia ſimpliciter ⁊ neceſſitas abſoluta non ſtãt ſiĺ. ſed cõtingentia ſimpliciter ⁊ neceſſitas conditionata ſic. vnde album poteſt eſſe nigrum abſolute: quia ſi vnum contrariorum eſt in natura et reliquum/ actu vel potentia: ſed non ſuppoſito q ſit album q̃diu ſic eſt. Ita et dico q abſolute ⁊ ſimpliciter loquendo predeſtinatio ab eterno potuit eſſe vel non eſſe ſub diſtinctione nõ cum ſimultate: ſed ſuppoſita altera parte contradictionis alia eſſe non poteſt ſimul. ¶ Cum ergo dicũt q poſſibile poteſt poni in eſſe quãdo eſt poſſibile: ſi ergo ſubiectum eſt in potentia ad vnum contrarium quando eſt actu ſub alio. ergo poteſt poni in actu cũ eo. Dico q non ſequitur: qꝛ eſt in potentia abſolute: ſed non eſt in potentia cuȝ iſta

2. articul⁹ Qu. vbi ſ conditione q maneat cum alio. ¶ Quantum ad ſecundum dicunt quidam q ſi eſſe predeſtinatuȝ ſumitur abſolute/tunc non conuenit filio dei niſi cum reduplicatiõe expreſſa vel ſubintellecta hac ſcȝ inq̃ʒtum homo/vt dicatur vel ſaltem intelligatur/filius dei ſcđm q homo eſt predeſtinatus: cuius ratio eſt: qꝛ predeſtinari abſolute eſt deſtinari od beatitudinem per alterius donum ſibi in tempore gratis collatum: ſed iſtud non cõpetebat filio dei inq̃ʒtũ huiõi: quia non deſtinatur ad beatitudinem cuȝ ipſe ſit beatitudo ſua. nec recipit ex tempore aliquod donum per quod ad beatitudinem tendat: ergo ſibi non competit eſſe predeſtinatum. vnde ibi deficiunt due conditiones predeſtinationis: quia beatitudo quaȝ habet filius dei non couenit ei per gratiam ſed per naturam. nec ſequitur ipſum tempore vel natura cum ſint vna natura. quare ⁊c. ¶ Si aũt dicaẗ fili⁹ dei ſm q homo p̃deſtinatus/vera eſt: quia beatitudo creata conuenit filio dei ſcđm q eſt homo: ⁊ conuenit ei ex gratuito dono dei/⁊ ſequitur ipm ſaltẽ ordine nature: ꝓpter quod ibi cõcurrũt omnes cõditiones predeſtinationis pri⁹ poſite: ex quo ſequitur q propoſitio illa vera ſit ¶ Si autem ſumatur predeſtinatio non abſolute ſed cum determinatione: ſicut ſumitur in propoſitione de qua q̃ritur: ſic dicendum eſt q nec iſta eſt proprie vera/ filius dei predeſtinat⁹ eſt homo: nec iſta/homo predeſtinatus eſt eſſe filius dei. Prima tamen eſt magis tolleranda q̃ʒ ſecunda. ¶ Q ʒ autem iſta non ſit proprie vera/filius dei predeſtinat⁹ eſt eſſe homo/patet ſic. Illud quod conuenit alicui propria virtute / et non ex dono gratuito: non conuenit ei per aliquam predeſtinationem: ſed eſſe hominem filio dei conuenit per aſſumptioneȝ humane nature que facta eſt virtute filij/ que quidem virtus cõuenit patri ⁊ ſpiritui ſctõ/ non per aliquod donum gratuitum collatum filio ergo ⁊ eſſe hominem non competit ei per aliquã predeſtinationem. Minor de ſe patȝ. Maior ſimiliẗ manifeſta eſt: quia vna de cõditionibus predeſtinationis eſt q id ad quod aliquid predeſtinatur/conueniat ei ex aliquo dono gratuito/⁊ nõ ex virtute propria. ¶ Q ʒ alia ſimiliter ſit falſa/hec ſcȝ: homo predeſtinatus eſſe filius dei. ꝓbatur ſic. Illud quod cõuenit alicui nec ſequitur ipſum natura vel tempore non conuenit ei p predeſtinationem: ſed eſſe filium dei non ſequitur hominẽ de quo predicatur nec natura nec tempore vt dictum fuit in precedẽti. ergo non conuenit ei per predeſtinationem. nõ poteſt ergo vere dici q homo eſt predeſtinatus eſſe filius dei. ⁊ minus poteſt hoc dici q̃ʒ q fili⁹ dei ſit predeſtinat⁹ eſſe homo: quia ſibi non obuiat niſi quia eſſe hominem conuenit filio dei per aliquid factũ ꝓpria virtute eius: illud tñ factum eſt gratie: quia vnio nature humane cum ſuppoſito diuino eſt factum mere gratuitum. et ideo poteſt aliquo modo tollerari q conueniat ei per gratiam. ſed in alia ꝓpoſitiõe obuiat totaliter ꝯditio ſcđa predeſtinationis: ſcȝ q illud ad quod aliquid predeſtinatur ſequitur ipſum ſaltem ordine nature. obuiat etiam aliquo modo ſecũda conditio: quia cũ hõ ſit nomen ſuppoſiti q nõ eſt in xp̃o niſi vnũ tantũ ⁊ illud p naturã habet q ſit fili⁹ dei/ hõ põt ſibi cõpetere p gratiã: ⁊ ſi cõpeteret ei inq̃ʒtũ homo p gratiam vnionis qꝛ tamen illa vnio ſit virtute ſuppoſiti quod importaẗ noĩe hominis non adhuc remãet eadem ꝓprietas q̃ʒtum ad ſecũdã conditionem predeſtinationis patet ergo q nulla ꝓpoſitionum predictarũ eſt propria. Proprie tamen diceretur q humana natura fuit predeſtinata vniri filio dei: et quia ex tali vnione verificãtur propoſitiones he/ deus eſt homo. et homo eſt deus. ideo poſſet dici q predeſtinatum fuit deuȝ eſſe hominem. ⁊ hominem eſſe deũ: ſed ex hoc nõ ſequitur q priores ſint vere: ſicut nõ ſequitur/ factum eſt q homo eſſet deus: ergo homo fact⁹ eſt deus: qꝛ factum eſſe vel predeſtinatũ eſſe nõ ſunt determinationes ꝓpoſitionis vt dictũ eſt in p̃cedenti q̃ſtione. ¶ Quãtũ ad tertiũ poſſent aliter dici tres cõcluſiões. Prima q natura hũana xp̃i fuit p̃deſtinata ⁊ ſimpľr ſicut cetere reſpectu gr̃e ⁊ gl̃ie ꝑut p̃deſtinatio eſt p̃paratio gr̃e in p̃ſenti/ ⁊ gl̃ie in futuro: excepto q ꝑut p̃deſtinatio eſt ꝓpoſitũ miſerẽdi/ſi miſereri eſt a miſeria liberari. xp̃i natura a miſeria culpe nõ eſt liberata: qꝛ peccata nõ habuit. Redẽptor eñ omniũ redẽptione non eguit: miſeriã autẽ pene proprie nõ habuit: 3. articul⁹ 1. cõcluſio

quia ois miſeria pene ꝓprie dicta eſt cõtra voluntatẽ: xp̃s autẽ defect⁹ penales non inuit⁹ cõtraxit aut paſſus fuit: ſed volũtarie aſſumpſit ideo miſer non fuit. Scd̃o natura eius fuit predeſtinata ſingulariter: ſcʒ vniri filio dei et deitati in pſona ex quo factũ eſt ꝙ eſt verus filius dei ⁊ hominis: deus et homo. Tertio nõ fuit predeſtinata eſſe filius dei: qꝛ aſſumptum non eſt aſſumens. ❡ Se
2.cõcluſio cunda concluſio eſt de p̃deſtinatione ſuppoſiti ex parte aſſumpti qꝛ ille hõ fuit predeſtinat⁹ ſicut filius dei et non aliter cũ ſit idem ſuppoſitum vtrobiqꝫ: ⁊ ille homo dicit ſuppoſitũ. Aliud enim eſt dicere/ ille hõ. ⁊ aliud eſt dicere/ chriſt⁹ ẽm ꝙ hõ. quia ſubiectum retinetur materialiter: ſed reduplicatio formaliter ad ſubiectum formaliter: propter quod illa eſt falſa/ ille homo eſt predeſtinat⁹ ſimpliciter: ſed eſt vera ſcd̃m quid illo modo quo illa/ filius dei eſt predeſtinatus. ſed alia eſt vera
3.cõcluſio ſimpliciter vt dicetur diſtin. x. ❡ Tertia concluſio eſt de predeſtinatione eius ex parte aſſumẽtis ꝙ filius dei eſt predeſtinatus eſſe filius hominis: cum hoc factum ſit per gratiam. et eſt predeſtinatus eſſe filius dei per innoteſcentiam: ſed non eſt predeſtinatus ſimpliciter/ cum hoc ſit proprium creature. ❡ Ad argumenta ſoluunt illi de prima
Ad rõnes p̃ncipales Du. vbi ſ. opinione. ❡ Ad primum p interemptionem minoris: et qđ additur de auctoritate apl̃i/ põt dupliciter reſpõderi. Uno modo pũctuãdo ſic ſicut pũctuat origenes: ſic ſcꝫ qui fact⁹ eſt ex ſemine dauid ſcd̃m carnem: id eſt homo qui predeſtinatus. vt ſit ibi punctus/ eſt filius dei in virtute: ⁊ ſic nõ dicit aliqua anteceſſio in homine reſpectu ei⁹ qđ eſt eſſe filium dei: ſed iſte nõ eſt ſenſus in quo q̃rimus de veritate huius ꝓpoſitionis homo predeſtinat⁹ eſt eſſe fili⁹ dei. Alio mõ poteſt dici ꝙ ẽm conſuetudinem ſcripture aliq̃d dicit fieri qñ inoteſcit hoc. ergo quod eſt eſſe filium dei poteſt accipi vel ſcd̃m rei veritatẽ/ ſeu ſcd̃m euidẽtiã ſeu manifeſtationẽ. Si primo modo/ tũc falſa eſt ꝓpter rationem que dicta fuit. Si ſcd̃o modo/ ſic eſt vera vt ſit ſenſus hic: homo predeſtinat⁹ eſt eſſe fili⁹ dei: id eſt vt appareret eſſe filius dei euidẽter. qđ factum fuit p̃cipue in reſurrectione. Unde ⁊ ipſe tunc dixit. Data eſt michi oia poteſtas in celo et in t̃ra. Math. vltimo. Et hec expoſitio videt cõcordare textui ſequenti. Sequit enim poſt p̃dicta verba. Qui predeſtinat⁹ eſt fili⁹ dei in virtute ſcd̃m ſpiñ ſctificatiõis ex reſurrectiõe mortuoꝝ.
Ad ſcd̃m. ❡ Ad ſcd̃m dicẽdũ ꝙ vnio nature hũane cũ diuina pſona que facta eſt in tẽpore p gratiã ⁊ p̃ordinata a deo ab eterno vere põt dici p̃ordinata ex qua vnione ſequit verificatio iſtarũ ꝓpoſitionũ/ de⁹ eſt homo. et homo eſt deus. ſed nõ ꝓpter hoc ſeq̃tur ꝙ ille ꝓpoſitiones ſint vere/ deus predeſtinatus eſt eſſe homo. ⁊c. niſi ſub illo ſenſu improprio predeſtinatũ ꝙ deus ſit homo/ ⁊ homo de⁹. Predeſtinatio eñ eſt p̃ordinatio factoꝝ non verificationis ꝓpoſitionũ: Quia ex factis ſequit aliqua
Ad rõnes in oppoſi. rũ ꝓpoſitionũ verificatio. ❡ Argumentũ vero in oppoſitum licet ſit ad veram concluſionem: tñ deficit qꝛ nõ eſt ſimile de hac ꝓpoſitiõe/ deus predeſtinatus eſt eſſe homo. ⁊ petrus predeſtinat⁹ eſt eſſe homo: qꝛ homo et petrus dicunt idem ſuppoſito ⁊ natura. Idẽ autẽ non predeſtinat ad ſeipm̃. Nomine autẽ hominis ⁊ dei non importatur idem formaliter quo ad ſuppoſitũ ⁊ quo ad naturam. ⁊ quis homo nõ dicatur equiuoce de xp̃o et petro attendendo ad naturam humanã/ qꝛ eſt eiuſdem rationis in vtroqꝫ: attẽdẽdo tñ ad ſuppoſitũ dicit̃ de eis equiuoce vel ſaltẽ analogice. ❡ Queſtio. iiii.

Quarto querit/ vtrũ ille intellectus p quẽ deus eſt homo vel factus homo ſit pura potentia non includẽs aliquẽ actũ. Et videt ꝙ ſic: qꝛ ille intellectus fuit vni⁹ rationis cũ oĩ intellectu hũano: ſed ille eſt pura potẽtia: qꝛ ẽm cõmẽtato: ex ſic ſe habet in genere intelligibiliũ ſicut materia prima in genere ſenſibiliũ. ergo ⁊c. ❡ Contra. Potentia intellectiua eſt nobilior q̃ ſenſitiua ⁊ nutritiua: ſed quelibet iſtarum includit aliquẽ actũ. ergo ⁊c. ❡ Reſponſio. In Reſpõſio.
tellectus per quẽ deus eſt homo non eſt accidẽs/ ſed ſubſtantia. non materia: ſed forma. id eſt aia intellectiua: que eſt actus prim⁹ nichil habẽs de potẽtia materie intrinſece. vnde q̃ntũ ad hoc queſtio non eſt dubia. Sed de intellectu poſſibili qui eſt accidẽs aie: qꝛ aliqui dicunt in accidentib⁹ eſſe puram potentiam ſicut in ſubſtãtia: qꝛ diuiſio entis in actum et potẽtiam circuit omne gen⁹: ſunt tres opiniões. ❡ Prima eſt: ꝙ eſt pura potẽtia ſim 1.opinio.
pliciter: ita ꝙ nec eſt actus nec eſt actiua nec in ſe nec i aliud ſicut nec materia p̃ma. Nõ eñ agit in ſe ſuũ actũ: qm̃ ipſum recipit. ⁊ nichil eſt p ſe p̃mo actiuũ et receptiuũ eiuſdem. ❡ Item nec agit in aliud pura voluntatẽ qꝛ nõ agit niſi intelligẽdo. Nũc autẽ in ipſo intelligere eſt ratio agẽdi/ non in ipſa potentia: ſicut materia p̃ma nõ agit ſine forma. cũ ea autẽ nõ eſt ipſa ratio agẽdi ſed ſola forma. vide cũ ois act⁹, et forma ſit ratio agẽdi ſicut potentia et materia patiẽdi. Intellect⁹ qui nichil penit⁹ agit: nullũ penitus actũ includit. ❡ Preterea intellectus nichil eſt eorũ que ſunt ante intelligere. 3. de aia. ſed omnis act⁹ ⁊ forma eſt de numero eorum que ſunt. pura autem potentia non: ſed de illis que eſſe poſſunt. ergo non eſt aliquid actu ſꝫ pura potẽtia: ſicut de materia dicit. 7. metaphiſice. ꝙ non eſt quid/ nec quale/ nec quãtum. ❡ Tertio ſic. Nichil eſt illud quod recipit: immo oportet oĩe receptiuũ eſſe denudatum a natura illa quã recipit: ſicut oportet ꝙ pupilla ſit abſcolor ad hoc vt recipiat omnẽ colorẽ/ ⁊ organum auris eſſe abſonum ad hoc ꝙ recipiat omnem ſonũ: ſed intellectus poſſibilis eſt omnia fieri/ et locus ſpecierum reſpectu omniũ. vel cũ intelligat oẽm actũ/ oportet ꝙ in ſe nullũ habeat actum. potẽtia autẽ non intelligitur niſi p analogiã ad actũ vnde potentia eſt ſed actus nõ eſt. ❡ Quarto qꝛ appetitus potẽtie poteſt eſſe ad infinitum ſicut materie ad infinitas formas. non ſic autẽ appetitus actus/ ſicut ſuperficies eſt ad finitos/ nõ ad infinitos colores. et ſicut corpus ad infinitas figuras que non ſunt forme a q̃ntitate differẽtes realiter ſed intellectus eſt in potentia ad infinitas intellectiones etiam ſpecie differentes: quia reflectitur ſuper actum ſuum in infinitum. et actus reflexus differt ſpecie ab actu recto. poteſt etiam magis et magis cognoſcere deum in infinitum. ergo eſt potẽtia infinita et ſic nõ eſt act⁹ cũ nõ ſit deus.
❡ Secũda eſt ꝙ intellect⁹ eſt act⁹ q̃dã ⁊ eſt actiu⁹ 2.opinio
reſpectu volũtatis: ſꝫ paſſiu⁹ reſpectu fantaſmatũ

litudinem: ſicut ſol dicitur oriri inq̄tum exit de occulto ad manifeſtum. Ratione tertii dicuntur naſci. vnde et nata dicuntur/quaſi adnata: id eſt coniuncta. ſic igitur natiuitas vel naſci eſt generatio vel generari in viuentibus. ¶ Quantum

2. articulꝰ du. vbi. F. **Quantum ad ſecun**dum quibus conuenit naſci. dicunt q̄demq; naſci proprie conuenit perſone tanquam illi quod naſcitur: ſed nature conuenit tanq̄ illi quo naſcitur. Et hoc patet tripliciter accipiendo naſci pro eo quod eſt generari. Primo ſic. ſicut ſe habet generare ad generationis principiū: ſic ſe habet generari ad generationis terminum: ſed principiū generationis tanq̄ illud quod generat eſt ſuppoſitum: quia actiones ſunt ſuppoſitorum. Natura autem eſt illud quo vel cuius virtute ſuppoſitum generat. ſic enim generatio eſt opus nature. ergo ſimiliter terminus generationis tāq̄ illud quod generatur eſt ſuppoſitum. natura autem eſt illud quo ſuppoſitum generationem terminat. ¶ Secūdo ſic. Generatio eſt via ad eſſe: igitur ſicut alicui competit eſſe: ita et generari: ſed ſuppoſitum ꝓprie ē: natura aūt illud q̄ ſuppoſitū ē. g̃ ſuppoſitū eſt illud qđ gn̄atur. ¶ Tertio ſic. Sicut ſe habet natura diuina in filio ad generationem eternam ex patre: ſic ſe habet natura humana in ipſo ad generationem temporalem ex matre: ſed natura diuina non eſt illud quod generatur ex patre: q̄uis ſit illud quo filius aliquomō generationē terminat. ergo ſimiliter humana natura in ipſo non eſt illud quod generatur ex matre: ſed eſt illud quo filius generationem terminat. Ex quo patet cum generari in viuentibus ſit idem quod naſci: ſuppoſitum eſt illud quod naſcitur: ſed natura eſt illud quo naſcitur.

3. articulꝰ Duf. q.2. huiꝰ diſti. **Quantum ad tertiū** q̄ in chriſto fuerūt due proprie natiuitates probant idem dupliciter ſic.

Primo ſic: vtendo nomine generationis pro natiuitate ſicut prius: q: ſicut ſe habet generatio actiue accepta ad generationis principium: ita ſe habet generatio paſſiue ſumpta ad generationis terminum: ſed generatio ⁊ vniuerſaliter omnis actio ſequitur in vnitate et pluralitate perfectum principium quo generans generat et non ſuppoſitum quod generat nam ſi forme que ſunt principia generationis vel actionis ſint plures et ſuppoſitum vnum/actiones erunt plures. ſicut eadem aqua per frigiditatem infrigidat: et per humiditatem humectat: ſi autem ſuppoſita ſint plura/vna autem forma per quam aguntactio erit vna. ſicut pater et filius vna ſpiratione ſpirant ſpiritum ſanctum propter vnam vim ſpiratiuam. que eſt in eis. ergo ſimiliter generatio paſſiua magis ſequitur in vnitate et pluralitate illud quo ſuppoſitum terminat generationem ſcilicet naturam quam ipſum ſuppoſitum. cū igitur in chriſto ſint due nature ſcilicet diuina per generationem eternā acquiſita/⁊ humana per temporalem. /patet q̄ generatio chriſti eterna et temporalis eſt duplex et non vna. quelibet autem habet rationem natiuitatis/cum ſit in natura viuente: ergo in chriſto fuerunt due natiuitates. ¶ Secundo ſic. Nullus dicitur filius alterius niſi ratione aliculꝰ natiuitatis: ſed chriſtus dicitur filius dei patris et virginis matris: ergo vtrumq; eſt ſecundum aliquam natiuitatē ſed ſecundum eternam natiuitatem que eſt ex patre non poteſt dici filius matris. ergo ſecundum aliquam aliam: et ſic erunt plures.

¶ Quantum ad quartum dicunt quidam vnum ſcilicet q̄ chriſtus non poteſt proprie dici bis natus: quia bis dicit proprie numerationem actus per interruptionem menſure: ſed due natiuitates chriſti non numerantur per interruptionem menſure: ergo propter duas natiuitates non poteſt chriſtus proprie dici bis natꝰ. Maior patet: quia cum actus numeretur tripliciter: ſcilicet ex ſubiecto: quia eſt in alio et alio ſubiecto. Ex terminis: quia eſt aliud et aliud quod agitur. et ex menſura et interpollatim agitur: ſed hoc aduerbium bis non dicit numerum actus ex ſubiecto vel ex terminis: ſed ſolū illū q̄ eſt ex interruptione menſure Si enim duo legant ſimul eundem librum: aut ſi duo libri ſimul legantur: non dicitur bis lectum: ſed ſolum quando tempus interrumpitur: quia legitur diuerſis horis: igitur hoc aduerbiū bis dicit ſolam numerationem actus que eſt per interruptionem menſure. Minor ſimiliter patet: quia due natiuitates chriſti non numerantur per interruptionem menſure: quia nec habuerūt nec habere poſſunt eandem menſuram. nō interrumpitur autem niſi quod natum eſt eſſe vnum: quare oportet q̄ chriſtus per duplicem natiuitatem nō poteſt dici proprie bis natus: ſed q: non ſeruamꝰ ſemper omnimodam proprietatem locutionis/poteſt large loquendo dici q̄ ſicut chriſtus habuit duas natiuitates ſic fuit bis natus. et ſic loquitur beatus Auguſtinus. 4. articl's

2. articulꝰ ꝑncipalis in q̄ inq̄rit doctor de dictis du. Quātum ad primū. ¶ Inquirendo autem de his q̄tum ad primum articulū videtur q̄ deciſio accidat natiuitati: alias non eſſet natiuitas in diuinis/vbi nulla eſt deciſio. ¶ Item verbum dicitur concipi et naſci tāq̄ proles quod non eſt per deciſionē ¶ Item videtur etiam q̄ gigni competat non viuenti: quia dicitur celum ingenitum: quod tamē eſt inanimatū pertinet etiam oriri ad ſtellas et ſolē: ⁊ alia ſidera quia de occulto in manifeſtū ſed nō proprie: quia non ē exitꝰ ſubālis q̄ eſt de nō eē ſubāli ad eē ſbāle. ſed localis: q̄ eſt ad aliqđ extriſecū ſcz ad vbi ⁊ naſci ad accñtia ꝓpria que oriunē inquantū ab intra prorumpunt et ſunt cognata vel innata: q: naturaliter inſeparabilia/ſecus autem de accidētibus aliqs. ¶ Item filiatio addit ſimilitudinē perfectā: quia filius fit vt ille: vñ oua auiū piſciū capilli vngues ⁊c. naſcuntur: non in filios. Similiter cōceptio differt a natiuitate ſcđm eſſe occultum ⁊ manifeſtū. vnde verbum concipitur nō naſcitur in nobis. fructus naſcitur non concipitur. homo concipitur et naſcitur. Item cum vermes ex cadauere/plante ex terra ſine ſemine/aliquando naſcanē viuū de non viuo. ergo nō eſt de eſſentia natiuitatis procedere viuum a viuo. ¶ Itē non eſt de eſſentia nati q̄ ex modo procedendi habeat q̄ ſit viuēs: quia verbum in diuinis eſt natū cui tamen non debetur plus eſſe viuens q̄ amori. Unde dicendum q̄ verbum vt eſt verbū hz q̄ ſit ogatio rei viuētis: q: cognitio nō ē niſi rei viuētē

ſed amor non: quia eſt amor vel appetitus etiã in
naturalibus: ſicut frumentum deſiderat nubes:
et materia appetit formas. eſt autem de ratione
nati vita: et ideo ſpiritus ſanctus non eſt natus:
quia amor vt ſic non eſt operatio vite. Sed vtrũ
ſpiritus ſantus dicatur ortus. videtur ꝙ ſic quia
eſſentialiter procedit. filius autem eſt genitus et
natus et conceptus. ⁋ Quantum ad ſe=
Quãtum ad ſcõm. cundum dicendũ eſt ꝙ aliquid dicitur naſci qua=
druplicitter. Primo enim ⁊ principaliter naſcitur
hoc aliquid. Secundo pars: vt capilli non con=
comitanter ſed cõſequenter qꝛ naſcitur puer ſine
capillis: ⁊ auis ſine plumis. Tertio natura naſci
tur non ꝙ ſit ſubiectum natiuitatis: ſed res ſicut
forma generat. Quarto accidens: vt gñato hoie
albedo gñatur. Et ſic applicãdo ad quartũ cui⁹
humanitas eſt nata de virgĩe: quia ab ea accepta.
non autem ꝙ natiuitatis ſit ſubiectum. Genera=
tio autem eſt opus nature vt principij non vt ſup
poſiti. ⁊ ſimiliter natura eſt res vt forma. ſed diui
nitas nata nõ eſt de matre: ſicut nec hũanitas de
patre: qꝛ non inde eſt accepta. nec ex conſequenti/
nec per accidens: etiam quia albũ naſcitur naſcẽ=
te homine albo: non autem albedo. et ſic deus na
ſcitur naſcente chriſto: non autem diuinitas. Si
dicatur eſt incarnata: ergo nata. non ſequitur: qꝛ
eſſe incarnatum non importat niſi carni vnitum:
ſed eſſe natum importat natiuitatis ſubiectũ vel
terminum per eam acceptum. ⁋ Item naſcente
forte naſcitur homo: quia etiam humanitas for=
tis eſt accepta per natiuitatem: non ſic autem diui
nitas. ⁋ Quãtum autem ad tertium dicendum
Quãtum ad tertiũ. ꝙ concluſio eſt vera: ſed prima ratio non videtur
neceſſaria: quia in vno patre eſt vna potentia ge=
nerandi ⁊ vna natura numero que eſt vnum per=
fectum principium generationis: ⁊ tamen per il=
lam multas generatiões numero differẽtes pro=
ducunt ſcõm diuerſos filios quos gignit: ⁊ econ
uerſo patris et matris eſt vna generatio actiua
ſicut et paſſiua: qꝛ actio tranſiens eſt in paſſo vbi
non multiplicatur ſolo numero: et tamen patris
⁊ matris eſt duplex principium ſiue potentia ſiue
natura: ſicut eſt duplex ſuppoſitum. Falſa eſt er=
go maior ꝓpoſitio qua dicunt ꝙ generatio ⁊ ge=
neraliter omnis actio ſequitur in vnitate ⁊ plura
litate perfectum principium quo generans gene=
rat: niſi intelligant de vnitate ⁊ pluralitate ſpeci=
fica: et dicunt ꝙ in patre et matre ſimul nõ eſt niſi
vnum perfectum principium generandi: quia al=
terum per ſe non ſufficit: vnde erunt duo in car=
ne vna. Adhuc tamen etiam videtur maior falſa
quia perfectum principiũ vtriuſqꝫ generationis
chriſti actiue eſt vnum tantum ſcꝫ eſſentia diuina
qua generatur de patre ⁊ matre ſcõm iſtos qui di
cunt ꝙ mater non eſt in aliquo cooperata actiue:
et tamen conſtat ꝙ generatio eterna et tempora=
lis non ſunt vna nec actiue nec paſſiue. Similiter
productio diuine perſone et creature que a ſolo
deo producitur eſt ab vno perfecto principio: ſcꝫ
eſſentia diuina que eſt potentia generandi/ſpirã=
di/⁊ creandi: et tamen nullus diceret ꝙ eſſet vna
productio nec numero nec ſpecie: nec actiue nec
paſſiue perſone diuine et creature. ⁋ Quantum
ad quartum videtur ꝙ immo proprie dici poteſt
chriſtus bis natus ſicut ſancti dicunt ꝙ vbi ſunt
proprie duo ſimul quorum vnum nõ eſt aliud: ibi
videtur eſſe proprie bis: ſed chriſtus ſemel natus
eſt de patre ⁊ ſemel de matre: et ſemel eternaliter:
et ſemel temporaliter: ſed ſemel temporale nõ eſt
idem ipſi quod ſemel eternum. ergo eſt bis nat⁹.
⁋ Ad argumentum dicendum per interemptio=
nem maioris qꝛ interruptio accidit ei ꝙ dico bis
Si enim eodem tẽpore idem liber legãtur a di=
uerſis/diceretur iſte liber eſt lectus non tantum ſe=
mel: immo bis lectus a diuerſis eodem tempore
Similiter ſpiritus dicitur eſſe bis datus apoſto
lis: ſemel ante aſcenſionẽ: et ſemel in die penthe=
coſtes: et tamen prima datio non fuit interrupta
ſed ſemper cõtinuata. Similiter bis tria ſunt ſex
materialiter licet non formaliter: nec requiritur
interruptio menſure ternarij primi: ſed magis ſi=
multas vtriuſqꝫ. Similiter dicitur rumphea bis
acuta: id eſt ex vtraqꝫ parte/ſiue fiat ſimul vtraqꝫ
pars acuta a diuerſis ſiue ſucceſſiue. ⁋ Quantũ 3. articul⁹
ad tertium videnda ſunt tria. Primo videndum principal.
eſt quomodo chriſto cõuenit natiuitas vel naſci. oplo doc.
Scdõ ꝙ in ipſo fuerunt due natiuitates. Tertio 1. dictum.
ꝙ fuit bis natus. ⁋ Circa primum ſciendum ꝙ
naſci per ſe ⁊ primo eſt ſuppoſiti. ſcdõ eſt nature ꝑ
natiuitatem producte: non autem communicate.
vnde aſinus naſcitur qui per ſe ⁊ primo per gene
rationem producitur et anima eius nata eſt: qꝛ
per generationem producta. non autem materia
eius primo eſt nata vel genita licꝫ ſit per genera=
tionẽ accepta. Sic ergo naſci conuenit chriſto ſcꝫ
ſuppoſitum quod eſt vere de patre ⁊ matre natũ.
ſed non nature diuine que non eſt a patre produ=
cta: licet per generationem accepta ſed nõ produ
cta: quia nec diſtincta nec de matre nata licꝫ ab ea
diſtincta: quia nõ eſt ab ea accepta. ſed hũana na
tura a matre diſtincta/ et ab ipſa per generatio=
nem traducta ſicut in ceteris matribus dicitur in
chriſto nata illo modo quo in ceteris hominibus
ſcꝫ ratione diſpoſitionũ: quia reſpectu anime et
materie prime creata eſt a deo non genita a parẽ
te: quis materia prima ſit a matre traducta ma=
terialiter/a prẽ effectiue in vniuerſali. ⁋ Scõm Secundũ
patet ꝙ in chriſto fuerunt due natiuitates. Una
a patre. Alia a matre: quia licet proceſſio eterna
et temporalis perſone diuine non ponãt in nume
rum: quia in perſona procedente temporaliter ni
chil ſit nec terminatur ad aliquam rem in ea tamẽ
quia natiuitas tẽporalis ponit veram rem in ſup=
poſito diuino licet extrinſece: ideo eſt alia ⁊ alia.
⁋ Conſtat em̃ ex fide ꝙ natus eſt de patre. Item
ꝙ natus eſt de matre: ſed non vna ⁊ eadem natiui
tate. ergo alia ⁊ alia. ſed proceſſio eterna ⁊ tempo
ralis ſunt ab eodem licet non ad idem. Natiuita=
tes autem ex diuerſis ⁊ ad diuerſa ſecundum na
turam licet ad idem ſecũdum ſuppoſitum. de hoc
plenius ꝑmo libro diſtinc. 14. ⁋ Tertium patet Tertium
ꝙ chriſt⁹ eſt bis natus: qꝛ ad hoc ꝙ aliquis act⁹
dicatur iteratus vel bis fact⁹ ſufficiunt tria. Pri
mum ꝙ ſit alius et alius realiter. Secundum ꝙ
menſuretur alia mẽſura. Tertium ꝙ vnus ſit alio
poſterior: quib⁹ poſitis non oportet addere quar
tum ſcilicet ꝙ vnus ſit interruptus: vt ſi dur ante
calefactione manus/incipiam calefieri ⁊ pede: di
cor bis calefieri: ſcilicet vna calefactus priori/
alia poſteriori. Sic igitur licet natiuitas eterna

ſemper duret. quia tamen temporalis eſt alia aliter menſurata ⁊ poſterior erit bis nat⁹ maxime cum ſit natus hinc ⁊ inde non ſemel tantum: ſed ſemel hinc ⁊ inde vt dicitur in littera ergo nat⁹ eſt plu ries: non autem ter nec quater aut pluries. ergo bis. Uerum eſt tamen ꝙ modo non ſunt in chriſto due natiuitates ſed vna tātum ſcʒ eterna/ que ſemper naſcitur: quia illa non preterit: ſed temporalis tranſijt. ⁊ quando de matre naſcebatur/ tūc ſolum in eo due erant natiuitates: ante autem et poſt tantum vna.

Ad p̄mum ante oppoſitum.

¶ Ad argumenta in oppoſitum dicendum ad primum ꝙ illa que ſunt diuerſarum rationum q̄ſi ſunt pure equiuoca non connumerantur ſub eodem nomine: ſicut ponebatur exemplum de cane celeſti et terreſtri. ſed quando ſunt analoga ꝯnumerari poſſunt. bene enim dicitur ꝙ ſapientia diuina ⁊ humana ſunt due ſapiētie. due autem natiuitates chriſti participant rationē natiuitatis analoge: ꝓpter quod poſſunt adinuicem connumerari. Cum dicitur poſtea ꝙ per illud nō poteſt dici aliquis nat⁹: quod aduenit et poſt eſſe completum. dicendum ꝙ verum eſt ſi illud nō ſit natura viuens: quia naſci non eſt niſi ſcd̄m naturam viuentem vel dato ꝙ ſit natura viuens ſi nō pertineat ad idem ſuppoſitum: ſicut forte eſt de capillo reſpectu hominis/ qui ſe habet ad hominem ſicut planta ad terram ex qua trahit humorē/ vel ſi non pertineat ad totum ſed ad partem. Natura autem humana aduenient chriſto eſt natura viuens ⁊ pertinet ad idem ſuppoſitum ⁊ ſcd̄m totū ꝓpter quod ſcd̄m eam poteſt dici chriſtus natus. Ad aliud patet reſpōſio ex dictis. ¶ Queſtio. ij.

Secūdo queritur/ vtrū in chriſto ſint due filiationes reales. Et arguitur ꝙ non: quia non contingit idem bis dici ſcd̄m philoſophum. 5. metaphiſice dicentem ꝙ intellectus nō dicitur relatiue ad ſcientem cū dicatur relatiue ad ſcibile: qꝛ tunc accideret idem bis dici/ quod pro impoſſibili derelinquit: ſed ſi in chriſto eſſent due filiationes cum filiatio ſit relatio ꝯtingeret idem bis dici. ergo ⁊c. Minor ꝓbatur: quia per vnam diceretur ad patrem/ et per aliā ad matrē. ⁊c.

Primum

Secundū

¶ Itē ſicut albedo eſt cauſa albi/ ita filiatio eſt cauſa filij: ſʒ vbi ſunt due albedines/ ibi duo alba. ergo ſi in chriſto eſſent due filiationes chriſtus eſſet duo filij: quod eſt contra Augu. dicentē de eccleſiaſticis dogmatib⁹. c. 5. chriſtum deum ⁊ hominem non dicimus duos filios. quare in ipſo non ſunt due filiationes.

Tertium.

¶ Item duo accidētia eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe ſimul et ſemel in eodem ſcd̄m Auicē. 5. metaphiſice. ca. 8. ⁊ 6. naturalīū. parte. 3. ca. 6. ⁊ ideʒ dicit. 5. metaphiſice. ſed due filiationes ſunt relationes eiuſdem ſpeciei. ergo ⁊c.

Quartuʒ

¶ Item in chriſto non poſſunt poni due filiationes niſi ponatur vna ad matrē qua eſt temporaliter filius: ſed illa poni non poteſt. ergo ⁊c. Probatio minoris. Suppoſiti diuini ad beatam virginem nulla eſt proportio/ eo ꝙ vnum eſt finitum/ aliud infinitum: ſed vbi nulla eſt proportio ibi nulla realis relatio: ergo filij ad matrem virginem nulla eſt realis relatio / et per conſequens nulla realis filiatio.

Quintuʒ.

¶ Item probatur eadem minor ſic. Si eſſet filiatio xp̄i ad matrē cū chriſtus in triduo non fuerit homo/ chriſtus pro eodē triduo nō fuiſſet fili⁹: quod falſum eſt. ergo ⁊c. Cōſequentia patet: quia ſublato fundamento relationis realis remouetur relatio: ſed fundamentum filiationis ad matrem fuit natura humana. ergo ⁊c. Falſitas conſequentis probatͬ: quia chriſtus poſt reſurrectionem fuit homo/ ⁊ per conſequens filius. Tunc queritͬ an beata virgo poſt reſurrectionem fuit eadem mater aut alia. non poteſt dici ꝙ fuit alia mater: tum quia chriſtus poſt reſurrectionem fuit idem homo numero. tum qꝛ eadem beata virgo fuit eadeʒ mulier. Nec pot eſt dici ꝙ fuit eadem mater: quia ex quo fili⁹ fuit corruptus/ relatio filiationis fuit corrupta/ ⁊ ꝑ cōſequens relatio maternitatis fuit corrupta: qꝛ relatiua ſimul ſunt ⁊ non ſunt: ⁊ quod corruptū eſt ſi iterum fiat/ non erit idem numero. 2. de generatione. quare ⁊c.

In oppoſitum.

¶ Oppoſitum. Si natura aſſumpta a verbo dimitteretur ſine aliquo abſoluto aduenienti ſtatim eſſet ſuppoſitum et pſona. hoc patet ex precedentibus/ ⁊ ꝑ conſequēs perſona illa ſeu homo eſſet virginis matris filius. ¶ Ex hoc arguitͬ ſic. Nulla relatio poteſt alicui de nouo aduenire niſi per aduentuʒ alicuius abſoluti: quare cum nullum abſolutum ponatur aduenire nec in natura dimiſſa a v̄bo: nec in altero ſcʒ in btā virgine nulla relatio poſſet de nouo aduenire. quare ſi in natura dimiſſa a verbo faciente ſuppoſitū eſt relatio filiatiōis realis/ habetͬ propoſitū. ¶ Itē in chriſto ſunt plures natiuitates/ ⁊ ad natiuitatē ſequitur filiatio. ergo ⁊ plures filiatiōes.

Reſpōſio.

¶ Reſponſio. Primo ponētur dicta aliorum. Et ſcd̄o inquiretur de illis. Tertio ponentur quedā inſtātie et ſoluentur. ¶ Circa primum facienda ſunt quattuor. Primo premittentur aliqua. Scd̄o recitabuntͬ opiniones. ⁊ p̄mo prima. ſcd̄o ſecunda. ⁊ tertio tertia.

1. articul⁹. Herueus p̄ni. diſti. q. 2. Ex qb⁹ eſt multiplicatio relationum.

¶ Quantum ad primum premittunt aliqui quattuor videnda. Primum eſt vnde relationes habeant multiplicari. Ad quod breuiter dicendum ꝙ relationes habēt multiplicari ex tribus: ſcʒ ex ſuppoſitis in quibus ſunt: ⁊ ex fundamētis: ⁊ ex terminis. Ex ſuppoſitis/ ſicut due filiationes que ſunt in duobus filijs ad eundē patrem. Ex fundamentis/ ſicut ſimilitudo ⁊ equalitas eiuſdem differunt penes fundamenta q̄ ſunt qualitas ⁊ quantitas. Ex terminis/ ſicut ſimilitudo eiuſdem ⁊ diſſimilitudo ſcd̄m eādem qualitatem ad diuerſa. ſicut aliquod album per eādem albedinem refertur: vt ſimile ad illud albuʒ: ⁊ vt diſſimile ad nigrum. In hoc tamen differt inter iſta: quia pluralitas q̄ accipitur ſcd̄ʒ ſuppoſita/ ſi accipiatur ſcd̄m ſuppoſita tantum manente eodē fundamento ⁊ termino formali/ eſt tantum ſcd̄m numerum: ſicut patet de filiatione duorum filiorum. Iſta autem que eſt ſcd̄m fundamenta tantū manente eodem ſubiecto/ oportet ꝙ ſit ſcd̄m ſpeciem: quia plura abſoluta numero non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſuꝑ quo poſſunt fundari diuerſe relationes ſolo numero differētes. Illa ſimiliter pluralitas que eſt penes terminos oportet ꝙ ſit ſcd̄m ſpecies: nam ſi accipiantur diuerſi termini materialiter tātum/ relatio qua vnū ſubiectum refertur ad oēs illos terminos eſt vna relatio realis tm̄: ſicut pater vna paternitate refertͬ ad multos filios ſuos. Si autē t̄mini differāt formalit/ oportʒ relatiōes qb⁹ aliqd refertͬ ad illos

termios formaliter diuerſos differre formaliter
et per conſequens differre ſcđm ſpeciem: ſicut pa=
tet de eo quod refertur ad album vt ad ſimile: et
De fundamento relationis. ad nigrum vt diſſimile. ¶ Scđo videndum eſt de
fundamento relationis. Circa quod ſciendum ꝙ
aliud eſt eſſe fundamentum relationis. et aliud eſt
eſſe cauſam aliquo modo ipſius. nam actio et paſ
ſio ſunt aliquo mõ cauſa paternitatis ⁊ filiatiõis
quia impoſſibile eſt ꝙ aliquis ſit pater alicuius
niſi genuerit: ꝗ actio ⁊ paſſio ſcđm ꝙ huiuſmodi
non ſunt fundamenta paternitatis ⁊ filiationis:
ſed aliquid derelictum ex actione et paſſione vel
ſaltem aliquid tale manens poſt actionem ⁊ paſ=
ſionem / alꝭ nõ eſſet pater ⁊ filius niſi durante ge
neratione: quod falſum eſt. ⁊ ſicut generatio acti
ua ⁊ paſſiua ſunt cauſa filiationis ⁊ paternitatis
et non fundamentum: ita forte poſſibile eſt ꝙ ali=
quid manẽs in ipſo relato ſit cauſa relationis: nõ
tamen fundamentum: ⁊ de hoc aliquid plus tan=
De ſubiecto relationis. getur in quarto articulo. ¶ Tertio videndum eſt
de ſubiecto relationis. ad cuius euidentiam ſcien
dum ꝙ ſubiectum relationis vel etiam cuiuſcꝫ ac
cidentis dupliciter poteſt accipi. Uno modo pro
ſuppoſito habente ipſum accidens: ſicut ſi dicam
ꝙ homo eſt ſubiectum omnium accidentiũ que
ſunt in ipſo. et ſic ſubiectum relationis dicit̃ ſup=
poſitum quod refertur per relationem: ſicut ho=
mo eſt ſubiectum paternitatis. Alio modo dici=
tur ſubiectum relationis vel alterius accidentis
mediante quo res ineſt ipſi ſubſtãtie vel ſubſiſtẽ=
ti: ſicut ſi dicatur q̃titas ſubiectum figure / et in=
tellectus ſubiectum ſpeciei intelligibilis. et acci
piendo ſic ſubiectum relationis ſic fundamentũ
relationis eſt ſubiectuꝫ. vnde illud in quo funda=
tur ſimilitudo / eſt ſubiectũ ſimilitudinis median
In q̃ eſt filiatio ſicut in ſubiecto. te quo ineſt ipſi ſuppoſito quod dicitur ſimile.
¶ Quarto ſpecialiter videndum eſt in quo ſit fi
liatio ſicut in ſubiecto. et ad hoc dicendum ꝙ ſm
qđ dicitur ſubiectum relationis ſuppoſitum ha=
bens relationem in aliquo ſui fundatam ſic pla=
num eſt ſcđm omnes quid ſit ſubiectum ſic dictuꝫ
ipſius filiationis: quia hoc eſt ſuppoſitum habẽs
filiationem. ſed accipiendo ſubiectum pro funda
mento in quo filiatio fundatur: ſunt diuerſe opi=
niones de ſubiecto filiationis. Nam quidam di=
cunt ꝙ fundamentũ filiationis eſt ipſa natura vi
uens per generationem acquiſita ſiue per eã ſub=
ſiſtat habens naturam iſtam ſicut cõuenit in alĳs
viuentibus a chriſto: ſiue non ſubſiſtat per eam /
ſicut contingit in chriſto. Alĳ vero dicunt ꝙ na=
tura non eſt fundamentum ipſius filiationis: ſed
eſt cauſa ex qua derelinquitur in ipo ſuppoſito ſub
ſiſtente quedam ſubiectio ſiue quedam ſeruitus
filialis correſpondens iuri cuidam in patre ⁊ ma
tre. ita ꝙ ſicut generatio actiua ⁊ paſſiua / licꝫ ſint
cauſa ex qua derelinquitur illud in quo fundatur
paternitas ⁊ filiatio / non tamen ſunt fundamen=
tum. ita etiam natura acquiſita per generationẽ
licet ſit cauſa ex qua in ſuppoſito habente acqui=
ritur aliquid in quo fundatur filiatio: non tamẽ
eſt fundamentum in quo immediate fundetur fi=
liatio niſi forte ipſa natura eſſet idem realiter cũ
ſuppoſito qđ eſt fili⁹, tunc ſaltẽ eſſet fundamentũ
imediatũ: q: eſſet ſubiectio illa in qua eſt funda=
mentum filiationis: vel que forte eſt ipſa filiatio
vt dicunt habet eſſe immediate in ſuppoſito ſiue
in ſubſiſtente ita ꝙ illa ſubiectio vel debitum cu=
iuſdam filialis ſeruitutis: vel eſt ipſa filiatio fun
data in ipſo ſubſiſtente acquirẽte naturam viuen
tem per natiuitatem: vel eſt fundamentum filia=
tionis: quod fundamentum quidem vlteri⁹ opor
tet fundari in ſubſiſtente ſcđm qđ ſubſiſtens eſt:
quia habere ius ſiue poſſidere aliquid ſicut ſubie
ctum eſt ſuppoſiti ſolius vt primi et imediati ſub
iecti: ſed hoc poſſet ſibi ineſſe ex aliquo accidente
vel ex aliqua natura acquiſita. ¶ Quantum ad 2. articul⁹
ſecundum de opinionibus hic in ſumma: conſue=
uerunt poni duo modi dicendi / ⁊ terti⁹ additur a
quibuſdã ¶ Prim⁹ modus dicendi eſt ſolemnis
et cuiuſdam magni doctoris / ꝙ in chriſto eſt tan=
tum vna filiationis relatio realis qua refertur ad
patreꝫ. ¶ Alius eſt ex toto iſti oppoſitus ponẽs
duas relationes filiationis reales quarũ vna re=
fertur ad patrem / altera ad matrem virginem.
¶ Tertius modus videtur aliquibus mediare /
ponẽs ꝙ relatio pro filiatione accepta eſt duplex
et realis in chriſto. accepta vero ꝓ perſonali pro
prietate eſt vna tantum. ¶ Ad videndum ergo
inductiua iſtarum opinionum eſt premittendum
quid ſit filiatio. Filiatio autẽ non eſt aliud q̃ que
dam relatio fundata in ſuppoſito vnde ſuppoſitũ
generatum eſt in ſimilitudinem nature viuentis
et ex viuente. Ex quo patet ꝙ filiatio habet cõpa
rationem ad ſuppoſitum ⁊ ad naturam ꝓpter qđ
ſunt due opiniões p̃me ⁊ extreme oppoſite: qua=
rum prima ⁊ reſpiciens filiationem ſcđm cõpara
tionem quã habet ad ſuppoſitũ / dicit ipſam vnã
eſſe in chriſto ſicut ſuppoſitum eſt vnũ. ¶ Ad cu= Prīa opi. eſt. ſ. Thome pñti di
ius opinionis declarationem tria oportet oſten= ſtinc. ar. 5.
dere. Quorum vnum eſt ꝙ in chriſto eſt ſolũ vna 3. parte. q.
filiatio realis. Secũdũ eſt ꝙ in chriſto eſt alia fi= 35. ar. 5. q̃li
liatio rationis. Tertium eſt ꝙ non obſtante ꝙ ſit be. 1. ar. 3. ⁊
in chriſto ad matrẽ filiatio ſcđm rationẽ: nichilo q̃li. 9. arti.
minus adhuc dicit̃ realis fili⁹ virginis. ¶ Pro= 4.
pter primum ſciendum ꝙ relatio triplicem habet
comparationem / vnam ſcꝫ ad terminum: ⁊ hec cõ
petit relationi ſcđm ꝙ relatio eſt. Secundam ad
ad ſubiectum: ⁊ hec competit ei inq̃tum accidẽs
eſt. Tertiam vero comparationem habet ad cau=
ſam a qua eſt: ⁊ hec cõpetit ei inq̃tuꝫ creata eſt ⁊
quid ab illa cauſatuꝫ. Modo ſic eſt ꝙ relatio per
comparationem ad terminum nõ geminatur ſm
multiplicationem terminorum ſiue extremorum
alꝭ in quolibet filio eſſent due filiationes: vna re
ſpectu patris alia reſpectu matrꝭ ¶ Relatio au
tem per comparationem ad cauſam a qua eſt: ali=
quando geminatur ad multiplicationem eſſe: ali
quando non. Quãdo enim eſſe geminatur ſpeci=
fice / tunc geminant̃ relationes. verbi gratia. Si
vnus homo habens ſcientiam grammatice ⁊ mu
ſice doceat vnum hominem grãmaticam ⁊ aliuꝫ
muſicam: ſtatim conſurgunt in illo homine docẽ
te / due relatiões magiſterĳ. Unde ſemp ad gemi
nationem eſſe ſpecifice geminãtur relationes niſi
aliud obſtet. Si aũt eſſe non multiplicent̃ ſpecifi
ce: non multiplicent̃ ſpecifice: tunc non multipli=
cant̃ relationes. verbi gr̃a. Homo ꝑ vnã genera
tionem acquirit vnam relationẽ paternitatis ꝓ=
ducendo vnum filium. ſi iterum generet alium fi=
lium ꝑ aliam generationem nõ acquiret̃ propter
hoc alia relatio paternitatis. non enim eſſe ſpeci=
fice plurificatur. ¶ Quantum autẽ ad ꝓpoſituꝫ

licet dici poſſet ꝙ relationes ſeu filiatiões gemi=
nentur. quia eſſe geminetur ſpecifice: immo pluſ=
q̄ genere. pater enim eternus/ꝛ mater tempora=
lis plus differunt q̄ ſcḋm genus. tamen eſt aliud
quod obſtat: ſcȝ ꝙ filiatio que eſt realis relatio
eſt proprietas ſuppoſiti. ſuppoſitum autem cuiuſ
modi eſt ſuppoſitū xp̄i: nullā pōt habere relatio=
nē realē ad creaturā. mater autē virgo eſt quedā
creatura: quare in chriſto nō eſt nec eſſe poteſt ad
matrem relatio filiationis realis. ¶ Sumuntur
autē ex dictis ꝓ iſta opinione quattuor rationes
Prima rõ ad ꝓbandum in chriſto eſſe tantuȝ vnam relatio=
ꝯ primã nem realē filiationis: quarū prima hec eſt. ¶ In
opinione. chriſto non ſūt plures ꝑſonalitates: ꝗ nec plures
ꝓprietates ꝑſonales. ſed filiatio eſt ꝓprietas ꝑſo
nalis. ergo in chriſto non ſunt plures filiationes
reales. Et confirmaꝛ. qꝛ ſcḋm Dam. lib. 3. Ea que
ſunt ſuppoſiti non pluraficantur in chriſto: ſed fi=
liatio eſt relatio ſoli ſuppoſito conueniens. ꝛc.
Scḋa rõ. ¶ Secūda talis eſt. plura accidētia euſdē ratio
nis in eodem ſuppoſito non poſſunt eſſe. 5. meta=
phiſice. vnde pater carnalis vna tantū paternita
te refertur ad multos filios ſed ſuppoſitum filia=
Tertia rõ. tionis in chriſto eſt vnum tantum. ergo plures
filiationes in eo eſſe non poſſunt. ¶ Tertia ta=
lis eſt. Si in chriſto eſſent due filiationes: tunc ſi=
cut ſcḋm iſtam qua referꝛ ad patrem dicitur fili⁹
naturalis: ſic ſcḋm iſtam qua refertur ad matreȝ
diceretur filius adoptiuus ſcḋm Ambro. ꝛ magi
ſter adducit in littera. ergo in xp̄o non debent po
Rõ q̄rta. ni plures filiatiões. ¶ Quarta talis eſt. Suppo
ſito eterno non pōt aduenire aliq̄s reſpectus rea
lis ex tempore: ſed chriſt⁹ dicit ſuppoſitum eter=
num. ergo non pōt ei aduenire aliqua relatio rea
lis ex tēpore. ſȝ filiatio relatio qua referꝛ ad ma=
trem conuenit ei ex tempore. ergo non eſt realis
Rõ quīta relatio. ¶ Quinta ratio talis eſt. Non eſt neceſ=
ſe ponere filiationem qua xp̄s refertur ad matrē
eſſe realē niſi qꝛ xp̄s eſt realiter filius matris: ſed
iſtud non oportet qꝛ q̄uis domīniū ſit relatio ra
tionis in deo tñ deus eſt realiter dñs. ergo ſimili
ter q̄uis filiatio xp̄i ad matrem ſit rationis tan=
tū: nichilomin⁹ tamen xp̄s realiter pōt dici filius
matris. ¶ Confirmaꝛ in hoc ſexto: qꝛ q̄cunq̄ ge
minātur in xp̄o/ꝯueniunt aliquo modo nō ſolū
perſone ſed nature: ſicut agere ꝛ pati/ naſci et ge=
nerari: ſed eſſe filium vel filiam nullo modo com
petit nature. nullo enim modo conuenienter dici=
tur ꝙ natura ſit filius vel filia. ergo filiatio non
Q̄ ı xp̄o eſt de his que geminantur in chriſto. ¶ Q̄ȝ autē
filiatio ad in chriſto ſit relatio filiationis ſcḋm rationeȝ ad
matreȝ ſit matrem probatur dupliciter. Primo ſic auctori=
ſm̄ ratio= tate Sandoſilt lib. 3. ca. 15. In chriſto ſunt due fi=
nem tantū liationes: ſed vt probatum eſt in precedenti arti=
culo/in chriſto nō eſt niſi vna filiatio realis: qua=
re oportet ꝙ in chriſto ſit alia filiatio ſcḋm ratio=
nem. ¶ Item ſcḋo oſtenditur idem ſic. Si pater
eternus fuiſſet incarnatus de beata virgine: fuiſ
ſet filius beate virginis: ſed non diceretur filius
beate virginis per filiationem eternaȝ: quia filia
tio eterna eſt proprietas filij eterni: quare dicere=
tur filius per filiationem temporalem. ſed iſta fi=
liatio temporalis nō eſſet in patre filiatio realis:
quia vt iam probatum eſt / in filio non poteſt eſſe
realis: quare cum non alio modo ſiue medio no=
biliori natus fuiſſet pater ex virgine beata q̄ fuit
filius natus. pater non haberet ad matrem niſi fi=
liationem rationis per quam diceretur eius fili⁹.
¶ Et tunc arguitur vltra. Si pater poſito tali
caſu videlicet ꝙ fuiſſet incarnat⁹ haberet ad ma=
trem ſuam filiationem rationis. ergo eadem ra-
tione et modo filius per reſpectum ad matrē ha=
bet filiationem rationis. ¶ Item quia in chriſto
non eſt noua perſonalitas/non poteſt dici de chri
ſto ꝙ ipſe ſit perſona ſcḋm ꝙ homo: ergo ſi in chri
ſto non eſſet niſi vna filiatio eterna ad patrē: tunc
non poſſet dici ꝙ chriſtus ſcḋm ꝙ homo eſſet fili⁹
virginis. conſequēs eſt falſum. ergo in chriſto re
ſpectu matris eſt vna alia filiatio. ꝛ iſta non po=
teſt eſſe realis: vt eſt ex primo articulo probatuȝ.
quare ꝛc. ¶ Item ad duo extrema diuerſa ſpe=
cie ꝛ genere impoſſibile eſt ꝙ vnum ꝛ idem refe=
ratur per vnam numero relationem. verbi gratia
Ad ſeruum ꝛ diſcipulum nō poteſt idem homo re
ferri per vnam relationem: quare cum in propoſi
to extrema/videlicet pater eternus ꝛ mater tem
poralis differant pluſq̄ genere: quia pater eter=
nus non eſt in genere. non poteſt filius referri ad
ambo per eādem filiationem: quare oportet ꝙ re
feratur ꝑ aliam filiationem ad matrem: ꝛ iſta nō
poteſt eſſe niſi rationis. quare ꝛc. ¶ Tertium ſcȝ
ꝙ q̄tumcūq̄ relatio filiationis ad matrē in chri
ſto ſit rationis tantū. chriſtus tñ diceretur realiter
filius virginis beate. iam ex quibuſdam rationi
bus ad primum membrum poſitis ſufficienter cō
cluſum. Sic igitur illi qui ponunt ꝙ fundamen
tum filiationis non eſt natura niſi ſubſiſtens: ſed
vel ipſum ſuppoſitum/ vel aliquod debitum ſub=
iectionis immediate in ſuppoſito fundatum: po=
nunt ꝙ in chriſto nō eſt niſi vna filiatio realis ſcȝ
qua refertur ad patrem ab eterno. filiatio autem
qua refertur temporaliter ad matrē non eſt ſcḋm
eos relatio realis ſed rationis tantum: quare in
chriſto bene ponunt diuerſas filiationes diuer=
ſarum rationum ſed vna earū non eſt filiatio vel
relatio realis. Et preter rationes dictas principa
lis ratio eorum eſt ſcḋm eos: quia filiatio eius ad
matrem / nec vniuerſaliter aliqua filiatio poteſt
fundari ſuper naturam niſi ſubſiſtens vel ſuppoſi
tum. natura autem humana in chriſto non eſt ſup
poſitum vel ſubſiſtens: et ideo oportet filiationē
chriſti fundari ſuper ſuppoſitum diuinum vel im
mediate vel mediante predicto debito ſubiectio
nis. ſuper autem ſuppoſitum diuinum non poteſt
fundari relatio realis ad creaturam / ſed tan=
tum rationis. ꝛ ideo in chriſto non eſt aliqua re=
latio realis temporalis. nec tamē ſequitur quin
chriſtus ſit realiter filius virginis propter realeȝ
relationē matris ad eū. ſicut nō ſequiꝛ quin deus
ſit realiter dominus: licet dominium nō dicat re=
lationem realem in deo. ¶ Et cōfirmaꝛ opinio: Herueus ꝫ
quia ea que pertinent ad agere ꝛ pati vel etiaȝ ad vbi.ſ.
alias relationes a paternitate ꝛ filiatione aliquo
modo: licet improprie attribuuntur formis ꝛ na
turis: vnde ꝛ voluntas dicatur aliquo modo do=
mina/ꝛ natura ſerua vel nata aliquo modo: ꝛ ſic
de alijs. ſed nomen filie vel filij vel patris nunq̄ at
tribuitur niſi ſuppoſito. vnde nullo modo nec ſtri
cte nec large dicit nata vel filia vel pat vel mater.
Ex q̄ videꝛ ꝙ pr̄nitas vel filiatio neceſſario fun=
dēꝛ ſup ip̄m ſuppoſitū ſubſiſtēs vel aliq̄ fundato
in ipſo ſuppoſito: qꝛ ſubiectū reale filiationis vel

paternitatis nō poteſt multiplicari niſi multipli
cato ſuppoſiti : vel niſi ſit tale ſuppoſitum in quo
ſecundum illud ſecundum ꝙ ſubſiſtit poſſint re=
cipi diuerſa accidentia realia in ꝗbus filiationes
ille fundentur quorum neutrū poteſt eſſe in chri=
ſto: quia ſuppoſitum in eo non multiplicatur: nec
eius ſuppoſito poteſt inherere aliquod accidens
reale: licet in ei⁹ ſuppoſito ratione nature aſſum=
pte poſſit eſſe accidēs realiter inherēs illi nature.
Accidens autē inherēs illi nature vt dictū eſt/ nō
pōt eſſe fundamētū filiationis/ nec filiatio. Suſti
nendo ergo hanc opinionem poteſt reſpōderi ad
rationes alterius ꝙ aſſumit falſum: ſcʒ ꝙ funda=
mentum filiationis realis ſit natura viua acqui=
ſita ꝑ generationem/ niſi ſit talis ꝙ ꝑ eā generat⁹
ſubſiſtat filius autem dei natus de virgine beata
non ſubſiſtit per naturam acceptam de virgine. ⁊
ideo non poteſt eſſe fundamētum filiationis : ſed
ſolum ſuppoſitum in quo non poteſt fundari rela
Alia opio tio realis ad creaturam . ❡ Secunda opinio eſt
huic totaliter contraria : ſcʒ ꝙ in xp̄o ſint due fi=
liationes reales. Una qua refertur ad patreʒ ab
eterno. Alia qua refertur ad matrem ex tempore
Pria rō. ❡ Quod probatur multipliciter. Primo ſic. vni
tatē filiationis in xp̄o non poteſt arguere niſi vni
tas ſuppoſiti vel eternitas: his enim duab⁹ vñs
precedunt due rationes precedētis opinionis. nō
vnitas ſuppoſiti: q̄ꝛ hoc eſſet vel quatin⁹ filiatio
eſt relatio: vel quatin⁹ eſt talis relatio cui⁹ deno=
minatio ſoli ſuppoſito conuenit. non quatin⁹ re=
latio: q̄ꝛ in eodem ſuppoſito videmus multas re=
lationes reales. nec quatin⁹ denominat ſolū ſup
poſitum: q̄ꝛ ſicut eſſe filiū conuenit ſoli ſuppoſito
ſic et actiones ſunt ſuppoſitorū: ſed plures actio=
nes reales ſunt in xp̄o non obſtante vnitate ſup=
poſiti. ergo plures reales relationes poſſunt eſſe
in ipſo. Nec eius eternitas obſiſtit pluralitati fi=
liationum realiū: q̄ꝛ non minus repugnat ſuppo=
ſito eterno ꝙ de nouo ei adueniat accidens reale
abſolutum ꝗ̄ realis reſpectus: ſed chriſto compe
tunt ratione nature aſſumpte de nouo multa rea=
lia accidētia abſoluta ex tēpore. ſicut eſſe ꝗ̄tum/
eſſe albū/ ⁊ ſic de alijs. ergo poteſt ei aduenire me
diāte illa natura reſpectus realis. ⁊ in hoc viden
tur ſolui due rationes opinionis alteri⁹: q̄ꝛ ꝗcꝗd
attribuitur ſuppoſito diuino mediāte natura aſ=
ſumpta ꝗuis denominet ſolum ſuppoſitū/ poteſt
multiplicari in ipſo ſiue ſit abſolutum/ ſiue ſit re
ſpectus realis. ❡ Scdō ſic. ꝗuis inueniamus in
Scda rō. ordine rerum ꝙ cauſa nō referatur realiter ad ef
fectum/ vbi effectus realiter refertur ad cauſaʒ:
vt patet de relatione dei ad creaturā : nūꝗ̄ tamē
inuenimus ꝙ cauſa referatur realiter ad effectū:
et effectus referatur ad cauſam ſolū ſcd̄m ratio=
nem: ſed chriſt⁹ ſcd̄m humanā naturam ſe habet
ad matrē vt effect⁹ ad cauſaʒ. cū ergo in matre ſit
realis maternitas per quam referatur ad filium
neceſſe eſt ꝙ in filio ſit realis filiatio per quam re
feratur ad matreʒ. Et per hoc ſoluitur vna ratio
prioris opinionis: q̄ꝛ ꝗuis deus poſſit dici reali=
ter dominus dato ꝙ in ipſo dominium non ſit rea
lis relatio: quia deus non dependet ad creaturā:
ſed eſt terminus realis dependentie creature ad
ipſum. oportet tamen ad hoc ꝙ aliquis ſit realis
filius ꝙ filiatio realis ſit in ipſo: q̄ꝛ plus depēdet
3. ratio. filius a matre ꝗ̄ econtra. ❡ Tertio ſic. plurifi=
cato reali fundamento relationis neceſſe eſt rela=
tionem realiter plurificari: ſed reale fundamen=
tum filiationis eſt natiuitas et natura ꝑ natiuita
tem accepta. cū ergo iſta realiť plurificenť in chri
ſto. in ipſo eñ eſt duplex realis natiuitas vt pa3
ex precedenti queſtione: et duplex natura per du=
plicem natiuitatem accepta diuina ſcʒ ⁊ humana
neceſſe eſt vt videtur ꝙ in ipſo ſit duplex realis fi
liatio. ❡ Ad hoc tamen dicunt quidam ꝙ funda
mentum filiationis non eſt natiuitas actiue ſiue
paſſiue accepta: q̄ꝛ illa tranſeūte remanet filiatio
nec natura per natiuitatem accepta : ſed quoddā
derelictum in ſuppoſito cōſequens ad natiuitatē
et naturā per eam acceptā. ⁊ iſtud dicunt eſſe quā
dam ſubiectionem ſiue quandam ſeruituteʒ filia=
lem correſpondētem cuidā in patre iuri: ita ꝙ ge=
neratio vel natiuitas eſt cauſa paternitatꝭ vel ma
ternitatis ⁊ filiationis. hoc nō eſt imediatū fun=
damentum: ſed illud eſt in patre ⁊ matre ius dere
lictum ex generatione actiua: et in filio quedam
ſubiectio ſeu ſeruitus derelicta ex natiuitate paſ
ſiua. et tale ius ſeu ſubiectio ſiue ſeruitus funda=
tur immediate in ſuppoſito ſubſiſtēte ſcd̄m ꝙ ſub
ſiſtēs eſt. q̄ꝛ habere ius ſiue poſſidere aliud vt ſi=
bi ſubiectum eſt ſolius ſuppoſiti vt primi et ime=
diati ſubiecti. ⁊ ſimiliter poſſideri ſiue eē obliga=
tum tali ſeruitute ꝗuis talia inſint ſuppoſito ex
aliquo actu ꝑcedēte. et quia tale ius ſeu ſeruitus
imediate fundatur in ſuppoſito non multiplicať
niſi ex multiplicatione ſuppoſiti: nec per ꝯſequēs
filiatio: que habet talem ſeruitutem ꝓ imediato
fundamento. Sed iſtud non valet: q̄ꝛ ſm̄ philoſo
phum. 5. metaphiſice. pater dicitur pater filij: q̄ꝛ hoc
fecit: ille autē paſſus eſt. ergo ſm̄ ip̄m paternitas
et filiatio fundantur ſuper actionem et paſſionē.
❡ Item ſi generatio actiua ⁊ paſſiua ſunt cauſa
paternitatis et filiationis cum non ſint cauſa for
malis: q̄ꝛ relatio talem cauſam non habet: nec fi=
nalis: quia vt relatio finem non habet. aut ille fi=
nis eſt correlatiuum ſuum: vel ſaltem illud nō eſt
actio. nec materialis: q̄ꝛ illa eſt fundamentum re
lationis vel ſuppoſitum mediante fundamento.
conſtat autem ꝙ generatio non eſt ſuppoſitum: et
ſm̄ eos non eſt fundamentuʒ: relinquitur ergo ꝙ
ſit cauſa efficiens filiationis. hoc autem non po=
teſt eſſe imediate: quia generatio non poteſt ime=
diate terminari ad relationē. ergo oportet ꝙ hoc
ſit mediante fundamento relationis. illud auteʒ
vel eſt ſolum natura per generationem commu=
nicata. quod eſt contra eos. vel aliquid cōſequēs
ad naturam: et illud eſt quedam ſeruitus et ſub=
iectio vt ipſi dicunt. Quero vtrum talis ſeruit⁹
ſit res vel ratio tantum. ſi ratio nō poteſt eſſe fun
damētum relationis realis/ qualis eſt filiatio in
creaturis. ſi res/ aut abſoluta vel reſpectus: ſi re=
ſpectus non poterit eſſe fundamentuʒ relationis
quia reſpectus non fundatur ſuper reſpectuʒ: ſed
ſuper abſolutum: alias eſſet ꝓceſſus in infinitum.
Si ſit res abſoluta mirū ꝙ ſit illa que nō ſit ꝗ̄ti=
tas/ nec qualitas/ nec aliquod aliorum predica=
mentorum: niſi forte ſit relatio que nō poteſt eſſe
fundamentum relationis vt dictum eſt. et ite=
rum vt dictū eſt in patre et matre aliquid eſt cor=
reſpōdens ſuper quod fundatur paternitas : ſed
conſtat ꝙ generanti nichil abſolutum acqui=
ritur per generationem. ergo illud ius non eſt

aliqd abſolutū. ⁊ pari rōe nec ſeruit⁹ ꝙ rñdet fi-
lio. dato etiā ꝙ ſit aliqd abſolutū ⁊ pari rōe cū nō
ſit ſubſtantia oportet ꝙ ſit ſubiectiue in natura
acquiſita per generationē ſiue cōſtituat ſuppoſi-
tum ſiue non. nec eſt in ſuppoſito niſi mediāte na-
tura. et ita nullo modo videt̄ qui multiplicata na-
tura ꝑ generationē acqſita multiplicet̄ fundamē-
tū filiationis ⁊ ꝑ ꝯſequēs ipa filiatio i ol ſuppoſito
Nec obſtat qđ đr ꝙ natura pōt dici genita/ nata/
vl ſerua: nūqȝ tamē đr filia: qꝛ hoc nō eſt ꝓpt̄ hoc
ꝙ filiatio imediatius inſit ſuppoſito ꝙ alia nā: ſȝ
qꝛ fili⁹ nihil mag' ad naturā ſubſtātiui ꝑtinet ꝙ
eē natū vel genitum que pure denolatiue accipiū-
tur: nam ſi denominatiue acceperim⁹ filiatum: eq̄
ꝓprie poſſet natura dici filiatio/ ſi hoc vſus habe-
ret: ſicut dicit̄ nata vel genita. Per hoc reſpōſuȝ
4.ratio eſt ad aliam rationē prime opinionis. ¶ Ad hoc
addunt aliqui quinqȝ rationes explicādo aliqua
de dictis: et reſpondent ad rationis contrarie po-
ſitionis. Prima ratio eſt hec. Sicut multa acci-
dentia attribuuntur xp̄o in ratiōe humane natu-
re ꝙuis de natura nō predicent̄/ ſic et filiatio. nā
ſicut alia accidentia conſequuntur naturam ab-
ſolute: ſic filiatio conſequitur naturā vt acceptaȝ
ab alio. ergo ſicut alia accidentia generantur cū
natura/ ita ꝙ natura nō generatur ſine ipſis: ſic ⁊
filiatio: ita ꝙ eo ipſo ꝙ natura cōtrahit̄ vel per ge-
nerationē accipitur/ neceſſario filiatio conſequit̄
Non igitur aliter faciendū eſt de filiatione in hoc
ꝙ de aliis accidentib⁹ que conſequūt̄ humanā na-
Quīta rō turam in ipſo. ¶ Secūda talis eſt. Nihil magis
ꝯſeqt̄ ſuppoſitū ſm ꝙ hmōi agere vel pati: vnde
actiones ⁊ paſſiones ꝓprie ſunt ſuppoſitoruȝ ſed
actiones plurificant̄ in xp̄o ſm diuerſitatē natu-
rarū/ non obſtante vnitate ſuppoſiti vt ex ſe patȝ
et oēs concedunt. ergo filiationes plurificantur
ſm plurificationē naturarum nō obſtāte vnitate
ſuppoſiti. ¶ Et confirmatur ratio ꝑ hoc: qꝛ iſta
nō eſt magis iꝓpria/ natura eſt filia. ꝙ iſte ſūt/
natura comedit/ dormit. ſȝ iſta ꝯpeterēt filio dei
ſcđm diuinā naturā cū ſtet ꝙ nichilomin⁹ ꝓpor-
tionalia iſtis ab eis differentia: vt ꝓpalla ab eter-
nis ei ꝯpeterēt ſcđm humanā naturā ex tempore
et eſt in xp̄o vtraqȝ comeſtio/ dormitio diuerſate
a cōſimilib⁹ eis ei ſm diuinā naturā ab eterno cō-
uenientibus. ergo ſimiliter eſt de filiatione. Dicē-
dum ergo ꝙ preter realē filiationem eternā opor-
tet in chriſto ponere realē filiationem ex tp̄e: non
obſtante improprietate locutionis illius. ¶ Ter-
Sexta rō. tia ratio talis eſt: et eſt ipeditiua et excluſiua opi-
nionis contrarie et ſui fundamenti. Tota enim
cauſa quare ſcđm aliā opinionem ponit̄ vna filia-
tio tantū eſt/ qꝛ filiatio eſt ꝓprietas ſuppoſiti ſm
ꝙ ſuppoſitū. ¶ Contra hoc arguitur ſic. ly ſm ꝙ
vel reduplicat fundamentū relationis vel ſuppo-
ſitū. ſi ſuppoſitum: tūc eſt ſenſus. ſuppoſitum ſm
ꝙ ſuppoſitum eſt id quod refertur/ ⁊ id quod eſt
filius. aliter eñ non conuenit reduplicatio ſuppo-
ſito. qꝛ quecunqȝ ei conueniunt/ conueniunt ei vt
qđ. non vt quo: qꝛ ⁊ ipſum ſuppoſitum eſt qđ. nul-
lo mō quo. Sed in hoc nō eſt aliter loquendū vel
ſumendum de relatione ⁊ aliis ꝓprietatib⁹/ ope-
rationibus vel accidentib⁹ qbuſcūqȝ cōuenientib⁹
chriſto: qꝛ ſicut ſuppoſitum eſt id quod refert̄ ſm
quod hmōi ita eſt quod agit et qđ patitur: quod
eſt quale mortale paſſibile ſentiens ⁊ intelligens

⁊ huiuſmodi. oīa enim iſta conueniunt ſuppoſito
ſcđm ꝙ huiuſmodi: ſicut ei quod eſt tale vel tale
¶ Ex hac ergo cauſa non poteſt poni vna filia-
tio tantum: ſed oportet poni plures ſicut plures
intellectiones/ volitiones/ et alias operationes:
poſſunt chriſto cōuenire ſcđm vtrāqȝ naturā. Si
vero ly ſcđm ꝙ/ reduplicat fundamentum cū dici-
tur filiatio eſſe ſuppoſiti ſcđm ꝙ hmōi: tūc eſt ſen-
ſus/ ꝙ ſuppoſitum eternum per naturam diuini-
tatis vel proprietatem relatiuā eternaȝ ſit cauſa
et ratio quare referatur de nouo ad matrem: qđ
eſt oīno incōuenientē dicere. oportet ergo de̾ neceſ-
ſitate in xp̄o ponere duas filiationes reales/ vnā
qua referatur ad patrē ab eterno: ⁊ aliā qua refe-
ratur ad matrem ex tēpore. ¶ Quarta ratio ta-
lis eſt. Chriſtus non refert̄ ad matrem vt fili⁹ eſt 7.ratio
ſub ratione dantis: ſed ſub ratione accipientis: qꝛ
omnis mater inqꝫtum hmōi eſt dans filio ſcȝ na-
turam eo modo quo matri conuenit dare. nullo
autem modo vt ſic/ eſt accipiens. Sed chriſtus vt
deus non refertur ad creaturam relatione ratio-
nis vt aliquid ab ea accipiens: ſed poti⁹ vt dans
et vt conferens: qꝛ ſic refertur tertio modo rela-
tionis. 5. metaphiſice. ſcđm vnum extremū ſcȝ no-
bilius dicitur referri ex hoc ſolūmodo ꝙ aliđ re-
fertur ad ipſum. ergo non eſt dicendum ꝙ xp̄s vt
ſuppoſitum referat̄ ad matrē quadā relatione rō-
nis vel filiatiōe eterna nō vt realis: ſed cū quodā
reſpectu rationis cointellecto vt poſitio cōtraria
dicit ſed vere filiatione reali fundata in natura:
quā a mře accepit. et ꝑ hoc hȝ talē naturā nō ſolū
ad matrē ē realr̄ relat⁹: verū etiā realr̄ depēdēs.
¶ Quīta rō talis eſt. Sicut ſe hȝ ꝑfectio nature octaua rō.
accepte ꝑ gn̄ationē ad filiationē naturaleȝ: ſic ſe
hȝ ꝑfectio gr̄e accepte ꝑ iuſtificationē ad filiatio-
nē adoptionis: ergo ꝑmutatim ſicut ſe habet ꝑfe-
ctio nature ad ꝑfectionē gr̄e: ita filiatio nālis ad
filiationē gr̄e: ⁊ adoptionis: ſed iſta duo ſtāt ſimul
ꝙ aliquis ſit filius per creationem et adoptionē
pari ergo ratione ſtabunt in chriſto: ꝙ ſit filius
dei ſecundum naturam diuinam et matris virgi-
nis ſecundum humanam naturam duas habens
filiationes ſecundum dualitatem naturarum.
¶ Et cōfirmat̄ rō ꝑ ſimilē deductionē i ꝓpoſito
ſicut ſe habet natura diuina ad filiationeȝ ſequētē
ipſam ſic natura humana ad filiationem que ip-
ſam conſequitur: ergo permutatim ſicut natura
ad naturam: ſic filiatio ad filiationē. Sed in chri-
ſto ſunt due nature: ergo et filiationes due.
¶ Ad rationes poſitionis alterius reſpondetur
et primo ad id quod đr filiatio eſt proprietas per- Reſpōſio.
ſonalis et ſuppoſiti ſecundum ꝙ tale. Dicendū 2.opinio
ꝙ filiatio non eſt ſuppoſiti ſecundum ꝙ ſuppoſitū Ad rōnes
quia ly ſecundū ꝙ reduplicat cauſam et rationeȝ 1.opin̄ōis
quare predicatum eſt in ſubiecto vt poteſt habe- Ad primū
ri ex primo priorum capitulo illo reduplicatum
autē in propoſitiōibus et primo poſteriorum capi-
tulo de per ſe. et quinto metaphiſice capitulo ſe-
cundum ꝙ ſuppoſitū aūt diuinū nō ē ratio ꝙ xp̄s
ſit fili⁹ virginis: nec aliqua ꝓprietas vel cōditio
ſuppoſiti diuini ſcđm ꝙ hōmi: ſed hui⁹ ratio eſt
natura humana a ſuppoſito diuino aſſumpta: vt
ex ſe patet. et poteſt manifeſtari per hoc ꝙ chriſt⁹
eſt fili⁹ virgis ſcđm ꝙ homo. nam ſcđm ꝙ homo
eſt hominis filius: eſt autē fili⁹ hoīs inqꝫtū eſt fi-
lius ꝟginis. ꝙ autem inqꝫtum hominis ſit homo

patet p Augu. ⁊ Chriſo. Nã Auguſtinus expõit
illud Jo 5. Poteſtatẽ dedit ei iudiciuꝫ facere: q2
filius hois eſt. dicit poteſtatẽ iudicij datam filio
eſſe: qꝛ fili⁹ hominis ẽ .ſ. ſecũdũ naturã humanam
pfectã p gratiam put in chriſto gratia nõ quiſcũqꝫ
eſt ſꝫ gratia capitꝭ. Criſoſtomus etiam exponẽs
illud verbum dicit ꝙ poteſtas iudiciaria conuenit
chriſto ſolum vt erat deus. vñ ſic exponit poteſta
tem dedit ei .ſ. xp̃o iudiciũ facere. ⁊ hat hic pũct⁹
et poſtea ſub vna clauſula accipiaꝛ hoc totum: q2
filius hominis eſt nolite mirari hoc: ac ſi diceret
nõ miremur: qꝛ filius hominis nõ poteſtatẽ iudi-
ciariã nõ accepit vt filius hominis ſꝫ vt fili⁹ dei
quod patet p hoc ꝙ illud ſubditur: q2 venit ho: a
in qua oẽs q̃ in monumentis ſunt audiẽt vocem fi
lij dei Ex q̃ clare pꝫ ꝙ licet Auguſti⁹ ⁊ Criſo. au
cto: itatẽ euangeliſte Johannis diuerſimode ex-
ponãt in hoc tamẽ ꝯueniunt omnino ꝙ xp̃o ſecũduꝫ
ꝙ filius hominis non eſt de⁹ ſꝫ hõ. q̃ filiatio q̃ dr
filius hominis .ſ. beate virginis nõ eſt ſuppoſiti
ſecundum ꝙ ſuppoſitum ſꝫ ſecundũ ꝙ homo ⁊ ha
bens naturã. De neceſſitate igiꝛ cõcludiꝛ oppoſi
tũ ei⁹ qḋ ratio cõcludere intẽdebat. ſcꝫ ꝙ in xp̃o
ſunt due filiationes reales ¶ Ad rationem ergo
pōas ⁊ opatiōes q̄ vegetatiua/ ⁊ intellectīa q̄ ſen
ſitiua: cū ꝗ intelligere ſit p ſe ⁊ ꝓpria opatio intel
lectualis ſbē. q̄to ipa hꝫ plēs ⁊ pfectioꝛes itelle-
ctiones tanto ipſa eſt perfectioꝛ ⁊ habet plura et
perfectioꝛa principia itelligēdi: ⁊ per conſequēs
ſi habet plures itellectiones infinitas ſpecie: nō
ſolum habet infinitas ſpecies elicitiuas: ſed in ſe
eſt infinitus: qꝛ licet ad infinitatem effectus non
requirat̄ infinitas in ſingulis cauſis: ſed ſuffi ciat
infinitas in oīb⁹ ſimul iūctis/ cū oēs ſpecies agāt
in virtute ſubſtantie intellectualis cui⁹ ſunt: per
conſequens plus eſt virtutis in illa q̄ in omnib⁹
iſtis: ſed in iſtis eſt infinita. ergo multo magis in
illa. vnde videt̄ melioꝛ prima ſolutio ꝙ itellect⁹
qui eſt intelligere factiu⁹ principaliter/ ſiue ſit ac
cidens ſiue ſubſtantia ſit infinitus ſcđm quid ſed
non ſimpliciter vel non vniuerſaliter. Sed tūc re
manet argumentum primum: qꝛ licet de⁹ nō poſ-
ſet cōmunicare creature potentiam creandi ita ꝙ
eſſet infinita ſimpliciter ⁊ vniuerſaliter: qꝛ tūc ꝓ-
duceret ſeipſam: tamen poteſt ei cōmunicare po-
tentiam creandi omnia alia a ſe que erit potentia
infinita ſcđm quid ⁊ nō ſimpliciter cum maioꝛ ſit
potentia creandi omnia creabilia q̄ creandi oīa
vno excepto. ¶ Unde dicendum tertio ꝙ nichil
creatum nec ſubſtantia nec accidens eſt produ-
ctiuū infinitoꝝ ſpecie differentium: ⁊ ꝙ ſi ſpecies
coꝛpoꝛaliū multiplicabiles ſunt in īfinitū vel in-
coꝛpoꝛalium: nec ſpecies abſtracta nec īfuſa nec
intellectus ſubſtātia vel accidens poſſent effice-
re intellectiones reſpectu oīm ſi ſpecie differunt/
ſed reſpectu determinatoꝝ q̄uis numerus ſit no
bis incertus: qꝛ virt⁹ finita non eſt ad infinita ſpe
cie. ¶ Si dicatur ꝙ imo actus reflexi multipli-
cantur infinituꝫ naturaliter qui differunt ſpecie.
Dicendum ꝙ primū eſt verū: ſed ſecundū eſt fal-
ſum qꝛ ſunt vnū ſpecie ab vnitate pīcipalis obie
cti ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ viſio beata eſt quid fi Ad tertiū
nitū ⁊ determinatū ad genus et ſpeciē licet obie-
cti infiniti oīmodo indeterminati et illimitati: qꝛ
non opoꝛtet ꝙ actus habeat ſpeciē ab obiecto ſic
ꝙ ſit eiuſdē ſpeciei vel generis cū illo cū intelle-
ctio ſubſtātie ſit accidēs/ ſed hꝫ ſpeciē ab obiecto
effectiue/ a ſe foꝛmaliter. vnde ex hoc ipſo ꝙ ē ab
obiecto diſcreto ſm ſpeciē licet illud nō ſit in ſpe
cie poteſt habere limitatā ſpeciem. Conſtat eñ ꝙ
deus nō exiſtēs in aliqua ſpecie nec modo nec oꝛ-
dine/ dat oīb⁹ ſpeciē/ moduꝫ/ ⁊ oꝛdinē: q̄ habet in
ſe nō foꝛmaliter ſed virtute. ergo ex ea parte qua
actus hꝫ ſpeciē ab obiecto nō habēte ſpeciē: ſimi-
liter ex ea parte qua habet ſpeciē ab obiecto ter-
minatiue: ſicut ſi deus cauſaret in me intellectio-
nem lapidis p̄mo/ ⁊ poſtea aſini: diſtinguerent̄ ab
obiecto nō effectiue ſed terminatiue/ ex hoc ſolū
ꝙ eſſent de diuerſis obiectiue. ſic viſio beatifica q̄
eſt de deo principaliter/ differt ab oī veſptina ſpe
cie: que eſt principaliter de aliquo creato. ¶ Ad Ad q̄rtuꝫ
quartū dicendū ꝙ infinito inq̄tuꝫ eſt hmōi nō eſt
dare maius: ſed infinito ex vna parte/ et finito ex
alia parte eſt bñ dare mai⁹. ſicut nobiliſſima crea
tura data vel poſſibilis in infinitū diſtat a deo: ſic
ꝙ īfinita ē ex parte dei q̄ eſt īfinit⁹/ nō creature q̄
eſt finita. vnde ex parte dei nichil pōt plus diſtare
ꝙ ſit infinitius deo: ſed ex parte creature ſic: puta
creatum ignobili⁹. ⁊ ſicut eſt indiſtātia vna ⁊ poſi
tiua q̄ eſt inter ens ⁊ ens: ſic inter imaginata q̄ eſt
īter ens ⁊ nō ens: qꝛ ipa eſt īfinita ex pte nō entis
quod ē termin⁹ a quo: finita vo a parte entia: qđ
eſt terminus ad quē. vnde diſtat magis a nō ente

penitus ens in actu q̄ ens in potentia qđ eſt ma=
teria prima: ⁊ ſilr ens hoc qđ eſt terminꝰ ad quē
creationis/minus diſtat a nō ente q̄ ens abſolu=
te: ſed nō ens nō plꝰ diſtat ab ente q̄ terminꝰ crea
tionis a quo a termino eiuſdē ad quē: quia termi
nus creationis a quo nō eſt ens hoc: ſꝫ eſt nō ens
abſolute ⁊ vniuerſaliter. De quocūq; eñ ente vni
uerſaliter aliquid producerē/ipſum nō ꝓducerē per
creationē q̄uia eſſet nō ens quod ꝓducit: puta ſi
de trūco fieret vitulus: q̄uis trūcus ſit nō vitulꝰ
qꝛ tñ eſt ens ſimpliciter nō eſſet creatio. ¶ Cōtra
hoc autē arguitꝛ ſic: qꝛ cū dicitꝛ creatio eſſe ex non
ente/ly nō ens nō tenetꝛ materialiter ſed ordinali
ter: vt ſcꝫ dicatꝛ creari illđ qđ fit ex nō ente. i. poſtꝰ
non ens. nō oportet autē ꝙ ſit nō p̄ſuppoſito ali=
quo ente: imo neceſſe eſt ꝙ fiat p̄ſuppoſito aliquo
ente creato ⁊ increato. et dico priꝰ tēpore vel natu
ra. ¶ Itē ſi p̄ſuppoſita oī entitate alia creata et
creabili ꝓduceretꝛ gabriel adhuc diceretꝛ creari:
quia non p̄ſuppoſita natura ſua: nec in toto nec in
parte. ergo non ens quod eſt terminꝰ creationis
non eſt non ens abſolute ſed nō ens hoc qđ creatꝛ
eſt dicenduꝫ ad hoc ꝙ creatio hoc habet cōmune
cū ceteris ꝓductiōibꝰ ꝙ fit ex nō tali: qꝛ qđ fit ex
tali nō eſt: ſed hoc habet ſpeciale ꝙ fit nō ſoluꝫ ex
nō tali: ſed ꝙ non ſit ex aliquo qđ ſit illud vel ali
quid eius vel ꝯuerſo in illud aut aliquo eiꝰ: ſicut
dicitꝛ fieri p̄ generationē hō ex nō hoīe nō quocū=
q; : ſed qđ eſt ſemen hoīs vel menſtruuꝫ mulieris
quia nō quodlibet fit ex quolibet: ſed determina=
tum ex determinato: ⁊ aliqđ illiꝰ fit pars eſſentia
lis eius qđ fit: qꝛ nō quodlibet fit ex quolibet: ſꝫ
determinatuꝫ ex determinato: ⁊ aliquid illius fit
pars eſſentialis eiꝰ qđ fit: ſꝫ creatio fit ex nichilo
materialiter negatiue: id eſt nō ex aliquo/ ⁊ non ſo
lum ex nō tali/nec ex aliquo qđ ſit tale aliqđ: ſed
fit ꝙ nō ex aliquo ente mūdi creato vel increato
vel creabili qđ fiat illud vel aliquid eiꝰ. Unde da
to ꝙ nec homo nec aliqđ hoīs p̄extiſteret idē nu=
mero vel ſpecie/ſi tñ p̄extiſteret aliqđ aliud ens
quodcūq; potētia ex quo fieret hō vel ꝙ conuer=
teretꝛ in hoīem licꝫ nō maneret in illo: ſicut panis
cōuertitꝛ in corpus xp̄i in quo nō manet ſed aliqđ
ſui/nō diceretꝛ creatio. ergo creatio eſt non ſolum
ex nō ente hoc/ſed ex nō ente vniuerſaliꝛ: ita ꝙ nō
entitas conuertenda in hanc entitatē eſt terminꝰ
Ad q̄ntuꝫ ꝑ ſe a quo creationis. ¶ Ad quintum dicendum
ꝙ ens in potētia ſubiecti ita nō ē ex nichilo: qꝛ ex
tali nō ente poteſt aliqđ fieri naturaliter/ cum tñ
naturaliter ex nichilo nichil fieri ſit cōis conce=
ptio animi: et tale nō ens non eſt terminꝰ creatio
nis. ſed nō ens ſimpliciter vel ens in pura poten=
tia obiectiua ⁊ actiua in alio in ſe: ⁊ hoc eſt oīno
nichil ⁊ nō ens/⁊ nō ſolū priuatio ſed pura nega
tio. ⁊ q̄uis ꝑuatio aliquo mō ratione ſubiecti re
cipiat maius ⁊ minꝰ: tñ negatio nō in ſubiecto et
purū nichil non recipit maius nec minꝰ. vnde in
illo nō ente ex quo fit angelus vel pura materia/
non eſt plus de entitate q̄ in chymera: niſi accipe
retur ly ex quo fit/effectiue: qꝛ eſt vnuꝫ ens quod
eſt deus ex quo ſunt omnia. non eſt autem ens ex
quo/id eſt a quo poſſit fieri chymera. ¶ Sed cō=
tra hoc arguitur ſic: qꝛ ſicut ſe habent ens et non
ens extra/ſic verum et falſum in anima: ſed illud
eſt magis falſuꝫ qđ nec eſt verū nec eſſe pōt: ſicut
dyametrum eſſe ſymetrū q̄ illud quod non eſt ve
rum ſed eſſe poteſt: vt album eſſe nigrū. ergo mi=
nus eſt non ens qđ non eſt ſed eſſe poteſt: q̄ ꝙ nō
eſt/nec eſſe poteſt. ¶ Et dicendū ꝙ non eſt ſic: qꝛ
non ſic ſe habent verū ⁊ falſum in aīa cū vtrumq;
ſit poſitiuum ⁊ opponantꝛ cōtrarie ⁊ non pure pri
uatiue/et tātū eſt de entitate in falſo ſicut in vero
excepto illo reſpectu cuiꝰ formaliter dicitꝛ eſſe fal
ſum. vnde ratione entitatis ⁊ veritatis alicuiꝰ co=
incluſe falſum in ſe recipit maius ⁊ minꝰ: ſed ens
et non ens opponuntꝛ contradictorie: qꝛ non ens
nichil de entitate includit. vnde intrinſece nō eſt
magis non ens chymera q̄ non homo: qꝛ in nichi
lo non eſt magis et minus entitas: ſed ſi accipe=
retur eſſe intellectum et nō eſſe intellectū. tūc di=
cerem ꝙ nō eſt plus actu de entitate rationis in
eo ꝙ non intelligitur: ſed poteſt intelligi q̄ in eo
quod nō intelligitur. nec poteſt intelligi niſi inq̄
tum potētialitas entitatis rationis fundatur ſu=
per aliqua vera entitate que eſt intrinſeca rei que
dicitur potētia intellectualis qđ non eſt ex parte
nō entitatis de qua eſt creatio qñ creatur totum
ſuppoſitum. ¶ Ad ſextum dicēdum ꝙ imo inueni= Ad ſextū.
tur plus negare negatio q̄ ponat affirmatio: qꝛ ſi
dico homo currit/vera eſt vno ſolo currente/cum
indefinita equipolleat particulari. Si autēꝫ dico
non homo currit/ita vt negatio ad ſubiectum fe=
ratur nō ad p̄dicatū/equipollet vniuerſali nega=
tiue. tñ cōcedo maiorem dicēdo ꝙ terminꝰ a quo
non eſt negatiuus eiꝰ qđ ponit terminꝰ ad quem.
cum eñ homo creatur ex nichilo ⁊ non ſolum ex
nō hoīe/ſed totaliter ex non ente. affirmatiua op
poſita eſt ens ⁊ non hoc ens. ¶ Ad ſeptimum di= Ad ſepti=
cendū ꝙ creatio eſt finita ratione modi tantū: ſed mum.
modus eſt talis nature ꝙ repugnat ei cauſalitas
inſtrumentalis: qꝛ qđ ꝓducitur a duobus/ab vno
principaliter/ab alio inſtrumētaliter/eſt in potē=
tia paſſiua ex parte ſui inequaliter: ſicut in poten
tia actiua reſpectu agentiū inequaliter: qꝛ maior
eſt virtus agentis principalis q̄ inſtrumentalis:
ſed illud qđ non eſt in potentia ſubiectiua ſed tm̄
obiectiua ⁊ puruꝫ nichil non poteſt dici maius et
minus in potentia ex parte ſui: qꝛ negatio non re
cipit maius ⁊ minus. ergo ⁊c. ¶ Ad octauum di Ad octa=
cendum ꝙ licꝫ actiones ſunt eiuſdem rationis ſi uum.
tamen ſint differentes modi nō oportet ꝙ qui po
teſt in vnam poteſt in aliam: ſicut paruꝰ calor po=
teſt calefacere remiſſe non autem intēſe: ⁊ tamen
calefactio intenſa ⁊ remiſſa differunt nō ſpecie ſꝫ
ſolum in modo ⁊ gradu numerali. ¶ Ad nonum Ad nonū.
⁊ vltimum dicendum ꝙ q̄ntitas illa non annichi=
latur ſed corrumpitur ⁊ cedit in potentiam mate
rie que redit vel de nouo creatur aut aliunde mi=
niſtratur ⁊ ſubſtat forme que inde generatꝛ. poſſet
tamen forte deus facere ꝙ ignis faceret calorem
diuina virtute ſine ſubiecto ſuſtentatum vt dictū
eſt in ſecundo diſtinc. i. q. 3. ¶ Quantum ad ter= 3. articulꝰ
tium principale de infinitate ſcientie viſionis aīe de infinita
chriſti: et vtrum deus cognoſcat infinita ſcientia te ſcientie
viſionis. quidā in pluribus locis dicit ꝙ non ſed viſionis.
tantum finita/ et hoc tenent quidaꝫ nec fiunt nec
ſunt nec erunt: qꝛ in omnibus eſt dare primum qđ
fuit ante quod nullum aliud: ſcꝫ prima cognitio
vel aliquid hmōi: quo dato ꝓcedendo in infinitū
nunq̄ fuerunt infinita. ¶ Sed cōtra: qꝛ ſi tantū
cognoſcit finita illis qñq; actu erunt ſuccedentibꝰ
ſibi aliis in infinitum cogitationibus et affectio=

nibus ſubſtantie intellectualis: et tunc deus non cognoſceret ſciẽtia viſionis illas que ſuccederẽt que tunc erunt. vnde dicunt aliq̃ ꝙ deus cognoſcit ĩfinita ſcia viſionis. Primo q2 de⁹ cognoſcit ſciẽtia viſionis non ſolum illa quorum eſſe eſt in facto eſſe: ſed etiam quorum eſſe eſt in fieri: vt motum et tẽpus cognitiones ⁊ volitiones: licet nunq̃ ſint in facto eſſe infinite: ſemper tamen ſunt in facto fieri ſicut et partes infinite continui: vt de⁹ videt infinitas partes continui in quas eſt diuiſibile in ĩfinitũ/et ſilr infinitas cogitationes q̃ nunq̃ erunt niſi in fieri. ❡ Scd̃o quia illud quod eſt quocunq̃ modo extra deum dicitur deus videre ſcientia viſionis: ſicut viſio eſt rei exterioris: ſed illa ĩfinita de quib⁹ loq̃mur ſunt aliquo mõ extra deum q2 in potẽtia creature. ergo ⁊c. Unde ſcientia viſionis non ſolum recipit eſſe in actu: ſed etiã in potẽtia creature: tamẽ nec ſequitur/videt infinita futurã: ergo erunt infinita. imo magis ſequitur oppoſitum. ſi enim numer⁹ augetur in infinitum: non ſequitur ergo quoniã erit auctus in infinitum. imo magis ſequitur/ergo nunq̃ erit infinitus: quia tunc ceſſaret augmentum/ nec iret in infinitum. vnde male arguunt de augmento caritatis in infinitum: quod ex hoc ſequitur poſſe eſſe caritatem infinitam creatam: imo magis oppoſitum. ſicut etiaʒ continuum non eſſet diuiſibile in infinitũ: ſed quandoq̃ eſſet diuiſum in infinitum.

❡ Sed contra/quia cum non ſit maius infinito/ deus non cognoſceret plura ſimplici intelligentia q̃ viſione nec plus q̃ anima chriſti/dicendum ꝙ immo quia ſcientia viſionis non eſt ad infinita ſpecie ſicut ſcientia ſimplicis intelligentie: ſed ad infinita numero tantum. non enim potentia creata que finita eſt/eſt ad ĩfinita ſpecie: propter quod ille non ſunt ſcibiles: quia natura non procedit in infinitum. nec eſt inconueniens in diuerſis generibus eſſe maius infinito: ſicut infiniti homines et ĩfiniti aſini eſſent plures res q̃ infiniti aſini tantum. Uel dicẽdum ꝙ infinito in eſſentia reali repugnat additio/non autẽ in eſſe cognito. multa eñ in eſſentia naturali habent oppoſitum que non eſt in eſſe intentionali ſicut ſpecies contrariorũ in oculo non ſunt cõtrarie. Et hoc valet ad ſuſtinendum ꝙ in deo ſunt ydee ſingularium non obſtante ꝙ eſſent ibi infiniti ordines infinitorum: q2 cum quelibet ſpecies habeat in potentia infinita indiuidua et in deo ſunt infinite ſpecierum ydee: quia ſicut deus cognoſcit infinita ⁊ infinities infinita: q2 omnes ſpecies q̃ eſſe poſſunt que ſunt infinite et cuiuſlibet ſpeciei infinita indiuidua ſi tamen omnis ſpecies poteſt habere plura ĩdiuidua ita, neceſſe eſt hec omnia p̄ſentari in deo. Per hoc etiam patet ꝙ deus cognoſcit continuum infinitum: quia ſicut numerus augetur in infinitum ſicut et continuum ſaltem virtute diuina etiã ſcd̃m quantitatem non proportionem licet hoc philoſophus negaret .3. phiſicorum q2 putauit non poſſe fieri maiorem q̃titatem celo. Unde ſicut deus cognoſcit numeros ĩfinitos quia ſunt poſſibiles in fieri: ſic et continuum infinitum. ❡ Sed contra: cui repugnat eſſe repugnat itelligi: quia vnũquodq̃ ſic ſe habet ad veritatem. ⁊c. ❡ Scd̃o qd̃ eſt in potentia non eſt nichil: ⁊ licet vnumquodq̃ cognoſcatur ſcd̃m ꝙ eſt in actu ⁊ non in potentia tantum. 9. metaphiſice. tamen infinitum tã in continuis q̃ in diſcretis eſt in potentia ad eſſe actu: non in completo vel facto eſſe ſed in fieri: ipſum etiaʒ eſt actu in ſua cauſa: quod ſufficit ad cognoſci. deus enim cognoſcit illa que nunq̃ erunt in fieri: ſed ſtat tantum in potentia ſua. ❡ Cõtra etiaʒ predicta eſt ꝙ deus non cognoſcat noticia viſionis illa tantum que ſunt in potentia creature: q2 viſio proprie dicta eſt exiſtentium extra videntes non tantuʒ potentia ſed actu: niſi dicatur quis videre per accidens illud qd̃ ipſe ſine diſcurſu intelligit eſſe poſſibile ex hoc ꝙ videt aliquid actuale.

❡ Ex hoc etiam patet ꝙ in deo ſunt infinita attributa ⁊ infinite ydee: ⁊ tamen non poteſt producere infinita actu ſimul. non enim poſſem tibi dare obulos in infinitum: niſi et ego haberem apud me obulos in infinitum vel infinitos/et tibi ſemper darem finitos. quia enim nemo dat quod nõ habet. ſi non haberem obulos ĩfinitos: aut ſi iam dediſſem tibi infinitos: nec per conſequens mihi aliquis remaneret tibi dare non poſſem vlterius: et ſic datio non iret in infinitum. ❡ Q; autẽ de⁹ cognoſcat actu infinitas partes continui patet: quia ipſe cognoſcit actu omne quod eſt in ſe vel in alio potentia vel actu: non ſolum quia comprehẽdit quicquid cognoſcit: ſed etiam quia ipſe eſt cauſa ꝑ intellectum eius qd̃ eſt in creatura non ſoluʒ actu ſed potentia: non ſoluʒ actiua ſed paſſiua: q2 vtrũq̃ totaliter eſt ab ipſa. Oportet autem ꝙ artifex cognoſcat omne qd̃ dat artificiato. ❡ Per idem etiam quod dictum eſt in octaua concluſione huius queſtionis patet impedimentum illius rationis que ſolet fieri contra infinitatem ydearum: q2 ſcʒ ĩfinitatis non eſt ordo: ⁊ vbi non eſt ordo ⁊ eſt multitudo ibi eſt cõfuſio: q2 non minus debet eſſe ordo in re intellecta q̃ in rep̄ſentatione intellectiua· ſed hoc non obſtante deus cognoſcit infinita ſaltem numero ſecũdum omnes. ergo ⁊c.

❡ Uidetur tamen ad principale dicẽdum ꝙ de⁹ cognoſcit: et anima chriſti ſciẽtia viſionis infinita ſcd̃m quid ⁊ in fieri: non autem in facto eſſe nec ſimpliciter: quia nec ſic eſſent infinita ⁊ non aliter. Licet autẽ ſciẽtia ſimplicis noticie cognoſcant q̃ non erunt: non tñ ſcientia viſionis. ❡ Ad argumenta principalia ſolutum eſt.

❡ Diſtinctio. xv. ❡ Queſtio p̄ma.

CIrca decimamquintã diſtinctionem queruntur tria. Primum eſt: vtrũ chriſtus aſſumpſit naturam cum defectibus. Scd̃o: vtruʒ in aĩa xp̄i ſimul fuerit dolor ⁊ gaudium. Tertio: vtrum in chriſto potuit eſſe actus amandi vel volendi ſine actu cognoſcendi. ❡ De primo videtur ꝙ chriſtus nõ debuit aſſumere naturam cum defectibus corporalibus: quia pena non debetur niſi culpe: ſed in chriſto non fuit aliqua culpa/ nec originalis vt ſupra probatum eſt: nec actualis/ſm illud petri. 2. qui peccatũ non fecit. ergo nec defectus corporales cum ſint penales debuerũt eſſe in eo. ❡ Scd̃o: ꝙ nec defectus anime quantum ad paſſibilitatem: q2 ſicut ſe habet gloria corporis ad corp⁹: ita gloria anime ad animam: ſed corp⁹ chriſti ſtatim vt fuit glorifica-

Primum

Secundũ

tum fuit impaſſibile.ergo anima chriſti cũ a prin=
cipio fuit beata/videt̄ ꝙ ex tunc fuit impaſſibilis
In oppõꝫ ¶ In contrariũ per illud quod habet̄ Hebreoꝝ
2.ꝙ debuit ꝑ omnia fratrib⁹ aſſimilari:ſed in no=
bis ſtant multi defectus corporales.ergo omnes
defectus illos debuit aſſumere. ¶ Itẽ Dam̄ di
cit ꝙ illud non eſt curabile quod non eſt aſſumpti
bile:ſed chriſtus curauit omnes defect⁹ noſtros.
Reſpõſio ergo omnes aſſumpſit. ¶ Reſpõſio. tria ſunt vi=
dẽda. Primo de defectib⁹ corpis. Scđo de defe=
ctibus anime in generali. Tertio in ſpecie de do=
1.articul⁹. Durand⁹ lore mortis. ¶ Quantum ad primum ponunt ali
pñti diſti. q.4. qui tria videnda. Primum:an chriſt⁹ debuit na=
turam humanam aſſumere cũ defectibus corpo=
ralibus. Secundũ eſt/ſuppoſito ꝙ ſic:vtrũ in om
nibus/vel ſolum in quibuſdam. Tertiũ eſt/ vtruꝫ
illos defectus cõtraxerit vel ſponte aſſumpſerit.
¶ Quantum ad primum dicendum ꝙ chriſt⁹ de=
buit aſſumere naturam humanam cũ defectibus
corporalibus:quod patet tripliciter. Primo ex
fine icarnationis ſic:ad hoc ꝙ chriſtus aſſumpſit
naturam humanam vt pro peccatis noſtris ſatiſ=
faceret/et ſic nos redimeret:ſed hoc non poterat
fieri niſi aſſumpſiſſet naturam humanam cum de
fectib⁹ corporalib⁹.ergo ꝛc. Minor probat̄:qꝛ ſa
tiſfactio fit per opera penalia:ſed corp⁹ quod non
ſubiacet defectibus non eſt ſuſceptiuum pene. er
go ſi chriſtus aſſumpſiſſet corpus ſine defectibus
corporalibus:non potuiſſet pro nobis ſatiſfacere
Scđo patet idem ex fide icarnationis que eſt ne=
ceſſaria ad ſalutem:ꝛ ideo debuit per chriſtum in
nobis edificari:ſed ſi chriſt⁹ naturam humanã aſ=
ſumpſiſſet ſine defectib⁹ corporalib⁹:magꝭ deſtru
xiſſet in nobis fidem incarnationis ꝙ̃ aſtruxiſſet
qꝛ natura humana nõ eſt nobis nota:nec ꝓut ſub
iacet talibus defectib⁹:ergo decuit ꝙ chriſtus no
ſtram naturam cum talibus defectibus aſſume=
ret. ¶ Ad idem tertio:quia decuit ꝙ chriſtus no
bis perfectum preberet exemplũ merendi:ſed me
ritum conſiſtit non ſolum in operatione boni/ſed
in ꝑpeſſione mali.ergo chriſtus vtrũqꝫ exemplũ
merendi prebuit:ſed nõ prebuiſſet exẽplum me=
rendi in ꝑpeſſione mali niſi aſſumpſiſſet corp⁹ paſ
ſibile ſubiacens defectibus penalib⁹.ergo ꝛc. et
Obiicit doc.cõtra rões durã di ꝛ ſoluit ſic patet primum. ¶ Sed poteſt argui cõtra hec
tria. Contra primum: qꝛ ſatiſfactio poteſt fieri ꝑ
ſolam penam anime/ qualis eſt dolor penitentie
et cõtritionis quo ſolo poteſt omnis pena remit
ti. Et dicẽdum ꝙ quis debebat ſatiſfacere ꝓ de=
fectu non ſolum anime ſed etiam corporis plena
rie ꝛ perfecte debuit vtrumqꝫ ſufficere. ¶ Cõtra
ſecundum: quia poſt reſurrectionem humanitas
innotuit viſu/ tactu/et guſtu ſine iſtis defectib⁹.
ergo ꝛc. Et dicendũ ꝙ iam ante mortẽ oſtẽderat
paſſibilitatem. vnde ſufficiebat oſtẽdere ad ꝓmã
naturã idẽtitatẽ: qđ cicatrices maxie oſtẽdebãt.
¶ Cõtra tertiũ:qꝛ nõ ſolum fame ꝛ ſiti: ſed etiã
aliis īfirmitatib⁹/puta febre et huiuſmodi:quas
tamen non aſſumpſit/ meremur. Et dicendum ꝙ
hoc alia ratio infringit ſicut ſtatim ſequitur.
Durã.vbi ſupra. ¶ Quãtum ad ſecundũ dicunt quidam ꝙ ſcđm
Dam̄.chriſtus aſſumpſit ſolum defectus natura=
les ꝛ paſſiones indetractabiles. Dicuntur auteꝫ
hmõi defectus naturales qui conſequuntur totã
ſpeciem humane nature ſibi derelicte propter pec
catum primoꝝ parentũ:ſicut fames/ſitis/mors/

et huiuſmodi. Indetractabiles autem paſſiones
dicũtur q̃ ꝑfectioni ſcientie et grẽ non repugnant.
alios autem defectus qui toti nature non ſunt cõ
munes/vt febris/lepra/cecitas/ꝛ huiuſmodi:vel
repugnant perfectioni ſcientie ꝛ grẽ:vt ſunt igno
rantia/difficultas ad bonum/ pronitas ad malũ/
non aſſumpſit. Et huius ratio eſt:qꝛ ſicut dictum
fuit/chriſtus aſſumpſit humanam naturam ad ſa
tiſfaciendum principaliter pro peccato quod to=
tam naturam infecit:ſatiſfactio auteꝫ requirit ꝓ
materia paſſibilitatem corporis ſine qua nullum
corpus penale eſſet: ſed pro principio requirit ex
parte anime perfectionem ſcientie ꝛ gratie: quia
nullum opus penale eſt ſatiſfactoriũ niſi per libe=
rum arbitrium acceptetur. ¶ Ex hoc ſic argui=
tur. Decuit vt chriſtus humanam naturam oĩno
ꝑfectam aſſumeret/exceptis his defectib⁹ qui re
quiruntur ad opus ſatiſfactionis:ſed tales defe=
ctus ſunt ſoli illi qui vocantur naturales ꝛ inde=
tractabiles paſſiones modo quo expoſitum eſt.
Defectus enim qui non conſequuntur totã natu
ram non requirũtur ad ſatiſfactionem ꝓ tota na=
tura vel ꝓ peccato cõmuni toti nature. Unde nec
iſti ſunt pena peccati originalis vel ſaltem imme
diate. Defectus vero q̃ derogant perfectioni ſciẽ
tie et gratie magis impedirent ſatiſfactionem ꝙ̃
ꝓmouerẽt.ergo decuit vt xp̄s ſoluꝫ aſſumeret de=
fectus naturales et indetractabiles paſſiões. er=
go.ꝛc. Sic igitur qui venit vt doctor fugaturus
ignorãtiaꝫ docendo qđ nõ poteſt facere ignorans
bene decuit habere plenitudinem ſcientie/ et non
pati detrimentum alicuius ignorantie. ¶ Scđo
qꝛ illũ q̃ erat redẽptor merito ſuo nobis/pro no=
bis ſatiſfacturus: ad quod requiritur abundan=
tia gratie: cui opponitur culpa et difficultas ad
bonum/non decuerunt eum nec cõgruebat ſume=
re defectus morales. Quia etiam venit totã na=
turam non huius vel illius curare ſatiſfaciendo:
ideo nõ febrem nec alios particularium comple=
xionum defectus debuit aſſumere ſed cõmunes:
quos in tota natura plantauit:vt famem/ſitim/ꝛ
huiuſmodi. ¶ Quantum ad tertium ſcꝫ / an ta= Durã.vbi ſupra.
les defectus fuerint contracti/vel aſſumpti. Di=
cunt quidam ꝙ contrahi importat quandam con
ſequentiam neceſſariam vnius ad alterũ. Eſt eñ
cõtrahi idem quod ſimul cum alio trahi. Iſti au=
tem defectus ſunt in nobis ex duplici cauſa: ſcilꝫ
ex cõditiõe nature in ſe/ ꝛ ex peccato ſicut ex cau
ſa remouẽte prohibens: qꝛ per peccatum priuata
eſt natura originali iuſticia que prohibebat in no=
bis tales defectus eſſe. Si ergo iſti defectus ope
rantur ad naturam ſicut ad ſuam cauſam per ſe:
ſic fuerunt in chriſto conſequentes naturã ex ne=
ceſſitate:quia ſcđm Dam̄.vt infra dicetur/ diui=
nitas permittebat naturam humanaꝫ agere ꝛ pa=
ti que propria ſunt:et ideo cum tales defectus ſe=
quantur ad naturam ex neceſſitate niſi prohibeã
tur altiori virtute:conſequens eſt ꝙ in chriſto fue
runt de neceſſitate hi defectus. ¶ Si autem com
parẽtur ad cauſam remouentem ꝓhibens ad pec
catum: tunc in chriſto nõ fuerunt tales defectus
ex peccato:quia peccatũ non contraxit ſicut nos:
et ſic tales defectus non dicuntur a chriſto cõtra=
cti:ſed voluntarie aſſumpti.et quia in nobis ſunt
hi defectus ex vtraqꝫ cauſa:in chriſto autem ſolũ
ex altera. idcirco dicuntur a nobis contrahi:nõ a

chriſto. ¶ Confirmatur etiam iſtud: quia contrahere ſecundum legiſtas eſt cum alio trahere ſiue inuite ſiue ſponte ſicut dicunt ꝙ obligatio contrahitur quattuor modis. ſcilicet Re/ verbis/ litteris/ et conſenſu. Quando autem conſenſu: tunc ſponte et libere obligatio cõtrahitur. Quicquid ſit de aliis ſcḋm theologos contrahere eſt cum alio neceſſario trahere: nos igitur hos defectus contrahimus tribus modis: quia cum natura trahimus. Secundo/ quia cum peccato. Tertio/ quia volumus nolumus cum vtroq̄. Chriſtus autem non eos contraxit cum peccato quod non habuit: nec cum natura inuitus: ſed voluntarius voluntate diuina: qua libere naturam aſſumpſit cum defectibus: quos voluit: ideo eos aſſumpſit proprie non contraxit. ¶ Poteſt etiam dici ꝙ aſſumpſit eos voluntarie voluntate humana: tñ ↄcomitante q̄ꝫ accedente vel approbante/ tamē non faciente. A principio autem ſue creationis habuit volitionem beatificam et deiformem/ et viſionem ꝙ qua omnia nouit que etiam ſaltem in genere ſuo paſſibilitatē anime et corporis preceſſit per quam voluit ꝙ deus voluit: ſed non id effecit. ¶ Quantum ad ſecundum principale de defectibus anime procedũt aliqui ſic. Primo diſtinguunt de paſſione. Secundo reſpondent ad queſtionem. ¶ Quantũ ad primum ſciendum ꝙ paſſio eſt duplex. Una eſt naturalis. Alia animalis. Paſſio naturalis ſeu corporalis dicit̄ tripliciter. Uno modo quecūq̄ alteratio per quā in ſubiecto aliquid recipitur. Alio modo dicitur paſſio alteratio per quam aliquid recipitur in ſubiecto: et aliquid ab ipſo abiicitur. Tertio modo paſſio dicitur illa ſola alteratio per quam a ſubiecto forma conueniens abiicitur: ꝛ diſconueniens introducitur. Primo modo ſumitur paſſio valde large. ſcḋm enim illum modum dicitur luna pati dū lumen recipit. Scḋo modo ſumitur paſſio minus large: quando ſcilicet aliquid abiicit̄. Tertio modo ſumitur proprie et ſtricte: ſcilicet quando forma conueniens abiicitur et diſconueniens introducitur ꝛ non econuerſo. Non enim proprie dicitur pati qui ſanatur: ſed qui egrotat. Paſſio autē animalis nichil aliud eſt q̄ꝫ motus anime ſecundum appetitū conſurgens ex apprehenſione paſſionis naturalis vel corporalis. et ſic inter paſſiones naturales ꝛ corporales magis proprie dicitur paſſio alteratio ſcḋm quam forma diſconueniens acquiritur q̄ꝫ illa per quam acquiritur conueniens. ſic inter paſſiones anime magis proprie dicitur paſſio motus appetitus ſequēs ſcꝫ apprehenſionem paſſionis naturalis diſconuenientis: q̄ꝫ ſequens apprehenſionem naturalis conuenientis paſſionis. vnde magis ꝓprie dicitur pati qui dolet vel triſtatur: q̄ꝫ qui gaudet et letatur. De hac autem paſſione potiſſime intelligitur queſtio: quia conſtat ꝙ paſſio naturalis et corporalis fuit in chriſto: que etiam mortem induxit. ¶ Hoc ſuppoſito dicenda ſunt tria ad queſtionem. Primum eſt ꝙ in chriſto fuit vera paſſio prout dicit motuꝫ appetit⁹ ſenſitiui. Secundū eſt ꝙ in chriſto fuit aliter talis paſſio/ et in nobis. Tertium eſt ꝙ in eo fuit paſſio prout dicit motū voluntatis. ¶ Primū patet dupl̄r. Primo ſic. Ubicūq̄ eſt vera paſſio corporalis percepta per ſenſum et motus ſenſitiui appetitus ſecundū conditionem apprehenſionis/ ibi eſt vera paſſio animalis: ſed in chriſto fuit vera paſſio corporalis ꝑcepta per ſenſum et motus appetitiuus ſenſitiui ſcḋm cõditionē apprehenſionis. ergo in ipſo fuit paſſio aīalis. Maior patet ex notificatiõe paſſiõis pri⁹ poſita. Minor ſil̄r patet. cõſtat enim ꝙ in chriſto fuit vera paſſio corp̄alis abiiciens illud qḋ erat cõueniēs nature corp̄is: ſicut fuit diuiſio carnis ꝑ clauos: q̄ ſoluebāt ↄtinuitatē partiū corp̄is. Nec dubiū ꝙ hanc chriſt⁹ aſſumpſerit cum aſſumpſerit aīam ꝑfectaꝫ ſcḋm omnes vires ſuas naturales. ad hanc autēꝫ apprehenſionem neceſſario ſequebatur quantum eſt ex curſu nature motus appetit⁹ ſenſitiui ſecūdum conuenientiam aſſumptionis ad illud quod erat apprehēſum vt nociuum ꝛ malum. quare ꝛc. ¶ Secūdo patꝫ idem ſic. Dolor/ triſticia/ timor/ et ira/ ſunt vere paſſiones: ſed in chriſto fuerunt hec omnia. ergo ꝛc. Maior de ſe patet. Minor ꝓbatur quantum ad ſingula membra illic contenta. Primo de dolore per illud qḋ habet̄ yſaye. 53. Uere languores noſtros ipſe tulit: et dolores noſtros ipſe portauit. et ꝑ rationem: quia dolor ſenſibilis cauſatur proprie ex ꝑceptione eius quod ledit temperamentum corporis. conſtat autem ꝙ in chriſto fuit aliquod leſiuum temperamēti corporis quod percipiebatur per tactum qui fuit in chriſto temperatiſſimus. ergo ſequebatur ad hoc verus dolor. De triſticia ſimiliter patꝫ ꝑ id quod habetur Matthei. 26. Triſtis eſt anima mea vſq̄ ad mortem. Et per rationem: quia ſicut dolor cauſatur ex leſione ſenſus tactus percepta: ſic triſticia cauſatur ex nociuo ſeu malo apprehenſo ꝑ imaginationem vel aliquam virtutem interiorē: ſed talis apprehēſio fuit in chriſto: frequēter eñ fuit imaginatus mortem anteq̄ꝫ pateretur. ergo fuit vera triſticia. De timore ſimiliter patet per hoc quod habetur Marci. 13. Cepit pauere et tedere. Et per rationē: quia ſicut triſticia cauſatur ex apprehenſione mali quaſi preſentis: ſic timor cauſatur ex apprehenſione mali futuri: ſed talis apprehenſio fuit in chriſto: ergo ꝛ vere timor. De ira patet ſimiliter per illud quod habetur in pſal. ꝛ applicatur chriſto Ioh. 2. zelus domus tue comedit me. zelus autem eſt ſpecies ire/ cum ira diſtinguatur in iram per zelum: ꝛ in iram per viciū. Et idem patet per rationem ſic. Poſita cauſa ſufficiēte/ ponitur effectus: ſed triſticia eſt cauſa ſufficiens ire: ex triſticia enim alicui ablata/ oritur appetitus repellendi et vindicandi iniuriam factam: cum ergo in chriſto fuit triſticia vt dictum eſt/ conſequens eſt vt in ipſo fuit ira: et ſic patet minor. ſequitur ergo concluſio/ ſcilicet ꝙ in chriſto fuit vera paſſio que eſt motus appetitus ſenſitiui. et ſic patet primum.

¶ Quantum ad ſecundum dicendum ꝙ iſte paſſiones aliter fuerunt in chriſto: et aliter in nobis quantum ad tria. Primo quantum ad obiectum quia in nobis huiuſmodi paſſiones frequenter tēdunt ad illicita: in chriſto autem nunq̄ꝫ fuit ſic. Nota. Secundo quantuꝫ ad principium quia hee paſſiones in nobis preueniūt iudicium rationis: ꝓpter qḋ in ipſo hmõi paſſiões nõ fuerūt culpabiles. Ira enim preueniens iudicium rationis/ culpabilis eſt: et vocatur ira per vicium ſcḋm quam homo

2. articul⁹ Durand⁹ q. 2. hui⁹ diſtinctiõis.

dicitur operari. operatio nāq₃ attribuitur primo mouenti.et de hac dicit beatus Jacobus.i.ꝙ ira viri iuſticiam dei nō operatur.et talis ira nō fuit in chriſto. Ira autē ſequens iudicium rationis que eſt appetitus vindicte prout ratio iudicauerit/dicitur ira per zelum: et talis non eſt vicium/ ⁊ fuit in chriſto. ¶ Tertio fuerūt differenter paſſiones in chriſto et in nobis quantum ad effectū: quia huiuſmodi paſſiones quandoq₃ in nobis nō ſiſtunt in appetitu ſenſitiuo ſed redundāt in rationem:ita vt eam perturbent ⁊ eam retrahant quādoq₃ a ſua rectitudine.non ſic autē fuit in chriſto quia hmōi motus ex diuina diſpoſitione ſic ſiſtebant infra limites ſenſitiui ꝙ nullo modo impediebatur nec perturbabat ratio eis quin ageret ea que conueniebant: et ideo magis dicūtur fuiſſe in chriſto ſcōm propaſſionem ꝙ̄ ſecundū paſſionem. Propaſſio enim dicitur quaſi inchoata paſſio.ſed paſſio abſolute dicitur cōſummata paſſio et perfecta.⁊ quia vltima conſummatio motuū appetitus ſenſitiui eſt ꝯſecutio rei appetite: que non contingit niſi ratio per paſſionem abſtrahatur a ſua rectitudine:ideo in nobis vbi hoc accidit tales motus dicuntur paſſiones: in chriſto autem dicūtur propaſſiones.et hoc inſinuat ſcriptura dicēs ꝙ cepit contriſtari et meſtus eſſe. Ubi dicit Hieronymus ꝙ dn̄s noſter vt veritatem probaret aſſumpti hominis/ vere quidē contriſtatus eſt.ſed ne paſſio in illius dominaretur animo per propaſſionem dicit ꝙ cepit contriſtari: vt paſſio perfecta intelligatur quando animo id eſt rationi dominatur. Propaſſio autem eſt quaſi paſſio inchoata in appetitu ſenſitiuo:ſed vlteri⁹ non procedit/et ſic patet ſecūdum. ¶ Tertium patet ſcʒ ꝙ in chriſto fuit paſſio prout dicit motum voluntatis:quia ſicut ex apprehenſione diſconuenientis ſcōm ſenſum cauſatur motus appetitus ſenſitiui ſcōm conditionem apprehenſionis:ita ex apprehenſione diſconuenientis per intellectum cauſatur motus voluntatis ſcōm conditionē apprehenſionis:ſed in xp̄o fuit apphēſio aliquoꝝ conueniētiū:et ꝙ̄ iudicabant talia ſm̄ rationē: ergo in ipſo fuit motus voluntatis ſcōm conditionem talis apprehenſionis.motus autem voluntatis conueniens tali apprehenſioni eſt motus diſplicentie: ergo in chriſto fuit talis diſplicētia: que large poteſt dici paſſio. Maior de ſe patet. Minor declaratur. Chriſtus enim per partem intellectiuā aliquas apprehendit vt diſcōuenientia ſibi:puta mortem propriam/⁊ turbationem diſcipulorum.quare.⁊c. ¶ Qualiter autē potuit eſſe in chriſto velle mori ⁊ nolle mori. Oblatus eſt eñ quia ipſe voluit:vt dicitur yſaye.53.ca. Aduertēdum ꝙ ratio poteſt ferri in aliquid dupliciter. Uno modo in ſe ⁊ abſolute. Alio modo in ordine ad aliquem finē Primo modo accipitur ratio vt natura maxime quādo conſiderat illud nociuum vel conueniens nature ſcōm ſe ¶ Scd̄o modo ſumitur ratio vt ratio inq̄ntum iudicat aliqua vel de aliquo ſcōm relationem ad finem. ¶ Primo ergo modo ratio in chriſto iudicabat mortem ſibi diſconuenientē: ſed ſcd̄o modo mortem conuenientē iudicabat ꝓpter ſalutem humanam.et q₂ primus actus reſpectu ſecundi eſt imperfectus/et quaſi ſcōm quid. vnde nō eſt iudicium finale ſed cōditionatū.ſicut ſi dicerem/ iudico ꝙ bibere medicinam amaram eſt malum ſcōm ſe/ſed bibere eam propter ſanitatem eſt bonum expediens .ſic actus voluntatis ſequens primum actū rationis eſt imperfectus et ſcōm quid reſpectu ſecundi. vnde non eſt nolle ſimpliciter ſed ſcōm quid ⁊ conditionatum.vnde chriſtus conditionaliter dixit vt habet Matthei 26. Pater mi ſi poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte addens: veruntamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu.loquens primo de volūtate naturali ⁊ cōditionata: ⁊ ſubiungens voluntatem que erat voluntas ſimpliciter ⁊ conformis voluntati diuine. vnde patet ꝙ iſte due voluntates ſe compatiebātur in xp̄o nolle mori volūtate naturali/ ⁊ velle mori voluntate deliberatiua. ¶ Sed dubium eſt de lāceatione:de qua dicunt quidam ꝙ fuit ante mortem aliter non fuiſſet nobis meritoria: q₂ mortu⁹ nec ſibi nec aliĳ poteſt mereri. Et qđ dicit. Johānis.19.ꝙ vt viderūt eum mortuū.⁊c.id eſt poſtq̄ viſum eſt eis ꝙ eſſet mortuus:quod frequenter videtur de homine moriente anteq̄ ſit vere mortu⁹ et ꝙ Johānes recitat mortem dicens ꝙ inclinato capite emiſit ſpiritum. Poſtea ponit hyſtoriā ꝙ vnus militū lancea latus eius aperuit. poteſt dici primum dictum ꝑ anticipationem. ſecundū per recapitulationem:ſed mens euāgeliſte ⁊ ſanctorum eſt contraria/⁊ beatus Ber. ꝙ gladi⁹ pertranſiuit animam beate virginis non filiĳ/ſed corpus tantū:q₂ ibi nō erat pl⁹ iam anima filiĳ informando:ſed anima matris amando:⁊ ſic in lāceatione non doluit q₂ mortu⁹. ¶ Ad rationem dicendum ꝙ per idem nec mors chriſti aut martyrum meritoria fuiſſet:quia quando mors primo eſt tunc vita primo non eſt:⁊ ſic meritum non eſt: ſed dicit mors meritoria propter electionē mortis in quo eſſentialiter eſt meritum. vnde chriſtus viuens elegit mortem/ſepulturam/ et lanceationem/et omia ac propter hoc huiuſmodi fuerunt meritoria obiectiue non ſubiectiue.

¶ Quantum ad tertium de morte chriſti dicenda ſunt tria. 3. articul⁹.
Primum ꝙ dolor eius nō fuit inferni doloribus maior vel purgatoriĳ. Scd̄o ꝙ fuit maior dolore cuiuſlibet viatoris. Tertio dicetur de mō huius exceſſus. ¶ Primū patet ſcʒ ꝙ dolor mortis chriſti:id eſt qui preceſſit mortem non fuit maior dolore purgatoriĳ vel iferni ſed minor illo:quia venerat aſſumere dolorem viatoris ſatiſfactorium ⁊ meritorium:illi autē non ſunt viatoris/et inferni non eſt ſatiſfactorius/ purgatoriĳ non eſt meritorius. Et q̄uis prouterq₃ eſt ſatiſfactorius/tamen nō ꝓpter hoc oportuit ipſum illis equari:q₂ minor dolor in via ſatiſfacit pro maiori in termino. ¶ Secūdo ꝙ nullius vnius hominis dolor preteritus vel futurus in hac vita adequat dolorem chriſti quem ꝓ nobis ſuſtinuit:ſm̄ Secundū dictum.
illud. O vos omnes qui tranſitis per viam. ⁊c. Primo quia volebat omnium dolores portare ⁊ pro omnium doloribus ſatiſfacere. et ideo quia cauſa debet eſſe potior: quātum erat poſſibile dolor eius omnem dolorem excedere debuit:nō eñ ſolum voluit ex equipollenti vel equali caritate dolorem ſuum eſſe ſatiſfactorium ſcōm quam minus dolor vel minima gutta ſanguis ſuffeciſſet: quia minor pena cum maiori caritate eſt ſatiſfactoria magis:ſed etiam ꝙ ex natura actus eſſet

magis penoſus ſed nō erat poſſibile vt dolor chri ſti in vigore excederet omnes dolores oīm⁹ quos in reſurrectione omnium ammonebit: ſed ſaltem cuiuſlibet per ſe hominis dolorem noluit excedere: vt ex infinitate perſone dolor omnium dolores excederet et ex grauitate doloris in ſe ꝑ ſe quali bet perſona in ſe non minus: ſed plus ſolueret. ¶ Sc̄do qꝛ voluit nos per hoc adſui amorē maxime trahere. Unde quanto quis duriora ꝓ alio quis ſuffert: tāto plus ab eo amari debet vt a nobis maxime amari deberet ſicut maxia dona nobis cōtulit: ita amariſſima ꝓ nobis ꝑtulit. ¶ Tertio qꝛ tantum nos obligare voluit vt null⁹ poſſet equale et reddere ſcd̄m beneficiū humanitatis recreantis: ſicut nec ſcd̄m beneficium diuinitatis creantis. Si autem aliquis martyrum qui duriora omnibus pertulerunt aut ſub altari ſunt/ poſſet dicere ſe maiorem dolorem ꝑtuliſſe: videretur recompenſatum. vnde fides cogit credere ꝙ dolor quem pro nobis ſuſtinuit licet omnes dolores viatorum preteritos/ preſentes/ et futuros/ maximus fuit. nec dolor Job vel Anthonij aut cuiuſcunq; martyris tantus fuit. ¶ Tertio per quem

Tertiū dictum. modum iſte exceſſus poſſibilis fuit. ſi dicim⁹ propter teneritatem ꝛ optimam complexionem corporis cauſatam/ bona fuit ꝙ nūq̄ fuit nec erit ita bonus tactus in homine. ſed non ſufficit: qꝛ licet melioris complexionis homo plus doleat ex leſione pari vel aliquātulum minori: tamen ex grauiori leſione notabiliter plus dolet male complexionatus q̄ ex minori notabiliter bene complexionatus. Uidetur autē ꝙ leſio ignis q̄ eſt vnius ſpeciei quo ad corpora hic et in futuro ſeculo minus notabiliter excedat leſionem clauorum ꝛ flagellorum. vnde multi martyres ex genere pene ignis qua fuerunt aſſati: ꝛ a quibus extracti vel viui excoriati aut ſub vnguibus clauis affixi ꝛ huiuſmodi: viderentur habuiſſe grauiores penas: qꝛ licet nullus fuit ita bone cōplexionis ſicut chriſti grauitas ſupplicij ſuperabat: ꝓpter quod aliq̄ dicunt ꝙ martyres tam dira ꝑpeſſi ſeipſos conſolabantur ſpe futurorum. ꝛ aliqui ſuper carbones ſicut ſuper flores ambulabant: qꝛ cōſideratio premij minuit vim flagelli: ſed iſtud nō ſufficit/ quia multi in tormentis morientes deſperabant: propter quod in chriſto etiam non fuit redundantia ex parte ſuperiori non potuit eſſe tota cauſa exceſſiui doloris. Uidetur igitur ex voluntate dei hoc exceſſus ꝓceſſiſſe: quia pōt deus facere vt ignis non comburat/ et vt taliter comburat puta vincula puerorum et non pueros / et ſimiliter ꝙ minus q̄ natus eſt affligat/ ꝛ pari ratiōe poteſt facere ꝙ illud qđ natū eſt min⁹ affligere plus affligat: qꝛ ſi facit ꝙ ignis affligat ſpiritū quē non eſt natus affligere: multo magis poteſt facere ꝙ plus affligat: illud qđ natus eſt minus affligere. ſi ergo poneremus martyrem eiuſdē vel delicabilis cōplexionis cum chriſto habuiſſe eandem vel grauiorem penam cum chriſto ex genere ſuo: tamen deo volente et faciēte/ in chriſto ex ſimili pena vel minori ſecutus eſt maior dolor q̄ in alijs: qꝛ voluntas dei fuit vt eſſet dolor maximus quem natura ſine morte poſſet ſufferre: ſiue de⁹ hoc fecerit ſiue natura in virtute dei/ circa quem voluit eſſe omnem alium huiuſmodi dolorem ꝓpter cauſas in ſecun

Ad p̄mum da concluſione memoratas. ¶ Ad primum dicē

dum ꝙ pena nō debetur niſi culpe: ſed qñq; penas ſuſtinet qui culpam non ꝯmiſit: inq̄ꝛtum pro eo q̄ peccauit voluntarie ſatiſfacit: ꝛ ſic decuit ꝙ chriſtus qui pro tota natura generis humani ſatiſfacere volebat defectus penales aſſumeret. ¶ Ad principale

ſecundum dicendum ꝙ tota anima chriſti ſecūdū Ad ſcd̄m.

omnes potentias non fuit a principio beata: ſed ſolum ſcd̄m ſuperiorem rationē. ſcd̄m autem rationem inferiorē ꝛ ſcd̄m vires ſenſitiuas permittebatur agere et pati ea que erant eis propria: vt dicit Dam. libro. 3. Cuius ratio eſt vt dictum fuit ſupra/ chriſtus aſſumpſit naturam noſtrā vt in ea nos redimeret. ideo talem aſſumpſit qualē oportuit eſſe ad finem noſtre redemptionis: et quia redemptio noſtra fuit per modum ſatiſfactionis q̄ fit per opera penalia: ideo oportuit ꝙ non tota eſſet glorificata ſed pro parte paſſibilis. ¶ Ad ar

guméū primū alteri⁹ opinionis dicēdū ꝙ chriſt⁹ Ad rōnes in oppōm

debuit aſſimilari fratribus in omnibus illis que bonitatem eius non dedecent et requiruntur ad opus noſtre redemptionis, defectus autē qui derogant perfectioni/ ſcientie/ et gratie/ dignitatē chriſti non decent. defectus etiā particulares vt cecitas ꝛ huiuſmodi non requiruntur ad opus ſatiſfactionis et integritati nature repugnant. propter quod non debuerūt aſſumi. ¶ Ad ſecundū Ad ſcd̄m.

dicendum ꝙ curabile dicitur aliquid dupliciter. Uno modo vt eſt ſubiectū curationis. Alio modo vt terminus. Primo mō dicitur animal curabile vel incurabile. Scd̄o modo morbus, et ſimiliter in ſpiritualibus eſt cum ergo dicit Dam. ꝙ illud quod eſt inaſſumptibile eſt incurabile/ accipit incurabile pro ſubiecto non pro termino: pro morbo vel defectu. Et ideo ratio ſolum cōcludit ꝙ natura que non eſt aſſumptibilis non eſt curabilis non autem defect⁹. vel poteſt dici ꝙ defectus particulares preſupponunt vniuerſales defectus et ideo illis amotis curantur defectus particulares: propter quod ſufficit ꝙ chriſtus vniuerſales defectus nature aſſumeret vt a cōſimilibus nos liberaret vel curaret: et per conſequens ab oīb⁹.

¶ Queſtio ſecunda.

SEcundo queritur vtrū in anima chriſti fuit ſimul dolor et gaudium. ¶ Et videt̄ ꝙ non quia perfecte beatus non po- Primum

teſt in ſe recipere dolorem: qꝛ ſi e non eſſet eque beatus quādo haberet dolorem et quādo non haberet: ſed chriſtus fuit eque beatus. quare ꝛc. ¶ Itē Secundū

Hugo parte. ſ. libro. 3. ca. 6. anima chriſti tantū in ſenſu carnis patiebatur. ¶ Item dolor ꝛ gau- Tertium.

dium ex quo ſunt abſolute ex genere contraria: ex quibuſcunq; cauſis oriantur / ſunt contraria. Exemplum de albo et nigro / que ſunt contraria ex quibuſcunq; cauſis ortum habent ſemper ſunt talia: ſed contraria non poſſunt ſimul eſſe ſecundum ariſtotelem in predicamētis. ꝛ. 10. metaphiſice. et cauſa eſt: quia ad contraria ſequuntur contradictoria: q̄ impoſſibile eſt ſil eſſe. 4. meta. ꝗ. ꝛc. ¶ Et ſi dicatur ꝙ cōtraria ſunt ſimul in motu: quia termin⁹ a quo ſucceſſiue nō expellitur ſimul

⁊ termin⁹ ad quem introducitur ſucceſſiue: quia quod mouetur partim habet de termino a quo: ⁊ partim de termino ad quē. 6. phiſicoꝝ. ¶ Cētra
Quartū cõtraria non ſunt ſimul in ſummo: qꝛ ſic ſunt īpoſſibilia: ſed qñ ſil' ſunt / vnum diminuit alteruꝫ: ſed gaudium fruitionis anime chriſti non minuebatur: quia non fuit decens vt fruitio anime illius diminueretur propter actum meritorium ita acceptum vt ſatiſfaceret pro genere humano.
¶ Item ſicut ſe habent glorioſum ⁊ nõ glorioſuꝫ
Quintuꝫ. ad corpus: ſic dolor ⁊ gaudiū ad aīam: ſed corpus non poteſt ſimul eſſe glorioſum ⁊ nõ glorioſum. ergo nec aīa ſimul habere gaudiū ⁊ dolorē. ¶ Oppoſitum. maior eſt colligantia viriū ſenſitiuaꝝ cū aīa
In oppõꝫ itellectiua ꝙ ſit corporis cum viribus ſenſitiuis. ſed patiente corpore diuiſionē ſtatim eſt ſenſus doloris in ſenſu: q̃re ⁊ in aīa. ¶ Iteꝫ xp̃s ideo aſſū
Secundū pſit noſtros defectus vt nos redimeret. ſed ſic eſt ꝙ peccatū et delectatio cõſummata in adā fuit in ꝓportione ſuperiori: quare ſiliter dolor in xp̃o ſatiſfaciente debuit eſſe in rõne ſuperiori: ſed ibi ē gaudium ergo. ⁊c. ¶ Rñſio. tria ſunt videnda. Pri
Reſpõſio mo ponentur opiniones de ſimultate haruꝫ paſſionum in xp̃o. Scdo ponētur opiniones de imminutione vnius paſſiõis ad alterā. Tertio ponent ſolutiões prime opinionis q̃ implicant quandam ſingularitatē. ¶ Quantū ad primū ſunt tres opi
.1. articul⁹. niones. ¶ Primi dicūt ꝙ xp̃s ſolū ſm animam
Pria opi. ſenſitiuā habuit verū dolorē ⁊ nõ gaudium. ⁊ ſm aīam intellectiuā verū gaudiū ⁊ nõ dolorē. quod ſic oſtendit. dolor non eſt aliud ꝙ paſſio quedam ſiue motus appetitiue virtutis: motus autem appetitiue virtutis ex apprehenſione boni vel mali rationem paſſionis habet. et ſi quidem fit ex apprehenſione boni: tunc non eſt dolor ſed gaudium ſi autem ſit ex apprehenſione mali hoc poteſt eſſe dupliciter: ſcꝫ vel mali preſentis et tunc eſt dolor vel mali futuri: et ſic eſt timor. ¶ Apprehenſio autem duplex eſt. vel ſecundum vires interiores vel ſecūdum vires exteriores. apprehēſio autem que eſt ſecundum vires exteriores maxime illa q̃ eſt ſm tactum eſt illa que eſt formalr in dolore. requiruntur enim ad dolorem duo. vnum tanꝙ materiale veꝫ pena illata ⁊ aliud tanꝙ formale. ſciꝫ perceptio ſm tactum. eſt enim dolor ſenſus diuiſionis: ſicut dicit Auguſtinus. 3. de li. arbi. et Dama. ꝗ. li. Cum igitur xp̃s paſſus fuit ſm loca paſſibiliora maxime vbi viget ſenſus tactus ſicut i manibus ⁊ pedibus: vbi ſunt loca neruoſa: ſequit ꝙ chriſtus maxime doluit ſm aīam ſenſitiuam. et maxime ſm potentiam tactiuā. non tamen patiebatur nec fuit paſſus dolorem ſm partem intellectiuam qꝛ in parte intellectiua fuit plenitudo diuinitatꝭ ⁊ gaudꝗ. talis aūt plenitudo non pmittebat aliquem dolorē ſentire nec habere. ¶ Et confirmatur per ceſariū omelia. 8. vbi dicit quaſi ſiſte ꝙ ſi damnati qui ſunt in inferno haberēt viſioneꝫ diuinitatis nõ ſentirēt aliquē dolorem / ⁊ ꝙ eſſent beati. Hoc idem videtur dicere philoſophus. 4. phiſicoꝝ: ꝙ multum gaudentes tūc non decernimus tempus. Hoc autē licet videatur bñ dictum
Impugnatio. 1. opi. tamen videtur eſſe cõtra Damaſcenū. li. 2. qui dicit ꝙ chriſtus habuit meſtam intelligentiam. Intelligentia autē pertinet ad partem intellectiuaꝫ et diſtinguitur contra ſenſitiuā. quare. ⁊c.
¶ Itē per rõeꝫ arguitur ſic. aut mors xp̄i fuit naturalis / aut violenta. nõ poteſt dici ꝙ fuit naturalis: qꝛ tūc fuiſſet mortu⁹ in eodem inſtanti in quo mortuus fuit / ſi nõ fuiſſet ſibi aliqua paſſio illata qꝺ falſum eſt. ergo oꝫ dicere ꝙ fuit violēta. ſed omne violētum eſt naturaliter cõtriſtans 5 methaphi. quare cū nõ ſolum fuit violēta per comparatiõeꝫ ad animam intellectiuam que violenter fuit ſeparata. ergo per conſequens in anima intellectiua fuit aliqua triſticia. ¶ Secunda opinio eſt: ꝙ a 2. opinio.
nima poteſt conſiderari dupliciter. vno modo in q̃tum eſſentia. Alio modo inq̃tum potentia: aīa inq̃tum natura ⁊ eſſentia habuit veruꝫ dolorem et patiebatur: inq̃tum vero potentia nõ patiebatur / nec habuit verum dolorem. Exemplū ad hoc ponitur de virtute viſiua ſenſitiua que fundat in virtute tactiua / ⁊ poteſt pati a tãgibili ſibi nõ ꝓportionato inq̃tum ſic fundatur in virtute tactiua: ⁊ ſic patitur ſcd̃m naturam / ⁊ poteſt non pati ab obiecto viſibili inq̃tum potentia. ¶ Sed cõ Impugnatio. 2. opi.
tra hoc ſic arguitur ſcd̃m iſtos. Nõ fuit dolor in potētia qꝛ fuit i ea gaudiū: cū igitur tale gaudiū in potētia / non ſtet in potētia quin redūdet in naturā aīe: ſequitur ꝙ in anima vt eſt natura ſit dolor per oppoſitum / et gaudium ꝑ redundantiā: et ſic incidunt in illud qꝺ volunt vitare: ſcꝫ ꝙ in eodem erit dolor ⁊ gaudium. ¶ Item ex hoc ponitur dolor i chriſto: quia per ipſum debuit mereri: ſed nunc eſt ſic ꝙ meritum non eſt in natura vt natura eſt: Imo magis reſpicit potētiam ipſam cum ſit a natura deliberãte / ⁊ deliberatio reſpiciat potentiam: quare ⁊c. ¶ Itē in chriſto fuit virt⁹ cõpaſſionis: ſed nunc ſic eſt ꝙ cū virt⁹ ſit habit⁹ reſpicit potentiam: quare ⁊c. ¶ Item maior eſt colligantia anime vt natura eſt ad ſeipſam vt ratio eſt ſiue vt potētia eſt ꝙ ſit virium ſenſitiuaruꝫ ad ipſam animam vt natura: ſi igitur ꝓpter talē colligantiam facta paſſione in viribus ſenſitiuis patiebatur anima ipſa vt natura eſt ſequitur ꝙ patiente anima vt natura eſt / patiebatur ipſa anima vt potentia ſiue vt ratio ſuperior. ¶ Tertia opi 3. opinio.
nio eſt ꝙ anima poteſt conſiderari vt natura eſt: ⁊ ſic dicunt ꝙ patiebatur: nam ponūt iſti ꝙ anima intellectiua ⁊ ſenſitiua ſunt fundamentaliter eadē res: et ideo ſi ſenſitiua patiebat / vtriqꝫ intellectiua. Scdo modo poteſt conſiderari vt ratio inferior eſt: et ſic dico ꝙ habuit verum dolorem: qꝛ ratio inferior reſpicit obiectuꝫ temporale ex quo inferebatur ſibi pena quam patiebatur: et ideo in parte inferiori habuit verum dolorē. Tertio modo poteſt conſiderari vt ratio ſuperior: et ſic dico ꝙ non potuit dolere: quia portionis ſuperioris ē vt ſuperior eſt tendere in deum. ¶ Ex iſta autem tendentia non potuit habere dolorem aliquem / ſed gaudium: niſi forte dicatur accidentaliter ⁊ ꝑ accidens: quaſi ſcꝫ illud in quo fundabatur ratio ſuperior patiebatur: ſed hoc eſt improprie dictuꝫ quia tunc poſſet dici cum dolor ⁊ gaudium eſſent in eadem anima: ꝙ gaudiū habet dolorem: quod eſt improprie dictum: quia gaudium ⁊ dolor fundantur in eadem anima: vt ſic ſit iſte ordo in chriſto / ꝙ ꝓmo fuit dolor in toto cõpoſito ex corpore et anima ſenſitiua et itellectiua. Scdo in ipſa ſenſitiua. Tertio in ipſa anima intellectiua vt natura q̃dam eſt. Ex parte gaudꝗ fuit ecõuerſo: qꝛ ꝓmo fuit in ratiõe ſuperiori. ſcdo in aīa ipſa vt natura quedam eſt. dolor autem iſte et gaudium in

chriſto bene potuerunt ſimul eſſe:q2 nō habēt cō=
trarietatem adinuicem: nā in cōtrarijs cauſatis
ab alijs ſcðm modum cauſarū accipiēdus eſt mo
dus effectuum. Exemplum/ q2 albū et nigrū ꝑfe
cte cōtrariant̄ ſicut calidū ⁊ frigidū: ſed hoc non
pōt reperiri in ꝓpoſito: q2 cauſa gaudij in xp̄o fuit
eſſentia diuina nude et aperte viſa. cauſa ꝟo doloris
aliqð ſeruit ille tp̄ale qð nō ꝯtrariat̄ eſſentie diue.
¶ Item aliqua ſunt cōtraria/ que ex rationibus
ꝓprijs ⁊ abſolutis habēt cōtrarietatem: vt albū
⁊ nigrum. Alia ſunt cōtraria ſolum ex relatōe ad
alia: ſicut dealbatio ⁊ denigratio dicūtur contra=
ria: q2 ſunt ad contrarios terminos: ſed nūc eſt ſic
in talibus contrarijs/ que ſumūtur ſolum ex rela
tione ad aliud: ꝙ ſi illa in quorū relatione dnt ha
bere cōtrarietatem nō habent/ vel non ſunt cōtra
ria: ꝙ ipſa non ſunt contraria Exemplū. ſi album
⁊ nigrū non eſſent contraria/ dealbatio ⁊ denigra
tio que habēt contrarietatem ſolum ex relatione
ad album ⁊ nigrū non eſſent cōtraria. cum igitur
dolor ⁊ gaudium ſolū habeant contrarietatem ex
relatione ad alia cum ſint mot⁹ quidam et paſſio=
nes que habent contrarietatem ſemper ex relatio
ne ad alia: ⁊ tale gaudium ⁊ dolor in chriſto acci=
piant̄ ex relatione ad alia que inter ſe cōtrarieta=
tem non habēt: ſicut gaudium ex relatione ad eſ=
ſentiā diuinā/ ⁊ dolor ex relatione ad aliquod tē=
porale qð diuine eſſentie non contrariat̄: ideo ⁊c.
¶ Et ideo dicit̄ ꝙ ſicut vnum ⁊ idē ſimul ⁊ ſemel
moueť ad vnā partē ꝑ ſe/ ⁊ ad aliā moueť ꝑ acci=
dens: ſicut patet de hoīe moto in naui contra mo
tū nauis. ſic dicunt ꝙ in xp̄o fuit dolor ꝑ accidēs
inq̄ntū aīa coniungit̄ corpori ⁊ fuit gaudium ꝑ ſe
homo poteñs nõ mori. ❡ Tertio põt cõparari verbum ad naturã humanam xp̃i vt eſt glorificata ⁊ ſicut q̃ntum de ſe fuit erat immortalis et non fuiſſet mors ſequuta niſi per miraculum detẽta fuiſſet gloria/ ne in corpus redundaret: quia anima fruente deo corpus eſt impaſſibile: ſm̃ cõmunes leges dei. ideo in primo: ſecundo. ⁊ tertio inſtanti fuit immortalis: ſed in quarto inſtanti ſcꝫ cũ fuit factum ꝑ miraculum ꝙ beatitudo aĩme in corpꝰ non redundaret: tunc xp̃s habuit corpus paſſibile ab intra et extra ſicut nos modo ⁊ ꝑ ꝯñs neceſſitatem moriendi. Hoc confirmatur ꝑ hoc qd̃ ſupra iductum eſt ſecundo de baptiſmo paruulorũ ꝙ ſi xp̃s non fuiſſet occiſus: fuiſſet tñ ſenio mortuus. ❡ Sed vñ habuit tantã neceſſitatẽ moriendi? Dicendum ꝙ habuit corpus alere ſuper quod anima non habuit plenum dominium ⁊ ideo ptes materie fluxerũt naturaliter: ⁊ fiebat in eo deperditio et tũc oportuit ꝙ ſimpliciter flueret natura ⁊ ꝑ cõſequens tãdem deficeret vel ꝙ fieret reſtauratio ⁊ hoc nõ ſemꝑ potuit vel potuiſſet fieri perfecte niſi anima plenum habuiſſet dominiũ ſuꝑ corpus. ſed quod non habuit plenũ dominiũ cum ſemper fuit beata hoc factũ fuit miraculoſe vt dictum eſt. Et ſi dicatur ꝙ fuit optime cõplexionatus ⁊ melius q̃ adã in ſtatu innocentie. ergo minus habuit neceſſe mori. ❡ Dicẽdũ ꝙ ſuppoſito ꝙ xp̃s habuit talẽ naturã partim glorioſam vel glorificatã ſcꝫ q̃ntum ad animã ⁊ partim non ſcꝫ q̃ntum ad corpꝰ et hoc miraculoſe vt dictuꝫ eſt. ſequitur ꝙ potuit pati paſſione tali que cõtinue mortẽ induceret: qꝛ omne paſſum preſente actiuo ſufficiente neceſſario patitur ſibi dimiſſum. Unde hmõi neceſſitatẽ habuit tam reſpectu intrinſeci actiui q̃ reſpectu extrinſeci ab extrinſeco certum eſt. ❡ Item ab intra lꝫ habuit nobiliſſimam complexionem potuit corrumpi et propter alimenti impuritatem ⁊ propter vegetatiue debilitatem. Probatio primi eſt qꝛ nutritio q̃ fit ꝑ alimẽtũ eſt q̃dam gñatio: ſꝫ ex alimento ipurio it gñat̃ caro ipurior. ❡ Jlẽ q̃ntũ cũq; alimentum ſit purum: tamẽ ex eo generatur caro minus pura q̃ fuit prima. ⁊ per conſequens minus poteſt ſe ſeruare in toto et citius defluit a toto q̃ prima caro ſcꝫ primo animata et ſic tandẽ defeciſſet ſenio. ❡ Item ſecũda cauſa confirmat primam: ſcꝫ propter defectum vegetatiue qꝛ omne agens phiſicum patitur agẽdo maxime ſibi derelictum. 3. phiſicoꝝ. virtus autem vegetatiua et corpus in quod egit erant ſibi derelicta in quarto inſtãti vt ſupra dictũ ẽ. ꝙ̃ patiebat̃: paſſio aũt abijcit a ſubſtãtia vt dr̃. 6. thopicoꝝ. ergo tãdẽ fuiſſet ita debilitata ꝙ nichil potuiſſet cõuertere et ꝑ cõſequens defeciſſet corpus eius. ❡ Sed videtur dubium vtrum aliqua pars corporis eius potuit fluere? Uidetur eñ ꝙ non niſi ꝑ miraculuꝫ nouũ quia ſm̃ Damaſ. lib. 3. qd̃ xp̃s ſemel aſſũpſit nũq̃ depoſuit. cum ergo totum corpus ⁊ ſingule partes ſint verbo vnite videtur ꝙ nulla poteſt fluere ❡ Item ſi aliqua pars fluxit oportuit fieri reſtaurationem ſed hec non poteſt fieri ſine nouo miraculo. quia pars adueniens priꝰ fuit non vnita verbo et poſt vnitur ⁊ non potuit fieri ſine nouo miraculo et per dei omnipotentiam et ſic ſi fiebat cõtinue deperditio et reſtauratio ſequitur ꝙ fiebat nouorum miraculorum continuatio qd̃ videt̃ inconueniens. non ergo potuit fieri deperditio.

Dubium.

Solutio ¶ Dicendū ꝙ neceſſe fuit aliquas partes de cor
pore xp̄i fluere. Cuiꝰ ratio eſt: q2 ibi fuit actiuū ap
proximatum paſſiuo nec fuerunt impedimenta vt
dictū eſt: q2 hoc fuit naturale ſicut in noſtris cor
poribus: ⁊ q2 fiebat deperditio neceſſe fuit aliq̄s
partes reſtaurari vel totū̄ fluere: ⁊ ideo ſicut na
3.opinio turalis erat deperditio: ita et reſtauratio. ¶ Ter
tia opinio procedit ſic. Illud quod vocatur corru
ptio in omnibꝰ generaliter vocatur mors in viuē
tibus. Illud ergo quod eſt cauſa corruptionis in
omnibus generaliter eſt cauſa mortis in viuētibꝰ
ſpecialiter dicitur cōiter ſic ꝙ neceſſitas morien
di in hominibꝰ eſt a natura tāq̄ a cauſa p ſe. a pec
cato autem tanq̄ a remouente prohibens. ¶ Pri
mum probatur ſic. Omne cōpoſitum ex contrari
is quorū vnum eſt natum agere in aliud eſt de na
tura ſua corruptibile: ſed corpus humanū ⁊ omne
corpus mixtum eſt hmōi: q2 mixtum eſt ex elemē
tis que nata ſunt mutuo ſe corrūpere. ergo corpꝰ hu
manum ⁊ omne corpus mixtum eſt de natura ſua
corruptibile. ¶ Secundū declaratur: q2 p donū
originalis iuſticie collate primis parētibus prohi
bebatur naturalis corruptio in corpore: ſ3 illud do
Durā.diſ. numꝰ ablatum eſt per peccatū ergo a peccō tanq̄ a re
pūti.q.ſ. mouēte prohibens eſt mors et corruptio. ¶ Horū
autem duorum ſecundū conceditur ab oībus: ſ3 pri
mum habet calūniā propter duo. Primū eſt: quia
idem eſt cauſa corruptionis in omnibus ⁊ mortis
in viuentibus: quia cōmunis effectus habet com
munem cauſam: ſed eſſe cōpoſitū ex elemento nō
eſt cauſa corruptionis in oībus: q2 elementa ſunt
corruptibilia: que tñ non ex elementis ſunt mixta
ergo eſſe mixtum ex elementis non eſt per ſe cau
ſa mortis in viuentibus. ¶ Item poſſe corrumpi
et mori eſt per ſolam potentiam paſſiuā ſicut poſ
ſe corrumpere vel mortem inferre per ſolam potē
tiam actiuam ergo ad hoc ꝙ aliquid ſit per natu
ram corruptibile non requiritur ꝙ habeat in ſe di
uerſa quorū vnū agat in aliud: ſed ſufficit ꝙ habeat
in ſe principium paſſiuū quo poteſt pati ab extri
ſeco corrumpente. ¶ Item qualiter poteſt vnum
elementū in mixto agere in aliud non patet. ſ3 q2
de hoc dictum eſt plenius. li.ii.di.xxx. ideo de hoc
ſuperſedeatur ad preſens. Eſt dicendū ergo ꝙ cauſa
per ſe corruptibilitatis in oībus eſt habere mate
riam que poſſit ſubijci contrarietati potentiarū
du. vbi. ſ. qualitatum vt ibidem fuit declaratum. ¶ Quā
tum ad ſecundum ſciendū ꝙ triplex eſt neceſſitas
vna naturalis que conſequitur principia naturalia ſi
cut neceſſe eſt leue non prohibitum ferri ſurſum.
Alia eſt neceſſitas coactionis que fit ab agēte ex
trinſeco contra inclinationem nature vel volun
tatis et tale neceſſarium oppoſitum naturali ⁊ vo
luntario cum tam natura q̄ voluntas ſint princi
pia intrinſeca. alia eſt neceſſitas ſuppoſitionis q̄
ſumitur ex fine: ſicut eſt neceſſe ſerram eſſe ferreā
ſi debeat ſecare dura. ¶ Si ergo loquamur de
neceſſitate naturali ſic i xp̄o fuit neceſſitas mori
endi: quia habuit naturam ſuſceptiuam cōtrarie
tatis primarum qualitatum. ad quarum alterati
onem de neceſſitate ſequitur mors et corruptio.
Unde dato ꝙ xp̄s non fuiſſet occiſus violenter:
ſm tactum: tñ defeciſſet ſenio/ſicut ceteri hoies.
Si autem loquamur de neceſſitate coactionis ſic
adhuc neceſſitas moriendi fuit in xp̄o: ſm qꝺ ne
ceſſarium inclinationi naturali repugnat: q2 cor
pus chriſti ſm conditionē nature ſue proprie ſubia
cuit violentie ſeu coactioni claui perforātis ⁊ fla
gelli percutientis et cuiuſcunq̄ alterius mortē
inferētis. ¶ Secūdū vero ꝙ talis neceſſitas co
actionis repugnat voluntati non fuit in xp̄o ne
ceſſitas moriendi quo ad voluntatē diuinam: nec
quo ad voluntatē humanā deliberatiuā que ſem
per fuit conformis voluntati diuine. Hac eñ du
plici voluntate voluit xp̄s mori: ſed quo ad volū
tatem naturalē fuit in xp̄o talis neceſſitas q2 vo
luntas naturalis refugit mortē ⁊ corporis nocu
menta. ¶ Si autē loquamur de neceſſitate ſuppo
ſitionis que ſumitur ex fine ſic clarum eſt ꝙ i xp̄o
fuit neceſſitas moriendi cū ſm diuinā ordinatio
nem mors xp̄i ordinaretur ad redēptionē humani
generis ſicut ad finem: propter qꝺ oportebat xp̄m
mori ſi humanum genus debebat redimi: ⁊ ſic pa
tet ꝙ in xp̄o fuit neceſſitas moriendi. ¶ Utrū au
tem aliqua dictarū neceſſitatū ſubiaceret volūta
ti humane: dicitur cōiter ⁊ bene ꝙ non: quia ſicut
fuit dictum prius opera ſuper naturam demon
ſtrabant in xp̄o naturam diuinā non humanā. ꝙ
aūt corruptibile ſm naturā nunq̄ corrumpatur
aut ꝙ debilius non violentetur a fortiori ſup na
turam eſt: ⁊ ideo xp̄s ſi voluiſſet voluntate diuīa
potuiſſet prohibere ꝙ corpus ſuū quod erat cor
ruptibile nunq̄ corrumperetur per naturā nec af
ſi geretur per alterius violentiam: ſed ad hoc nō
potuit ſe extendere voluntas ſua humana. ¶ De
tertia autem neceſſitate que erat ex ſuppoſitione
finis a deo pſcitī clarum eſt ꝙ non ſuberat huma
ne voluntati. ¶ Quarta opinio habet quattuor
conclusiones. ¶ Prima eſt vnū ineſt nobis hec ne 4. opinio
ceſſitas. ¶ Secundo qualis fuit in xp̄o. ¶ Ter
tio cui voluntati fuit ſubiecta. ¶ Quarto an xp̄s
fuiſſet naturaliter mortuus ſi pena nulla fuiſſet
ſibi illata. ¶ De primo pter illud quod dictū eſt
in ſecundo cōmunis opinio eſt ꝙ ex natura per ſe
q eſt cōpoſita ex contrariis et ex culpa p accidēs
q̄ amouit originalem iuſticiam ineſt nobis neceſſi
tas moriendi ¶ Ad duo contraria proxime opi.
¶ Dicendū ad primū ꝙ in oībus corporibus eſt Rñſio ad
vna cauſa remota cōis corruptionis ſed qñ i ſpe duas obie
cialibꝰ corruptibilibꝰ cū illa cōi q̄ eſt pꝛuatio ma ctiōes du
terie non poſſit eſſe ſpecialis cauſa nō videt ſicut rādi cōtra
cauſa viuendi cōis eſt aīa vegetatiua preter quā 3. opionē
in ſpecialibus viuentibus eſt ſpecialis alia ratio.
¶ Ad ſecundū dicendū ꝙ alterū eſt iſti p alterā:
ſed vtramq̄ ſimul p vtrāq̄. ſicut mouere eſt a po
tentia actiua q̄ eſt principiū tranſmutandi aliud:
ſed moueri eſt a potētia paſſiua/ q̄ eſt principium
tranſmutādi ab alio: ſed aīa tñ mouens ſeipſum
h3 vtrāq̄ potētiā: ita ⁊ elemēta q̄ ſolū corrūpunt
ab exteriori habēt in ſeipſis ſolā potētiā paſſiuā
ſue corruptiōis: ſ3 mixta ⁊ ſpecialiter viuētia cor
rumpuntur ab interiori alis non fieret deperditio
ab interiori fruſtra fieret nutrimentū et reſtaura
tio ab exteriori. et ſic eſt in eis vtraq̄ potentia: q2
elementa manent in eis virtute. Unde cum vnum
elementum corrumpatur ab alio quando ſunt ſe
parata per conſequens illud in quo ſūt mixta cor
rumpuntur a ſeipſo. ¶ Secundo oſtendendū ꝙ 2. 9cluſio
in humanitate xp̄i fuit neceſſitas moriēdi quo ad
corpus ⁊ patiendi quo ad animam. patet: q2 ⁊ ne
ceſſitas nature ſicut in nobis et violentie et finis
ſed non fuit in xp̄o neceſſitas agendi pricipaliter

nam ſuppoſitum xp̃i neceſſitari non poteſt: ſed ſo⸗
lum humanitas. principalitas autem agendi oĩꝫ
actionẽ nature opꝫ eſſe penes ſuppoſitũ quod ha⸗
bet eſſe perfectum: q2 agere eſt perfecti ⁊ pͥcipali
ter agere ſubſiſtentis. ſed pati eſt imp̃fecti et ma⸗
gis imp̃fecti magis pati ⁊ minus. minus ſicut ma
teria prima eſt ſubiectum paſſionis q̃ eſt generari
ens actu ſimpliciter magis perfectuꝫ non niſi paſ
ſionis ſm̃ quod ideo pͥcipalitas paſſionis realiť
in xp̃o erat nature. non ſuppoſiti: qđ in ſe paſſiuuꝫ
eſſe non poteſt: ſed verum eſt ꝙ a paſſione nature
denoiať ſuppoſitum lꝫ nullo modo paſſuꝫ: niſi q2
paſſi ſuſtentatiuũ ſicut a criſpitudie capitꝭ denoia
tur hõ criſpꝰ qui extra caput nullã oĩno hꝫ criſpi⸗
tudinem. ¶ Tertio ꝙ neceſſitas patiendi et mo⸗
3. ꝯcluſio. riendi ſuberat voluntati xp̃i diuine non hũane. de
diuina nullus ambigit: q2 a morte omne mortale
abſolute poteſt preſeruare. de humana probabile
eſt ꝙ non poterat dei ordinationẽ vel curſum na⸗
ture impedire ꝙ nec angelus poteſt ſed de neceſſi⸗
tate violentie cui angelus poteſt reſiſtere cũ inclu
dat motum localem. Poteſt eñ angelus q̃. 35. mi
lia interfecit et ſubuertit ſodomã manus ⁊ gladi
os impedire paucoꝝ hominum. vnde cũ data ſit
a principio aĩe xp̃i oĩa poteſtas creature lꝫ decla⸗
ratio in reſurrectione videtur ꝙ ꝑ illã virtutẽ ſu⸗
pernaturalem ⁊ nõ ſolum ꝑ diuinã emẽtium ⁊ vẽ⸗
dentium cathedras euertit ⁊ proſtrauit ſe capere
volens ꝑ quam etiam potuit reſiſtere crucifixo⸗
ribus magis q̃ ſãpſon eũ habuit omnem gratiã
gratis datam. vnde ſi oĩa vincula fortiſſima ſãpſõ
rupit et mille viros ĩ mãdibula aſini interfecit to
tum per gratiam gratis datã aut xp̃s non habuit
omnem gratiam gratis datã: aut habuit fortitu⸗
Quarta dinem tantam. ¶ Quarta concluſio eſt ꝙ xp̃s ſi⸗
bi derelictus fuiſſet naturaliter mortuus etiã nul
la pena ſibi illata qđ ꝓbant aliqui. ¶ Primo ſic.
Omne corpus ſm̃ ſe corruptibile poteſt deficere
corpus xp̃i fuit naturaliter corruptibile. ergo ⁊c.
¶ Item ſecũdo. Omne qđ naturaliter incipit na
turaliter deſinit p̃io celi ⁊ mundi: ſed corpus xp̃i
naturaliter incepit ꝑ generationem. ergo natura
liter defuiſſet ꝑ corruptionem. ¶ Item tertio ſic
quãdocũqꝫ aliqua paſſio ieſt multis oportet ꝙ in
ſit ꝑ aliquam cauſam cõem. cũ igitur mori ⁊ cor⸗
rumpi naturaliter inſit homini ⁊ aliquibus brutꝭ
oportet ꝙ hoc inſit per aliquam cauſam cõmuneꝫ
cauſa autem iſta cõis non poteſt eſſe culpa: q2 cul
pa nõ inuenitur in brutis quare opꝫ ꝙ ſit aliq̃ alia
cauſa: ſed hec non videť eſſe alia niſi q2 omne cor
pus cõpoſitũ ex contrarijs eſt naturaliter corru⸗
Obijcitur ptibile. ergo ⁊c. ¶ Sed cõtra hoc arguũt idem ⁊ ſol
ꝯtra iſta uũt primo ſic: q2 omnis corruptio in cõpoſito ali⸗
Primo quo vel eſt ex parte materie vel ex parte forme vł
ex parte diſpoſitionis. in propoſito aũt dici nõ po
terit ꝙ ſit ex ꝑte forme corruptio: q2 forma q̃uiꝫ
eſt ex ſe ſemꝑ nata eſt eſſe: nec ex ꝑte materie quia
ipſa eſt incorruptibilis ex primo phiſi. ĩ fine. nec
ex parte diſpoſitionis: q2 diſpoſitio debet habere
ꝓportionem ad diſpoſitionẽ ſcꝫ ad materiã ⁊ for
mam. materia autẽ et forma ſunt de ſe incorrupti
Scđo. biles. ergo ⁊c. ¶ Itẽ Ro. v. Per peccatum intrauit
mors. ⁊ Auguſ. lib. retrac. i. cap. 12. ſi nullus delin
queret nullus moreretur. ⁊ de ciuitate dei. lib. xiij.
cap. iij. ⁊ iiij. ⁊ de trini. ca. xxvj. Ex quibus oĩbus
ſumitur hec ꝓpoſitio ꝙ vbi nullũ eſt pctm̃ ibi non
debet eſſe mors. In xp̃o autem non fuit peccatum
prime petri ſecundo. Peccatum nõ fecit ergo nec
mors. ¶ Itẽ corruptio eſt in mixto ꝓpter domi⸗ Tertio
nium vnius elementi ſup aliud: ſed in xp̃o nõ fuit
tale dominium cũ in eo fuit ſumma equalitas et
ſumma proportio elementorum: quare ⁊c. ¶ Itẽ Quarto
xp̃s ſumpſit alimentum ꝓpter reſtaurationẽ deꝑ
diti. ergo cũ in xp̃o potuit eẽ tãta reſtauratio deꝑditi
q̃ta fuiſſet: ſi non fuiſſet ipſa deꝑditio xp̃s nunq̃
defeciſſet: ⁊ ꝑ ꝯſequens in eternũ vixiſſet ¶ Iteꝫ Quinto
illud eſt impoſſibile ex quo ſequitur impoſſibile:
ſed ſi aliquis homo in puris naturalibus exiſtẽs
moreretur ſequeretur ꝙ aĩa eius non eſſet in gau
dio paradiſi: q2 non habuit charitatẽ nec in pena
q2 nullã habuit culpam ꝑ poſitum: ſed conſequẽs
eſt impoſſibile: q2 oĩs aĩa ſeparata vel eſt in gau⸗
dio vel in pena: quare et illud. ex quo ſequiť ſcꝫ ꝙ
homo talis moreretur. ergo xp̃s ſibi derelictꝰ nõ fu
iſſet mortuus. ¶ Ad iſta reſpõdẽt ipſi. ¶ Ad pri Rñſio ad
mum dicendũ ꝙ corruptio põt eſſe ex parte forme obiecta
corporalis in xp̃o inq̃tum talis forma fuit tẽpa⸗ Ad primuꝫ
lis ⁊ ꝑyodalis in xp̃o. ⁊ ꝑ ꝯñs habuit certã dura⸗
tionem ex quo determinať certa ꝑyodo. ſimiliter po
tuit eſſe ex parte materie: q2 lꝫ ſm̃ ſuam eſſentiam
ſit incorruptibilis: tñ inq̃tum eſt in potentia ad
multas formas ⁊ ꝑ ꝯñs habet pꝛiuationẽ admix
tam ꝑ quã appetit eſſe ſub alia forma: q̃ cauſa eſt
corruptionis ſimiliter potuit fuiſſe ex parte diſpoſi⸗
tionum q2 lꝫ diſpoſitiones in principio fuerint ꝓ⸗
portionate materie ⁊ forme: tamen ꝑ actionẽ intri⸗
ſecam vnius membri in aliud ⁊ actionẽ cõtinẽtis
ab extra in corpus xp̃i diſpoſitiones tales fuiſſẽt
improportionate: ⁊ ꝑ ꝯñs diſcordãtes: eſſe ex ꝑte
diſpoſitiõis potuiſſet fuiſſe via ad corruptionem
ſicut dictum eſt. ¶ Ad oĩs auctoritates ſanctoꝝ Ad ſcđm
dicendũ ꝙ loquũtur de natura inſtituta. Primo
ſub iuſticia originali prohibente hominem a cor⸗
ruptione quequidem fuit: q2 non fuit ablata niſi
ꝑ peccatum: ideo ſancti dicunt ꝙ cauſa mortis eſt
peccatum. Et cum dicať ꝙ pena nõ debet eſſe niſi
vbi culpa eſt. Dicendum ꝙ ſicut in ſtatu innocen⸗
tie fuit deperditio aliqualis ꝑtialis ⁊ tamen non
fuit pena: ſed defectus ſiue conditio nature: ſic
ſi xp̃s fuiſſet mortuꝰ naturaliter talis mors ſiue
corruptio totalis non fuiſſet pena ſed cõditio na⸗
ture ſiue defectus nec plus fuiſſet pena q̃ẽ mors
alicuius bruti q̃ certũ eſt ꝙ nõ dicimus penã eſſe
ſm̃ defectum nature ¶ Hoc ꝯfirmatur per mgr̃ꝫ
ſenten. ſecundo libro. diſtinct. 14. ⁊ libro. 3. diſ. 15.
vbi loquitur de defectibus q̃ mõ ſunt penales: et
dicit ꝙ ſi tales fuiſſent in natura iſtituta ante pec
catuꝫ nõ fuiſſent penales. ¶ Ad aliud dicendum Ad tertiũ
negando ꝙ in chriſto non fuit ſumma equalitas
quin aliqđ elementum ꝑdominaretur. nam vita
magis conſiſtit in calido q̃ in frigido et calido ⁊
humido q̃ frigido ⁊ ſicco quare cum xp̃i corpꝰ fue
rit viuũ oportuit ꝙ dominareť aliquod elemẽtuꝫ.
¶ Similiter ad hoc idẽ eſt alia ratio q2 potẽtie
ſenſitiue vtuntur organis diuerſis q̃ non requi⸗
runt ꝓportionẽ mixtionis eandẽ cũ potentie ta⸗
les ſint alterius et alterius rationis: ⁊ ideo opor
tuit ꝙ in vno organo dñareť ignis et in alio aqua
et ſic de ceteris. ¶ Et cũ dicitur ꝙ xp̃s habuit ſũ
mam equalitatem. Dicendum ꝙ habuit ſummaꝫ
equalitateꝫ quã patitur natura corporis debẽtis
recipere vitam ab aĩa ⁊ non habuit equalitatem

ſimpliciter. Uel dicendum. Suppoſito ꝙ habuit
equalitatem ꝙ adhuc potuiſſet corrũpi: ⁊ põt cau
ſa corruptionis aſſignari triplex. ❡ Una ſcʒ per
corpus continẽs ſiue ꝑ corpus adiacẽs. quodqui
dem ꝑ aliquã ſui qualitatẽ. puta caliditatẽ et fri=
giditatem potuiſſet facere in corpore inequalita=
tem qꝺ prius ſm ſe habuit equalitatẽ. ❡ Alia cã
eſt ꝑ hoc qꝺ ſm phm̃. 2. de generatione. Queliber
res naturalis hʒ ꝓpriam ꝑyoduʒ ſm quã durabit
ita ꝙ ꝑ virtutẽ ſuam nõ poterit plus durare. Exẽ
plum. Si duo hoĩes equaliter fortes traherent
aliquid ita ꝙ vnus non preualeret ſuꝑ aliũ tandẽ
deficerẽt in ſe ꝓpter limitatã virtutẽ quam habẽt
eodem modo dico in ꝓpoſito ꝙ q̃tumcũqꝫ elemẽ
ta in mixto haberent ſummam equalitatem: ita ꝙ
vnum non ꝑualet ſuꝑ aliud tñ ꝙ illud mixtum ha
beret virtutẽ finitam ⁊ certam durationẽ tandem
deficeret. Et confirmat̃ ꝑ commentatorẽ. ij. celi ⁊
mundi. dicẽtẽ ꝙ ignis duobus modis corrũpitur
Uno modo per contrariũ. Alio modo ꝑ defectuʒ
materie. Eodẽ modo dico i ꝓpoſito ꝙ tale mixtũ
lʒ non deficeret ꝓpter aliquam contrarietatẽ intri
ſecam: tamen deficeret ꝓpter defectum virtutis.
❡ Tertia ratio ſiue cauſa ſumitur ꝑ illud qꝺ di=
cit phũs. ij. celi ⁊ mũdi. ⁊ cõmẽtator eodẽ commẽ
to. 35. aſſignans cauſam corruptionis aialium. di
cit ei ꝙ mixtum corrũpitur ⁊ ꝓpter cõtrariũ qꝺ
habet: et etiã ꝓpter hoc ꝙ elementa exiſtentia in
mixto habẽt quãdã tendentiam ad loca ꝓpria cũ
nõ ſint in locis ꝓpriis ex natura in mixto ſolo ele
mento terre excepto: ⁊ ideo ex tali tendẽtia ad lo
ca ꝓpria ⁊ ꝑ ꝯñs ad diſſolutioneʒ mixti ſequitur
quedam mollificatio i forma mixti et vltra ꝑ ꝯñs
virtus forme mixti recipientis mollificationẽ de
bilitatur: ⁊ talis debilitatio eſt cauſa corruptõis
Cum igitur iſta eadẽ ratio ſumi poſſit ponẽdo eti
am ꝙ corpus xp̃i habuit ſummã equalitatẽ ſequi
tur ꝙ corpus xp̃i fuiſſet aliquando corruptuʒ na
Ad q̃rtuʒ turaliter. ❡ Ad aliud de alimẽto dicẽdum ꝙ pro
pter duo requiritur ſcʒ vt propter alimentũ aia=
lia generata ſub quantitate imꝑfecta ꝑ alimẽtum
acquirant quantitatẽ ꝑfectam ⁊ ſibi debitam ⁊ vt
ꝑ alimẽtũ fiat reſtauratio deꝑditi ⁊ tunc vltra ad
argumẽtum quare ex quo poſſet ſemꝑ fieri reſtau
ratio deꝑditi non poſſet fieri ineternũ cõtinuatio
Dicendũ ꝙ in oĩbus vbi eſt naturalis generatio
et corruptio ſm naturalẽ deſcẽſum ⁊ aſcẽſum ſem
per virtus prioris manet. exemplum. qꝛ acetũ na=
turaliter ex vino deſcẽdit manet in aceto quodã=
modo virtus vini ſimiliter: qꝛ ex elementis fit ꝑ
naturalẽ aſcenſum ipſum mixtũ virtus elemẽtoꝝ
reſeruatur ⁊ manet in forma mixti. Cũ igitur ali=
mentum conuerſum in rem alendã in pꝛĩcipio ha
buit contrarietatẽ ad rem alendã ⁊ in principio ẽ
diſſimile ⁊ in fine ſimile ſm phm̃. ij. de aĩa manet i
corpore hoĩs quaſi ſm virtutẽ contrariã quã prio
habuit ad ipſam rem alendã ⁊ propter iſtã manen
tiam contrahit ipm̃ humiduʒ radicale vbi ſaluat̃
et radicatur virtus caloris naturalis quandam
impuritatem ⁊ fit magis impurum ⁊ ſemꝑ q̃tuʒ
plus conuertit̃ de nutrimento tanto fit maior im
puritas donec in fine fiat tanta ꝙ non plus poſſit
conuertere vt ſic verificetur verbũ Ariſtotelis ⁊
exemplum de vino ⁊ aqua primo de generatione.
Ad q̃ntuʒ ❡ Ad aliud dicitur ꝙ ſi deus faceret hominem i
puris naturalibus ſm alium ſtatum faceret ſibi

aliud habitaculuʒ. Unde ſicut argumentũ ponit
nouũ ſtatũ in antecedente: ſic rñſio ponit habita=
culum nouũ in ꝯſequente. ❡ Uel poteſt dici ꝙ ta
lis aĩa eſſet in celo nec tñ haberet gaudiũ ad hoc
ſuꝑnaturale nec videret diuinã eſſentiã cũ ponat̃
ſine aliquo dono ſuꝑnaturali. ❡ Ad argumenta Ad rõẽs
principalia rñdẽt illi de tertia opinione ſic. ❡ Ad aũ oppõm
primũ dicũt ꝙ mors xp̃i fuit volũtaria volũtate du. vbi. ſ.
diuina: ⁊ volũtate humana deliberatiua: ⁊ ſic itel
ligenda eſt auctoritas yſa. ⁊ damaſ. Uolũtate au
tem naturali nõ fuit volũtaria ſʒ potius coacta. ⁊
ꝓpter hoc fuit neceſſaria neceſſitate naturali ⁊ ne
ceſſitate ſuppoſitionis q̃ põt ſtare cũ voluntario.
❡ Ad ſecundũ dicẽdum cũ illud qꝺ eſt mere ne= Ad ſcõm
ceſſarium neceſſitate naturali vel neceſſitate co=
actionis nõ poteſt eſſe meritoriũ. mors aũt xp̃i nõ
fuit talis qn potius fuit acceptata voluntate xp̃i
deliberatiua rõne cuiꝰ fuit meritoria. ❡ Ad ter= Ad tertiũ
tium dicẽdũ ꝙ neceſſitas moriẽdi eſt a peccato ſi=
cut a cauſa remouente ꝓhibẽs ſed a conditiõe na
ture ſicut a cauſa ꝑ ſe primo modo non fuit neceſ=
ſitas moriendi in xp̃o: ſed in ſecundo modo.

❡ Queſtio ſecunda.

S Ecũdo q̃rit̃ de claritate trãſ= Q̃o ſcda.
figurationis xp̃i. Utrum fuit Primũ
glorioſa? Et videt̃ ꝙ nõ: qꝛ cla
ritas glorioſa nõ põt videri ab
oculo nõ glorificato: eo ꝙ iter
obiectũ ⁊ potentiã oportet eſſe
ꝓportionẽ q̃ nõ eſt inter clari=
tatẽ glorioſam et oculũ nõ glo
rificatũ: ſed oculi apoſtoloꝝ
qui nõ erant glorificati viderũt claritatẽ tranſfi=
gurationis. ergo illa claritas nõ fuit glorioſa.
❡ Itẽ claritas glorioſa nõ poteſt eſſe niſi in cor= Secundũ
pore humano: qꝛ ſola natura humana quo ad cor
pus glorificat̃: ſed claritas xp̃i in tranſfiguratiõe
non fuit ſolũ in corpore xp̃i: ſed etiã i veſtimẽtis
et in nube lucida. vt habet̃ Math. xvij. ergo illa
claritas nõ fuit glorioſa. ❡ In cõtrariũ eſt quod
dicit gloſa ſuꝑ illud Math. xvij. Tranſfiguratus In oppõʒ
eſt ante eos ſm Ieronymũ. ꝙ qualis futurꝰ erat tẽpe
iudicij talis apparuit apoſtolis: ſed tpe iudicij ha
bebit claritatẽ glorioſam. ergo ⁊c. ❡ Rñſio. tria ſũt
videnda. ❡ Primũ de claritate illa. ❡ Secũdũ Rñſio
de viſione tranſfigurationis: an fuit intellectiua i. articulꝰ.
vel ſenſitiua. ❡ Tertiũ vtrũ moyſes ⁊ helyas ibi
viſi fuerint. ❡ Quãtũ ad primũ ſũt duo modi di
cẽdi. ❡ Primꝰ ꝓmittit tria vidẽda. ❡ Primũ eſt Durã. q. ſ
qualiter differat claritas glorioſa a naturali ſeu huiꝰ diſti.
nõ glorioſa. ❡ Secundũ eſt an glorioſa fuit cla=
ritas tranſfigurationis. ❡ Tertiũ eſt an rõne il=
lius claritatꝫ xp̃s conuenienter dicat̃ fuiſſe tranſ
figuratus. ❡ Quãtũ ad primũ dicendũ eſt ꝙ cla=
ritas glorioſa nõ differt ſm ſpeciẽ a claritate na=
turali: ſed ſolum ſm cauſã. quod patet tripliciter
❡ Primo ꝑ hoc qꝺ dr̃ Mat. xiij. Fulgebunt iuſti
ſicut ſol in regno patris eoꝝ: ſed ſimilitudo nõ eſt
differẽtium ſm ſpeciẽ. ergo cũ claritas glorioſa dica
tur futura ſimilis claritati ſolis q̃ eſt naturalis opʒ
ꝙ ſit eiuſdẽ ſpeciei cũ illa. ❡ Secundo qꝛ ſi clari
tas glorioſa eſſet alteriꝰ ſpeciei vel rõnis a clari=
tate naturali nichil notificaret̃ nobis de beatitu=
dine corporis ꝑ hoc qꝺ dicit corpora glorioſa fu=
tura eſſe lucida cum ſola claritas naturalis ſit no
bis nota: ſicut qui dicit canẽ eſſe in celo nichil no=

tiſicat ei qui non nouit niſi canẽ q̄ eſt alal hoc au-
tem eſt inconueniẽs ꝙ illa claritas non eſt alteri⁹
rõnis a claritate naturali. ¶ Tertio qꝛ ſicut ſe hꝫ
viſus ad viſum: ſic claritas ad claritatẽ vt enim ſe
habet potentia ad potentiã: ſic obiectum ad obie
ctum: ſed viſus corporis glorificati ꝛ viſus corpo
ris non glorificati eſt eiuſdem rõnis. ꝙ ꝛ claritas
huius corporis ꝛ illius. Differũt tñ quo ad cau-
ſam: qꝛ claritas naturalis cõſequitur pncipia cõ
ſtituentia corpus lucens. Claritas autẽ glorioſa
erit in corpore glorificato nõ a principiis cõſtitu-
entibus ipm̄ ſed a redũdãtia glorie aie in corp⁹:
vt quibuſdã placet vel poti⁹ a diuina virtute ꝛ ſic
patet primũ. ¶ Quantũ ad ſcđm dicẽdũ eſt ꝙ
claritas trãſfigurationis fuit claritas glorioſa ꝙ
ad eſſentiã et ſuam cauſam: nõ autẽ quo ad modũ
eſſendi. ¶ Primũ patet tripliciter. ¶ Primo qꝛ
ſicut ſtatim ꝓbatum eſt glorioſa claritas differt
a claritate naturali ſolũ quo ad cauſam: ſed clari
tas tranſfigurationis fuit ab eadẽ cauſa a qua erit
claritas glorioſa ſcꝫ a diuina virtute eã ſupindu-
cente. ꝙ claritas trãſfigurationis fuit claritas glo
rioſa quo ad eſſentiã et cauſam. ¶ Secundo: qꝛ
claritas non glorioſa non oſtẽdit gloriaꝫ reſurre-
ctionis: ſed tranſfiguratio facta fuit ad oſtẽdẽdũ
diſcipulis gloriam reſurrectionis ſm ꝙ xp̄s dicit
Math. xvi. in fine ca. Sunt de hic ſtantibus q̄ nõ
guſtabũt mortẽ donec videãt filium hois veniẽ-
tem in regno ſuo. ergo illa claritas fuit glorioſa.
¶ Tertio: qꝛ ſup illud phil i. iij. Reformabit cor-
pus humilitatis noſtre configuratũ corpori clari
tatis ſue. dicit glo. Aſſimilabimur claritati quaꝫ
habuit xp̄s in tranſfiguratione: ſed conſtat ꝙ aſſi
milabimur ei i claritate glorioſa. ergo trãſfigura
tionis claritas fuit glorioſa quo ad eſſentiã ꝛ cau
ſam. Non tamen fuit glorioſa quo ad modũ eſſen
di. Cuius ratio eſt: qꝛ claritas glorioſa erit in cor
poribus glorificatis ꝑ modũ habitus ꝑmanẽtis.
Claritas autẽ tranſfigurationis fuit ꝑ modũ q̄ſi
paſſionis tranſeuntis. ergo quo ad modum eſſen
di illa claritas nõ fuit glorioſa: ꝛ ſimile eſt de hac
claritate reſpectu claritatꝭ glorioſe ſicut de viſio
ne diuine eſſentie i raptu pauli et de viſiõe eiuſdẽ
a beatis. Illa eñ fuit ꝑ modum paſſionis tranſ-
euntis. Viſio autẽ beatorũ eſt ꝑ modum habitus
ꝑmanentis. et ſiliter fuit de claritate tranſfigura-
tionis reſpectu claritatis que poſt reſurrectioneꝫ
erit in beatis. ¶ Qualiter autẽ talis claritas po
tuit eſſe in corpore chriſti ꝙ erat tunc paſſibile et
opacum. Aduertendum eſt ꝙ illa claritas nõ fuit
in ꝓfundo ſed in ſupficie ſicut gladius limat⁹ in-
trinſecus eſt opacus. in ſupficie vero fulget icidẽ
te lumine ſup eius ſupficiem: ꝛ ſic patet ſecundũ
¶ Quantũ ad tertium aduertendũ eſt ꝙ figura
vno modo dicit̃ qualitas a quãtitate fundata re
ſultans ex terminatione quãtitatis: ꝛ hoc modo
dicit̃ aliquid tranſfigurari qñ mutat̃ de figura i fi
guram ſm terminationẽ quantitatis xp̄s nõ fuit
tranſfiguratus. non enim lineamẽta corporis ei⁹
in aliquo ſunt mutata. Alio modo accipit̃ figu-
ra generalius pro omni eo quod apparet in extre
mitate rei ſicut figura eſt res quãtitatꝭ: ꝛ quia co
lor et lux in extremitate rei demonſtrantur: ideo
mutatio ſm hoc dicit̃ tranſfiguratio et ſic chriſt⁹
fuit tranſfiguratus. Unde hierony. ſuper Math.
dicit ſic. Nemo putet xp̄m per hoc ꝙ tranſfigura-
tus dicitur formam priſtinam et faciem ꝑdidiſſe
et amiſiſſe corporis veritatem ꝛ aſſumpſiſſe corp⁹
ſpirituale vel aereũ: ſed quomodo tranſfiguratus
ſit euãgeliſta docet dicens. Reſplẽduit facies ei⁹
ſicut ſol: veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix
vbi enim ſplendor faciei oſtendit̃ et candor deſcri
bitur veſtiũ. nõ ſubſtãtia tollit̃: ſed gloria cõmu-
tatur. ¶ Ali⁹ modus dicendi eſt quia aliter poſ-
ſunt probare tres concluſiones ſcꝫ ꝙ in xp̄i tranſ
figuratione fuit claritas glorioſa ꝑ eſſentiam et
cauſam: non ꝑ modum. ¶ Primũ patet: qꝛ eiuſ- Alia opi.
dem rationis eſt claritas glorioſa ꝛ non glorioſa
lꝫ lumen anime ſit quod oculus non vidit nec au
ris audiuit: ſed gloria corporis debet eſſe ſenſibi-
lis ꝛ ſenſibus noſtris qui erunt idem ſpecie ꝛ per
conſequẽs idem obiectum habebunt. Unde niſi
illa lux eſſet eiuſdem nature cum aliqua luce quã
videmus non eſſet viſibilis oculo quo videm⁹ ſed
ſimiliter in inferno dolor anime differt ſpecie ab
omni dolore huius vite. ꝙ etiam oculus non vi-
dit quomodo ſcilicet ſpiritus affligatur ab igne
ſed dolor corporis: ſm tactum ab igne corporeo
eſt eiuſdem rationis: ſed incõparabiliter grauior
¶ Secũdum patet: quia dos claritatis eſt a deo
principaliter: et eſt a gloria anime per redundan-
tiam: quia ſicut perfectio corporis naturalis eſt a
perfectione anime naturali: ſic ſupernaturalis a
ſupernaturali: quia gratia perficit naturã modo
ſibi conuenienti. Si enim a commixtione prima-
rum qualitatum cauſatur color i extremitate vel
prohibet a gloria anime dotis corporis erumpe-
re et ſi non proprie effectiue quia ſi creatura crea
ret ſaltem per modum cauſe exẽplaris et cuiuſdã
ꝓximitatis ꝛ dignitatis. Unde cum anima chriſti
eſſet beata poterat ab ea claritas erumpere: ſed
quia pars inferior anime non erat beata que eſt
propinquior exteriori homini nec fiebat redundã
tia a ſuperioribus viribus ad inferiores quo ad-
ſtatum beatitudinis: ideo iſta claritas habuit ſo
lum deuꝫ pro cauſa actuali: ſed gloriam anime ꝓ
apritudinali vel ꝓ actuali ad horam illam ſꝫ glo-
riatur vultus moyſi neutro modo: quia gloria in
anima non precceſſerat. nondum enim viderat vel
ſi viderat: non videbat tamen quando populo ap
parebat facies cornuta. ¶ Tertia patet: qꝛ fuit
per modum paſſionis tranſeuntis non habit⁹ ma
nentis: et ſic iſta gloria corporis fuit in trãſitu ſi-
cut gloria anime pauli et moyſi in raptu. ¶ Quã 2. articul⁹
tum ad ſecundum videtur ꝙ viſio illa non fuerit
beatifica nec intellectualis pure ſed ymaginaria.
¶ Unde ꝙ dicitur viſi in maieſtate non intelli- De gãda.
gitur de cognitione matutina in verbo quaꝫ non q̄li. 8. q. 13.
habuerunt ſed de reuelatiõe ymaginaria ꝛ ſic fuit
intellectiua mediãte fantaſmate: ſed vtrũ ipa fan
taſmata eſſent intellecta ꝛ reputant aliqui difficiſ-
le dantes talẽ modũ quo intellectus noſter intel-
ligit fantaſmata quia facta abſtractione per intel
lectum agentem a fantaſmate fantaſma vt ſic ab-
ſtractum habet rationem vniuerſalis et vocatur
vt dicunt vniuerſale fantaſmatis: ſed vtrum tale
ſit aliud ab vniuerſali rei: aut idem cuꝫ eo non ex
primunt: ꝛ tũc dicunt ꝙ vniuerſale intellectum in
fantaſmate reſpicit duplex ꝑticulare ſcꝫ ꝑticula
re rei et hoc proprie per reflexionẽ non proprie in
telligitur. ſꝫ eſt illud i quo res ꝑticulariter extra ꝑ
reflexionem intelligitur: quia etiam nec tale fan

ttitur vel fantaſiatur ſed eſt rõ fantaſiandi rem extra/ita ꝙ proprie non intelligit per reflexionẽ niſi in ſompno in quo intellectus noſter vtitur ſimilitudinibus pro rebus: ⁊ tunc etiam non intelligit ſub ratione fantaſiantis ſub ratione rei qr intellectus vtitur eo vt re ꝑ extra. Alij vero dicũt ꝙ dupliciter cõtingit intellectum noſtrum intelligere fantaſma/vno modo vtẽdo eo quodammodo vt quadam effigie in qua res materiales intelligit. et ſic homo intelligit fantaſiãdo exꝑmendo in ſe quandam effigiem in qua meuetur naturã rerum materialium quas per ſe intelligit: nec tñ tũc habet pro principali obiecto fantaſma: ſed ꝑ medio equaliter cognito ⁊ res materiales pro principali obiecto. ¶ Alio modo intelligit intellectꝰ noſter fantaſmata conſiderando quidditatem eius ⁊ naturam ſicut quando ꝯſiderat naturã virtũ ſenſitiuarum interiorum et ſuorum actuum: ⁊ ſic fantaſma eſt principale obiectum in tali cõſideratiõe. Iſto igitur vtroq; modo poteſt fantaſma intelligi a nobis. Mꝫ aũt opinio prima dicit ꝙ fantaſma ſit abſtractũ per intellectum agentẽ põt bene et male intelligi: nam ꝙ fantaſma exñs in Sor. ⁊ Platone in ſua natura reali ſit vlẽ et abſtractum et ꝙ a ſuo ſubiecto i quo eſt realiter ſeparatur: vl' ꝙ fiat vlẽ repreſentatiuum ſicut ſpecies intelligibilis eſt impoſſibile: ſed ſi intelligatur fantaſma ꝑ intellectu agentẽ quodã modo fieri vniuerſale non formaliter ſed effectiue inquãtum ſcilicet cõiunctum intellectui agenti efficitur potens mouere intellectũ poſſibilẽ ad ſpeciem repreſentantem rem vniuerſaliter: ſic eſt poſſibile fantaſma eẽ abſtractum ſiue vniuerſale: ⁊ iſta abſtractio magis conſueuit dici abſtractio a fantaſiante q̃ abſtractio fantaſiantis: vniuerſale autem intellectũ qđ eſt vniuerſale per ꝑdicationẽ ⁊ vniuerſale per repreſentationẽ ſicut eſt ſpecies intelligibilis bñ reſpiciũt et particularẽ rẽ et ſpeciem particularem fantaſmatis: ⁊ ſic diuerſimode. ¶ Sꝫ de hoc ꝙ auctor dicte opiniõis dicit ꝙ intellectus non intelligit particulare fantaſma etiam per reflexionem niſi in ſomnio multum miror: cum ipſe in q̃ſtione .xi. vi. qđlibeti neget omnem cognitionem intellectualem in ſompno.

3ꝰ articulꝰ ¶ Quantum ad tertium ſuppoſito ꝙ fuit cognitio intellectiua vel magis proprie viſio eſt difficultas. qr ille qui itelligit plura et differẽtia vt ſunt differentia intelligit plura vt plura ſic autẽ intelligebantur Moyſes ⁊ Helyas .ſ. vt differẽtes homines hoc eſt contra philoſophum q̃ dicit ꝙ contingit ſcire plura intelligere aũt vnum ſolum.

¶ Item contra rationem quia intelligere plura vt plura dupliciter poteſt intelligi vno modo ex parte intellectꝰ ita ꝙ iſta pluralitas ponat ex parte intellectus. Et ſic intelligere plura vt plura eſt intelligere: vel pluribus actibus vel pluribus modis. Et hoc fieri eſt impoſſibile naturaliter propter hoc ꝙ omnes actus intelligendi qui habent eſſe in intellectu creato naturaliter ſunt eiuſdem generis qui nõ poſſunt ſe ſimul compati circa eũdem intellectum: ſupernaturaliter tamen poteſt hoc eſſe: vt patet in beatis in quibus eſt viſio beata qua vident verbum ⁊ res in verbo. Et alia cognitio qua vident res in ꝓprio genere quaꝫ oportet ſimul ſtare cum beata viſione.

¶ Alio modo poteſt intelligi ꝙ intellectus creatus intelligat plura vt plura ex parte rerum intellectarũ/ vt ſit ſenſus ꝙ intelligat res cũ ſuis modis plurificantibus ipſas et prout plurificantur per plures modos: vt ſi aliquis intelligat plures partes totius in ſuis modis quibus diſtinguuntur. Et iſto dico modo ꝙ itelligere plura ꝯtingit dupliciter. Uno modo ꝙ illa plura vt plura ita intelligantur perfecte et diſtincte ſicut ſunt in rerum natura. Et ſic itelligere plura vt plura nõ conuenit intellectui creato ſed ſolum intellectui illimitato qualis non eſt intellectus creatus vel ſaltem habenti medium illimitatum quo intelligat ꝙ ſimiliter intellectui creato naturaliter non conuenit ſed ſupernaturaliter in cognitione matutina.

¶ Alio modo poteſt intelligi ꝙ intellectus creatus intelligat plura vt plura ex parte rei intellecte: ita ſcilicet ꝙ bene intelligat pluralitatem eorum et naturas eas plurificãtes et offerantur ſibi vt plura adinuicem diſtincta: non tamen ita perfecte et diſtincte intelligat ſicut ſi vnũquodq; per ſe conſideraret et illo modo poteſt: ita tamen ꝙ vnum intelligat vt principale obiectum. Plura autem vt ſecũdaria obiecta. Ratio primi ſcilicet ꝙ oporteat ipſum habere vnum vt principale obiectum eſt illa: quia in omni actu intelligendi oportet aliquid perfecte et complete eſſe intellectum ſecundum ꝙ poteſt competere creature: ſed vt iam dictum eſt impoſſibile eſt plura vt plura eſſe complete et perfecte intellecta: ita bene ſicut vnũ intelligere ſine alio per ſe et diſtincte ab intellectu creato. ergo oportet ꝙ in omni actu intelligẽdi ſit vnum re et ratione intellectum primo et principaliter.

¶ Ratio ſecundi eſt illa ſcilicet ꝙ intellectus poſſit plura vt plura intelligere ex parte rei intellecte: vt ſecũdaria obiecta: quia impoſſibile eſt ꝙ intellectus creatus intelligat differentias abſq; hoc quin aliquo modo intelligat diuerſitatem eorum et diuerſas naturas eorum: quia ex hoc differunt ꝙ habent naturas diuerſas: ſed vt obijciebatur intellectus creatus intelligit differentias et vt differentia ratio poteſt intelligere plura vt plura predicto modo. alias non poſſet cognoſcere vl' penere differentiam inter aliqua duo. Et ideo qui intelligit plura vt plura non oportet ꝙ intelligat ea vt principalia obiecta ſed vt ſecundaria. Quando autem intelligit plura differentia habet vnum pro principali obiecto ſcilicet ipſaꝫ differentiam ipſorum ꝙ eſt quid vnum ſaltem ratione: et ſecundaria obiecta ſcilicet eorum naturam intelligit plura vt plura: licet non ita perfecte ſicut ſi intelligeret vnumquodq; per ſe.

¶ Ad primum dicendum ꝙ iſti plures videbantur ſupernaturaliter.

¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ non oportet ſemper intelligere plura vt plura ſicut diuerſis actibus intelligendi quia eodem actu et ſecũdum intellectum et ſecundum ſenſum poſſunt plura intelligi et ſentiri: licet ille actus nõ eque reſpiciat vnum ſicut alterum: ſicut eodem actu videndi videtur albedo ⁊ quantitas licet proprius reſpiciat albedinem. ergo non oportet ad hoc ꝙ aliquis intelligat plura vt plura ſaltem ſecundaria ꝙ ea intelligat pluribus actibus intelligendi.

¶ Sed contra primam concluſionem eſt quia in

quolibet angelo motore ſimul ſunt illi tres actus q̄uũ p̄mo intelligit ſe: ſcd̃o motũ: tertio aliq̇d aliud ẽi diuerſa media ſcʒ eſſentia et due ſpecies: in ceteris vero angelis duo act⁹ ⁊ duo media de aliq̇s. Et per idẽ contra ſecundã ɔcl'onẽ: q̄ illa duo vel tria nõ minus perfecte intelligunt q̄̃ per hoc ꝙ ſimul intelligũt. ❡ Contra ſecundã aũt et tertiam concluſionẽ et cõtra exemplũ de viſu eſt: q̄ viſus ſimul videt album iuxta nigrum eq̄ principaliter

Ad rõnes p̄ncipales et perfectius q̄̃ ſi videret per ſe quodlibet.

❡ Ad argumenta p̄ncipalia. ad primum dicendũ ꝙ claritas glorioſa cum ſit eiuſdẽ ſpeciei cũ naturale poteſt videri ab oculo nõ glorificato: et habet ꝓportionẽ cũ ipſo niſi ſit ſup̄excedẽs adeo ꝙ corrũpat cõplexionẽ oculi: ad hoc aũt potuit xp̄s preſeruare oculos diſcipulorꝫ vel temperãdo claritatem virtute diuina vel cõfortando organum.

Ad ſcd̃m. ❡ Ad ſecũdũ dicendũ ꝙ claritas glorioſa poteſt eſſe in quocunq̄ corpore: deus voluit eam infundere. fuit autẽ in transfiguratione rationabiliter in tribus. ſ. corpe xp̄i in veſtimentis ⁊ in nube illa que fuit in corpe xp̄i repreſentabat claritatẽ corporis eius. ❡ Poſt reſurrectionẽ claritas aũt veſtimentorꝫ deſignabat futurã claritatẽ ſctõrꝫ q̄ ſuperabit a claritate xp̄i ſicut candor niuis ſuperat a claritate ſolis / claritas vero nubis lucide ſignabat claritatẽ futurã in mundo innouato q̄ erit quaſi ſanctorum tabernaculum. Unde Petro diſponente tria tabernacula fieri nubes lucida diſcipulos obumbrauit.

❡ Diſtinctio. 17. ❡ Queſtio. 1.

Circa decimãſeptimã diſtinctionẽ q̄runt duo. Primo de cõformitate volũtatũ in xp̄o

Primum Scd̃o de oꝛõne xp̄i. ❡ Primo ergo q̄rit̃ vtrũ volũtas hũana in xp̄o ſemꝑ fuit cõformis volũtati diuine: et videt̃ ꝙ ſic: q̄ voluntas beatorꝫ in oĩbus cõformat̃ voluntati diuine: ſed xp̄s ſcd̃m aĩam ſemꝑ fuit beat⁹: ergo voluntas eius humana ſꝑ fuit conformis voluntati diuine

Secundũ ❡ Itẽ bonitas voluntatis conſiſtit in cõformitate ad voluntatẽ diuinã ſicut ad ſuã regulam: vt dicit gloſa ſuꝑ illũ Pſal. Rectos decet collaudatio: ſed omnis volũtas xp̄i fuit bona. ergo. ⁊c.

Tertium ❡ Itẽ in perſona xp̄i dr̃ in Pſal. Ut faciã voluntatem tuam deus meus volui. Et ſic idẽ qđ prius

In oppoſitum. ❡ In oppoſitũ eſt qđ dicit Auguſtin⁹ contra maximianũ in hoc ꝙ ait nõ ſicut ego ſʒ ſicut tu: aliud oſtendit ſe voluiſſe q̄̃ pater qđ niſi humano corpore non poſſet. ex quo patet ꝙ voluntas humana

Reſpõſio in xp̄o aliud volebat q̄̃ diuina. ❡ Reſponſio. tria videnda ſunt. Primo ꝙ in xp̄o preter voluntatẽ diuinã fuit voluntas humana q̄ eſt voluntas ꝑ eſ-

2⁹ articul⁹ ſentiã q̄ ꝑ ſe et directe eſt in rõne. Scd̃o ꝙ in xp̄o fu

Durãdus di preſenti. q. 1. it voluntas humana ꝑ participationẽ. ſ. ſenſitiua que nata eſt obedire rationi. Tertio de conformitate vtriuſq̄ ad diuinam De voluntate intellectiua ꝙ fuerit in chriſto creata: probant aliqui tripliciter. Primo ſic. voluntas correſpõdet intellectui / ſed in xp̄o preter intellectũ diuinũ eſt aliquis intellectus humanus: ergo in ip̄o preter voluntatẽ diuinam eſt aliqua voluntas humana. Maior patʒ: q̄ in oĩ natura cõcomitant̃ ſe inſeparabiliter volũtas ⁊ intellectus ꝓprie dicta. Minor ſimiliter patʒ quia ſcientia eſt perfectio intellectus: ſed in xp̄o preter ſcientiã diuinã fuit aliqua ſcientia humana vt patet ſupra. ergo in xp̄o preter intellectum diuinũ fuit intellectus human⁹: ⁊ hec fuit minor

❡ Secundo ſic voluntas dei non poteſt mereri nec demereri nec ſibi nec alicui alioq̇n de⁹ ſecũdũ diuinitatem acceptus poſſet mereri: ſed xp̄s meruit ſibi et nobis vt patebit infra: ergo in chriſto preter voluntatem diuinã fuit alia voluntas per quã potuit mereri: ſed ſine voluntate ꝓpria dicta non eſt meritum. ergo. ⁊c. ❡ Tertio ſic que ſequũtur naturã plurificant̃ in xp̄o vt vult Dam. lib. iij. Sed appetitus ſequitur naturã. ergo ſicut in chriſto ſunt plures nature: ita plures appetit⁹ ſed appetitus humane nature q̄̃tinus rõnalis dicitur voluntas: ergo preter appetitũ vel voluntatem diuinã in xp̄o: eſt appetitus rõnalis ſeu volũtas. hm̃õi aũt ɔtra rõnẽ diuidit̃ i volũtatẽ vt ẽ natura ⁊ vt eſt ratio nõ tanq̄̃ in duas potentias ſed ſortit̃ hec duo nõia ſcd̃m duos modos q̇bus põt ferri in ſuũ obiectũ q̃ñ eñi voluntas fertur in aliq̇d ſcd̃m ꝙ eſt conueniens vel nociuũ nature ſcd̃m ſe ſic vocatur voluntas vt natura: quando autem fert̃ in aliquã bonitatẽ vel maliciã quã habet in ordine ad finẽ ſic vocatur voluntas vt ratio q̄ ſequit̃ deliberationẽ rõnis: q̄ cũ eiuſdẽ potentie ſit ferri in aliquid ſcd̃m ſe et in ordine ad finem / ideo eadem eſt potentia voluntatis q̄ fertur his duob⁹ modis in ſuũ obiectũ. ❡ Hec etiã voluntas hũana diuiditur in naturalem ⁊ rationis q̄ ẽ deliberatiua vt dicatur naturalis q̄ ſequitur apprehẽſionẽ ſinderẽſis vel legis naturalis circa prima p̄ncipia agibiliũ ſed voluntas vt voluntas ſiue voluntas rõnis ſiue deliberatiua que ſequit̃ rationẽ de his q̄ ſunt ad finem conſiliantẽ: put aũt voluntas naturalis dicitur q̄ a natura corrupta ſubito trahitur ab inferiori in quibus deliberatio nõ precedit in quo ẽ pctm̃ veniale. ſ. ſine conſilio appetere qđ nõ niſi eſt ɔſilio ẽ appetẽdũ aut qđ recto cõſilio eſt fugiendũ nõ fuit in chriſto talis qđ eſt pctm̃ ❡ Sʒ hoc videtur dubium adhuc de naturali ꝓprie dicta: quia ſi in chriſto non fuit aliquis motus ſenſualitatis niſi ſequens deliberationem rationis: pari ratione nec in voluntate: ⁊ ſic nulla voluntas nec deliberatiua fuit in chriſto. Et dicendũ ꝙ nõ eſt ſimile / q̄ non ita immediate ad actum intellectus ſequitur actus appetitus ſenſitiui ſicut intellectui. vnde q̄ omnem actum intellectus practicum ſequitur volitio et apprehenſio beatitudinis: vel boni in communi aut vite et hm̃õi ſunt ſine deliberatiõe: ideo poteſt ſequi ſtatim actus voluntatis. non ſic autẽ eſt de appetitu ſenſitiuo vt dicetur in vltimo articulo. ❡ Quantum ad ſcd̃m de voluntate que nõ eſt voluntas per eſſentiam: ſed ſolũ per ꝑticipationem ꝙ fuit in chriſto: ꝓbant q̇dam tripliciter. Primo accipiendo illud qđ dictum fuit prius. ſ. ꝙ paſſiões appetitus ſenſitiui in chriſto regebantur per rationẽ ⁊ ei ſubijciebantur et obediebant. Appetit⁹ aũt ſenſitiuus vt obediens rationi voluntas dicitur per participationem. Quo ſuppoſito arguit̃ ſic. ſicut intellectũ ſeq̇t̃ voluntas ꝓprie dicta: ſic ſenſum ſequitur appetitus ſenſitiuus q̄ vt obediens rõni dicitur volũtas per ꝑticipationẽ: ſʒ ſicut i xp̄o fuit ver⁹ intellect⁹: ſic i ipſo fuerũt ⁊ ꝑfecte vires ſẽſitiue. ẽ ſicut i xp̄o fuit volũtas ꝓprie ita ⁊ volũtas ꝑ ꝑticipatiõez. Scd̃o ſic i xp̄o fuit ꝯ⁹ dolor

2⁹ articl'o

Durãdus vbi ſupra.

ſenſibilis vt patuit ṗus/ſed dolor ſenſibilis ē paſ
ſio appetit⁹ ſenſitiui/ergo in xp̄o fuit appetit⁹ ſen
ſitiuus/cōſtat autē ꝙ in xp̄o nō mīn⁹ obediebat ap
petitus ſenſitiu⁹ rationi ꝙ̄ in nobis: in nobis aūt
dicit̄ propter hoc volūtas ꝑ participationē ergo
et in ip̄o. ¶ Tertio ſic: xp̄s aſſumpſit naturā pfe=
ctā oī perfectione nature debita: ſed ſicut de pfe=
ctione hoīs inḡtū hō ſunt intellectus ⁊ volūtas
ꝓprie dicta: ita de pfectione eius inḡtū eſt aīal ē
ſenſus, et appetitus ſenſitiuus qui eſt volūtas per
pticipationē/ergo omnia hec fuerunt in chriſto.
Arguit do ctoꝛ cōtra dicta. ¶ Sed cōtra modū arguēdi in vtroqꝫ articulo ē
ꝙ eſſentialius ↄſeqt̄ naturā ſubſtantialē ſubſiſte=
re et naturā corruptam culpa ⁊ ignorātia ꝙ̄ velle
ſenſitiuū vel intellectiuū q̄ non inſunt ante vſū li=
beri arbitrij: ſed illa nō fuerunt in xp̄o / ergo falſa
eſt ꝓpoſitio qua aſſumit̄ ꝙ oīa q̄ cōſequūtur natu
rā naturalit̄ multiplicant̄ in xp̄o niſi addat̄ ptine
re ad ꝑperfectionē propter culpā ⁊ ignorātiā ⁊ nō
repugnantiā ad vnionē ꝓpt̄ duplex ſubſiſtere: tūc
eīn maioꝛ eſt vera ⁊ minoꝛ/ſimilit̄ qꝛ velle naturale
deliberatiuum et ſenſitiuum eſt hmōi.ergo.⁊c.
3⁹ articul⁹ ¶ Quantū ad tertiū de cōformitate volūtatis ē
triplex modus dicendi: qꝛ in cōcluſionib⁹ oēs cō=
coꝛdāt/quidā dicunt ꝙ in xp̄o voluntates iſte ali
ter ſe habuerūt ꝙ̄ in beatis ad cōformitatē in vo
1⁹ modus. lito/qꝛ ī btīs mō ⁊ poſt reſurrectiōeꝫ ↄcoꝛdāt oēs
volūtates ī volito cū volūtate diuina/ſꝫ ī xp̄o ap
petitus ſenſitiu⁹ nō cōcoꝛdabat cū voluntate di=
uina in volito: nec cū volūtate deliberatiua/ ⁊ rō
eſt qꝛ in preſenti vita de⁹ voluit euenire triſtitiaꝫ
ſenſitiue pti/iō diſcoꝛdant in volito qꝛ appetitus
nihil appetit niſi vt bonū vel fugit niſi vt malum
nec poſſibile eſt ꝙ ſenſus iudicet aliquid delecta
bile et appetitus nō appetat/ideo eſt diffoꝛmitas
qꝛ de⁹ vult in ſenſu eſſe triſtitiā durāte iſta vita/ſꝫ
talis nō pōt appetit⁹ ſenſitiuus velle.iō.⁊c.ſed in
btīs deus nunꝙ̄ vult aliqd triſte ſcd̄m ſenſum vel
intellectū.ideo erit cōfoꝛmitas volūtatū cū diui
na. Sed de voluntate vt natura ⁊ vt deliberatiua
eſt dicendū ꝙ in xp̄o habuerunt diffoꝛmitatē ī vo
lito ſcd̄m qd nō ſimplr̄: qꝛ voluntas vt natura eſt ī
aliqd ſꝫ ſe ſed vt deliberatiua dicit̄ vt vult aliqd
in oꝛdīe ad aliud ſicut delectabile eſt bonum: tunc
igitur dicendū ꝙ in chriſto habuerūt diffoꝛmita=
tē ſcd̄m qd/qꝛ volūtas vt natura hoꝛrebat moꝛtē
ſed deliberatiua dicebat ꝙ vellet moꝛi pro ſalute
humana/voluntas naturalis volebat non moꝛi ſi
aliquid aliud non accideret non attēdens ꝙ ali=
quid aliud accideret. Utrū aūt in xp̄o fuit cōtra=
rietas volūtatū dicunt ꝙ differūt in nobis ⁊ ī xp̄o
cōuenimus eīn cū xp̄o in hoc ꝙ ſenſualitas noſtra
vult ꝙ nō vult rō/ſic bene fuit in chriſto: ſed in hoc
differentia eſt ꝙ in xp̄o null⁹ appetit⁹ mouet̄ ī ob
iecto ſua niſi ſcd̄m rōnis īperiū qꝛ xp̄s ſic oꝛdina=
bat ſuum appetitū ad triſtitiā vel gaudium ſcd̄m
regulā rōnis non ſic in nobis eſt. Alia differentia
eſt qꝛ in xp̄o non inſurgebat paſſio q̄ deoꝛdinaret
rōnē vel impediret nō ſic aūt eſt in nobis. Ex hoc
patet ꝙ in xp̄o non fuit contrarietas volūtatū qꝛ
contrarietatē voluntatū facit diffoꝛmitas ī voli=
to ſolū qn̄ eſt reſiſtentia in vno reſpectu alteri⁹ qꝛ
ſi vellē calidum ⁊ tu frigidum nō eſt cōtrarietas
in voluntate: ſed ſi volente te hr̄e calidum ⁊ tu vel
les frigidū eſſet cōtrarietas.ex hoc patet ꝙ inter
appetitum chriſti ſenſitiuū ⁊ volūtatē non fuit cō
trarietas qꝛ in chriſto vnus appetitus non reſiſte
bat alteri nec alterū impediebat vt dictū eſt ideir
co nō fuit ibi cōtrarietas nec inter voluntatē vt
natura ⁊ vt deliberatiua fuit cōtrarietas qꝛ appe
tere aliquid ſm̄ qd et ex ſuppoſitione/ ⁊ appetere
oppoſitū ſimplr̄ nō cōtrariāt̄ ſimplr̄ ſed ſic erat in
chriſto qꝛ voluntas vt natura eſt volebat nō moꝛi
volūtas vt deliberatiua eſt ſꝫ qd ⁊ ex ſuppoſitiōe
volebat moꝛi ꝑ ſalute hoīs.iō.⁊c. ¶ Ali⁹ modus 2⁹ mod⁹ q̄ ē durā.vbi
dicendi eſt ꝙ voluntas nr̄a pōt confoꝛmari diui= ſupꝛa.
ne dupliciter quo ad pſēs: vno modo qn̄ vult il
lud qḋ vult deus eā velle q̄ vocatur a quibuſdam
cōfoꝛmitas ſm̄ genus cauſe efficientis. Alio mo
do qn̄ vult illud qḋ deus vult ita ꝙ ſit idē obiectū
voluntatis humane ⁊ diuine q̄ vocat̄ cōfoꝛmitas
ſm̄ gen⁹ cauſe materialis accipiēdo materiā ꝓ
obiecto loquendo de prima cōfoꝛmitate.ſic oīs
voluntas in xp̄o fuit confoꝛmis volūtati diuine.
Quod patet p̄mo de voluntate naturali ⁊ volunta=
te ꝑ participationē/qꝛ naturalis inclinatio cuiuſ
libet rei eſt a voluntate diuina dante rem ⁊ incli=
nationē rei. Dico aūt naturalis qꝛ libera īclinatio
non eſt ſemꝑ a dante rē eo ꝙ res indifferens eſt ex
natura ſua ad talē inclinationē vel oppoſitam ſꝫ
naturalis inclinatio ad quā res eſt de natura ſua
determinata eſt a dante naturā. Inclinatio autē
voluntatis vt natura ⁊ īclinatio volūtatis dicte
per participationē hoc eſt appetit⁹ ſenſitiui eſt na
turalis ergo eſt a voluntate diuina dante naturā
tra qꝫ har̄ volūtatū vult idē ꝙ de⁹ vult eā velle.
De volūtate aūt ſequēte deliberatiōeꝫ ptꝫ ꝙ fu
it eodē mō ↄfoꝛmis volūtati diuine: qꝛ volūtas diui
na ↄſīs q̄ eſt ſimplr̄ volūtas ſꝑ ſignī vt dictū fuit ī
p̄mo lib. ſꝫ qcqd de⁹ voluit talī volūtate xp̄m vel
le xp̄s voluit ⁊ nō ſolū xp̄s ſed qcūqꝫ ali⁹ volūtas
aūt añcedēs īnoteſcit nobis ꝑ p̄cepta ꝓhibitiōes
et ↄſilia ⁊ huic voluntati ꝙ̄to voluntas hūna ma
gis ↄfoꝛmat̄ tanto melioꝛ efficit̄ ſꝫ voluntas de=
liberatiua xp̄i fuit optima ergo fuit volūtati an=
tecedēti maxime cōfoꝛmis. ¶ Si aūt loquamur
de cōfoꝛmitate que attendit̄ ī obiectū volitum
ſic volūtas naturalis ⁊ volūtas ꝑ participat onē
nō ↄfoꝛmabant̄ in xp̄o volūtati diuine: qꝛ ſicut di
ctū fuit pri⁹/in xp̄o ꝑmittebat̄ cuilibet parti age=
re et pati quod erat ſibi pꝛopꝛium: ſed ꝓpꝛium eſt
volūtatis naturalis refugere ea que ſunt nociua
nature. pꝛopꝛium autē appetitus ſenſitiui eſt re=
fugere ea que ſunt nociua ſenſui. ⁊ ideo vtraqꝫ vo
luntas in chriſto fugiebat moꝛtem ⁊ doloꝛē paſ=
ſionis: que tamen a deo erant volita propter ſalu
tem humani generis. Uoluntas autē deliberati=
ua confoꝛmis erat volūtati diuine: alioqn paſſio
chriſti non fuiſſet ſibi nec nobis meritoꝛia niſi ac=
cepta fuiſſet a voluntate deliberatiua cui⁹ eſt me=
reri ⁊ demereri. ¶ Terti⁹ mod⁹ dicendi eſt ꝙ oīs 3⁹ mod⁹ q̄ ē doctoꝛis
voluntas xp̄i humana ſemꝑ cōfoꝛmat̄ deo in ge=
nere cauſe efficientis: qꝛ nunꝙ̄ naturali ⁊ ſenſiti
ua voluit niſi qḋ de⁹ voluit eū velle: ſicut ḡue mo
uet̄ a generāte ſed licet volūtate naturali. ſiit cō=
foꝛmemur deo ꝓprie dicta: nō tn̄ volūtate natura
li/id eſt ſubita: qꝛ ſepe volumus voluntate ſubita
ex malo habitu vel ſubreptione. nec ſimiliter vo
luntate ſenſitiua naturali a natura coꝛrupta que
eſt veniale in pꝛimis motibus/ hō nō confoꝛma=
tur deo: qꝛ de⁹ non vult aliquem peccare: licet ve=
lit illos motus inꝙ̄tum ſunt pena: ſed nichil tale

fuit in xp̄o. Sed loquēdo de voluntate naturali
in volito: ſic nō oīs volūtas xp̄i hoīs fuit confor
mis volūtati diuīe niſi ſolū deliberatiua: natura-
lis aūt ⁊ ſenſitiua in q̄buſdā volebāt oppoſitū vo
lūtatis diuine ⁊ deliberatiue ſicut in nō moriēdo
¶ Sꝫ ꝯtra hoc ē ꝙ in xp̄o nō fuit aliq̄s mot⁹ ſen
ſualitat: q̄ nō ſeq̄ret iudiciū rōnis: et dico ſeq̄ret
obediēdo nō rebellādo. ergo ſi volūtas rōnis ſꝑ
ꝯformabat̄ i volito/ ꝑ ꝯſequēs ſenſualitas ſeq̄ns
eū. Et dicendū ꝙ ſi in nobis null⁹ mot⁹ ſenſuali-
tatis ſequat̄ actū ſimplicē itellect⁹ ſed ſolū delibe
ratiue/ cū in xp̄o ꝓpter maiorē obedientiā carnis
ad ſpm̄ oēm volitionē de bono ſenſibili mox ſeq̄-
bat̄ deſideriū ſenſitiuū. et ſic cū in nobis ſit mot⁹
in appetitu ſenſitiuo ante volitionem/ in xp̄o non
erat: ꝓpter qđ dicit̄ ſenſualitas nunq̄ ꝑueniſſe in
eo iudiciū rōnis large dicte q̄ includit itellectum
nō cōſiliantē. Uel pōt dici ſcđo ꝙ etiam in nobis
ſenſualitas pōt ſeq̄ volitionē ſubitā etiā vt eſt pec
catū veniale: ⁊ pōt etiā ꝑuenire ꝑ pctm̄ veniale. in
xp̄o aūt non ſic poterat ꝑuenire iudiciū rōnis qđ
eſſet veniale. ¶ Uel pōt dici tertio ꝙ dato ꝙ oīs
mot⁹ ſenſualitatis ſeq̄ret̄ ſꝑ deliberationē rōnis
cū ratio deliberatiua nolebat/ ſenſualitas potuit
aliqua velle q̄ ipſa rō ꝓpter aliquē finē reputaret
ſimpliciter refutāda: qꝛ nō oīa q̄ ſenſualitas vult
naturalr̄ ſunt mala de ſe. vult eñ fornicari ⁊ hoc
malū eſt de ſe: nec vnq̄ rō recta vult ſenſualitatē
illud velle: imo ſibi diſplicet/ ⁊ ꝯtrā pōt illū motū
ꝓhibet ⁊ cohibet vult autē comedere ⁊ bibere: et
viuere ⁊ hoc nō ē malū de ſe: ſꝫ ē malū ꝓpt̄ aliquē
finem ꝑ hoc īpeditū. vult ergo voluntas delibera
tiua hoc ſenſualitatē velle abſolute: ſed non vult
ꝙ immoderate vel contra legem dei. vnde fames
ſitis/ ⁊ talia fuerunt in chriſto in voluntate deli-
beratiua. mortem autē nolebat abſolute: nec ſen-
ſualitatē velle nolebat: ſed tantum ꝓpter deū vo
lebat eum ſm̄ rationem. vnde non eſt ſemper con
cupiſcere contra ſpiritum velle oppoſituꝫ. ſed q̄ñ
vult illud quod ſpiritus nō vult eum velle vel nō
Ad rōnes aū oppōm — debet velle ¶ Ad argumēta principalia. Ad pri
Ad primū — mum dicendum ꝙ in beatis qui ſunt comprehen-
ſores nichil occurrit quod ſit contrarium nature
vel leſiuū ſenſus: ⁊ ideo in eis ſenſualitas vel vo
luntas non diſcordat a voluntate diuina: ſed chri
ſtus ſimul fuit beat⁹ ⁊ paſſibilis ſcđm aliā ⁊ aliā
ſui partē. Unde multa occurrerunt cōtraria chri-
ſto ⁊ eius nature ⁊ parti ſenſitiue: vt mors/ flagel
la/ ⁊ huiuſmodi que refugiebat ſenſualitas ⁊ vo-
luntas: vt natura q̄uis acceptaretur a voluntate
deliberatiua que ſemper fuit conformis volunta-
Ad ſcđm. — ti diuine. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ omnis
voluntas chriſti fuit conformis voluntati diuine
in hoc ꝙ volebat eam deus velle: ⁊ in hac confor-
mitate conſiſtit principaliter bonitas voluntatis
humane vt dictum fuit pri⁹ in fine primi libri vl-
tra hanc conformitatem voluntas deliberatiua
habuit aliam que eſt ſcđm volitum. Ex quo po-
teſt concludi ꝙ voluntas deliberatiua in chriſto
fuit melior q̄ naturalis vel ſenſualis: ſed ex hoc
non ſequitur ꝙ alie fuerint male. De hac volunta
te deliberatiua intelligēdum eſt illud pſal. Ut fa-
cerem voluntatem tuam deus meus volui.

¶ Queſtio ſecunda.

Secundo querit̄: vtrū conueniēs fuit — Primum
orare. ¶ Et arguit̄ ꝙ nō: qꝛ nō decet
orādo petere illud qđ ſcit aliq̄s eſſe
futurū ꝓ certo vel non: ſed xp̄s ſcie-
bat circa oīa quid eſſet futurū/ vt di
ctum fuit ſupra. ergo non decuit vt orando aliq̄d
peteret. ¶ Item ſcđm Dama. libro .3. oratio eſt — Secundū
aſcenſus mentis in deum: ſed mens chriſti nō in-
digebat aſcendere in deum ſcđm eundem Dam.
quia ſemꝑ erat deo coniuncta non ſolum ſm̄ vnio
nem ſuppoſiti: ſed etiā ſcđm fruitionem. ergo chri
ſto non conueniebat orare. ¶ In contrarium eſt — In oppō
quia in pluribus locis euangelij legitur chriſtum
oraſſe. Et arguitur ratione: quia officium ponti-
ficis eſt fundere preces ſeu orare. ſed chriſtus fuit
pontifex vt dicit̄ Hebreoꝝ .2. ergo eius fuit ora-
re. ¶ Reſponſio. duo ſunt videnda. Primum de — Reſpōſio.
oratione chriſti. Scđo qꝛ oratio eſt aſcenſus intel
lectus in deū: an aīa chriſti cōiuncta intelligeret
vniuerſale ſue nature relicta. ¶ Quantū ad pri- — 1. articul⁹
mum ſunt tres concluſiones. ¶ Prima/ ſcđm q̄d — 1. cōcluſio
chriſto cōueniat orare. Scđa/ ſcđm quid nō cōue
niat. Tertio de exauditione orationis. ¶ De pri
mo ſciendū ꝙ chriſto cōuenit orare ſm̄ rationem
que deſideriū volūtatis naturalis ⁊ deliberatiue
et ſenſitiue exponit ⁊ proponit. Eſt eñ poſtulare
deſideriū ſui vel amici ꝓponere: ſed ea q̄ volūtas
deliberatiua deſiderabat ratio ſimpliciter orādo
petebat. q̄ eñ homo efficaciter et totalit̄ vult ha-
bere ſi ꝑ ſe nō pōt habere/ a potente petit: ſed illa
que voluntas naturalis vel ſenſitiua appetebat
cōtra volūtatē deliberatiuā illa nō ſimpliciter pe
tebat: ſed ſicut homo ab amico rogat⁹ rogat ꝓte-
ſtans quod intendit rogare vt fiat ſi ſit iuſtuꝫ: ſed
vt oſtendat ſe amicum illius: magis tamen iuſti-
cie: ⁊ ſic ꝓponit illius deſiderium. et ſic ratio chri
ſti ꝓ calice auferendo petebat ſiue orabat.
¶ Circa ſecundum ſciendum ꝙ chriſto non cōue- — 2. cōcluſio
niebat orare ſcđm deitatē: qꝛ ſic ſubeſt ei ſm̄ vo-
lūtatē et poſſe. Scđo qꝛ nec ſm̄ partem ſenſitiuā
q̄ obiectū orādi ſcꝫ deū nō apprehendit. Tertio
qꝛ nec ſcđm itellectū naturalem: qꝛ orationē ꝑce
dit collatio ꝙ ꝑ ſe non pōt ⁊ ꝙ ille pōt hoc dare: ⁊
poſtea poſtulatur. ¶ De tertio ꝙ omnis oratio — 3. cōcluſio
chriſti ſimpliciter dicta fuit exaudita et omne qđ
voluit exaudiri: non autem qđ ꝓ ſenſualitate pe-
tiuit: quia nec exaudiri in hoc voluit: immo di-
xit non mea voluntas ſed tua fiat. Unde ſemper
eo modo quo orauit exauditus fuit.
¶ De ſecundo idē eſt de anima chriſti et de qua- — 2. articul⁹
cunq̄ anima humana alia. ſunt ergo de hoc ad p̄-
ſens due opiniones. ¶ Quidam enim augentes — De gāda.
difficultatem arguunt ꝙ anima coniuncta non in — qu. 7. q. 15
telligat vniuerſale: quia operatio coniuncti non
eſt ſeparata eo ꝙ operatio non eſt magis ſepara-
ta q̄ ſubſtantia ſit cuius eſt operatio: alioquin
operatio eſſet nobilior q̄ ſubſtantia cuius eſt: ſed
intelligere anime eſt operatio totius coniuncti:
quia anima non intelligit niſi quia totum coniun
ctum quod eſt homo per ipſam intelligit. ergo in-
telligere anime coniuncte non eſt operatio ſepa-
rata: ſed vniuerſale eſt ſeparatum et a materia et
a conditionib⁹ materie que ſunt hic ⁊ nunc: ergo
vniuerſale nō eſt cōueniēs obiectū operatiōis intel
ligēdi aīe ꝯiūcte: nec ꝑ ꝯñs ab ea vt videt̄ pōt in-

telligi. ¶ In contrarium dicūt ꝙ ſic philoſoph⁹
3. de aīa. Ipſi reſpōdēt ad hāc difficultatem dicē
tes ꝙ ꝑ ſe obiectum intellectiue virtutis ſiue fue
rit aīa ſeparata ſi fuit cōiuncta eſt vniuerſale: ita
ꝙ etiam nulla virt⁹ itellectiua pōt intelligere par
ticulare niſi ſub rōne vniuerſalis: quod autem hoc
poſſit aīa coniuncta oſtendunt ſic: q2 aīa rationa-
lis exiſtēs in corpore licet ſēm ꝙ eſt forma ſubſtā
tialis hominis ſit act⁹ ⁊ pfectio materie ſcdm ꝙ
materia eſt ſubiectum: eſt tñ ꝯtrum ad hoc imate
rialis ꝙ nō habet materiā partē ſui/ ⁊ potētia ei⁹
intellectiua ſiue deſ in ſola eſſentia ei⁹: ita ꝙ talis
potentia non fluit ab anima in materiā vt act⁹ et
pfectio ei⁹: nec ſcdm ꝙ materia eſt ſubſtantia: nec
ſcdm ꝙ eſt organizata ⁊ dimēſionata: ⁊ ideo potē
tia ei⁹ itellectiua eſt ſimplr abſoluta a materia: et
ꝓpter talē imaterialitatē ⁊ abſtractionē potentie
ſue cōpetit ei hſc opationē: ſcʒ itelligere vniuerſa
le ſiue ſit in corpe ſiue extra corp⁹. Qñ ergo dicit
ꝙ operatio ſeparata pōt nequaꝗ̄ eſſe cōiuncti: di
ſtinguūt de modis qb⁹ aliqua opatio dicit eē ali
cuius dicentes ꝙ aliqua opatio pōt dici alicuius
eſſe vel vt ſuppoſiti agētis: ⁊ ſic itelligere eſt ope
ratio ipſi⁹ hois vel vt pncipiū remoti quo agens
agit: ⁊ ſic eſt aīe itellectiue. vel vt pncipiū ꝓpinq:
et ſic eſt potētie itellectiue. ¶ De modis qbus dr
aliqd ſeparatū a materia ⁊ qītū ad ꝓpoſitū ſuffi-
cit ponūt qttuor modos. ¶ Prim⁹ ē ſēm ꝙ nō hʒ
materiā partē ſui licet ſit pfectio materie ſēm ꝙ ē
organizata ⁊ dimenſionata pōt dici aliq̄ mō ima-
teriale ⁊ ſeparatū. ¶ Secūd⁹ mod⁹ ē ſēm ꝙ illud
qd ſit nō hʒ materiā partē ſui/ nec eſt pfectio ma
terie ſēm ꝙ organizata ⁊ dimēſionata licet ſit pfe
ctio ei⁹ ſēm ꝙ eſt ſubſtātia dicit imateriale ⁊ ſepa-
ratū: ⁊ ſic aīa rationalis ſēm ſuā eſſentiā dicit ima
terialis ⁊ ſeparata. ¶ Terti⁹ mod⁹ eſt ſēm ꝙ illud
qd nō hʒ materiā partē ſui: nec pficit materiā vt
eſt dimēſionata: nec etiā ſēm ꝙ ē ſubſtātia: nec ali
quo modo ē act⁹ ⁊ pfectio materie: licet ſit ei⁹ ſēm
qd eſt act⁹ materie vt eſt ſubſtātia: ⁊ ſic potētia i-
tellectiua dicit imaterialis ⁊ ſeparata: ⁊ eſt ꝯtrus
ad hoc aliquo modo abſtractior ꝗ̄ aīa. ¶ Quar
tus mod⁹ eſt ſēm ꝙ illud qd nec hʒ materiā partē
ſui: nec eſt in eo qd eſt act⁹ materie dr imateriale ⁊
ſeparatū: ⁊ ſic angel⁹ eſt ſeparat⁹ a materia. Qñ
ergo dicit ꝙ opatio ſeparata nō pōt eſſe cōiuncti
dicunt ꝙ ſcdm ꝙ operatio dicitur eſſe coniuncti
vt ſuppoſiti agētis: bene opatio ſeparata ſiue ab-
ſtracta pōt eſſe cōiuncti/ vocādo etiā ꝯiunctū qd
habet materiā partē ſui: q2 actio non ꝓportionat
agēti ratione ſui ſed ratione pncipiū actiui cui ha
bet directe actio ꝓportionari. ſi ſcdo cōparet actio
ſeparata ad illud cui⁹ eſt vt pncipiū remoti: licʒ ta
lis actio nō pōt eſſe vt pncipiū cōiuncti qd hʒ ma
teriā partē ſui vt illi⁹ qd eſt pfectio materie vt eſt
dimēſionata: bene tñ pōt eſſe illi⁹ vt pncipiū remo
ti qd eſt pfectio materie ſēm ꝙ eſt ſubſtātia. vt pn
cipiū ſcdo ꝓpinquū nō pōt eſſe talis opatio niſi ei⁹ qd
nullo mō eſt act⁹ ⁊ pfectio materie/ ⁊ talis ē potē
tia intellectiua: licet ſit in eo qd eſt act⁹ ⁊ pfectio
materie ſēm ꝙ materia eſt ſubſtātia: ⁊ ſic itellige-
re eſt opatio ſeparata vt principiū ꝓpinq̄ ſeparati
a materia: ſic inꝗ̄ ſeparati ꝙ nullo modo eſt act⁹
⁊ perfectio materie ſēm ꝙ hmōi. et hoc ſufficit ad
hoc ꝙ opatio poſſit eſſe ſeparata ⁊ hſc obiectum
ſeparatū ſicut eſt vniuerſale nō obſtāte ꝙ tale pn
cipiū ſit in aīa qd eſt pfectio materie ſēm ꝙ eſt ſub
ſtātia. nec ex hoc ſequit ꝙ potētia intellectiua vel
opatio ei⁹ ſit ſubſtātia aīe: q2 ex nobilitate aīe eſt
ꝙ poſſit i ea fundari talis potētia. ¶ Alia ē opio Alia opio
dicēs ſimplr ꝙ aīa ꝯiūcta xpi vł alia pōt itellige
re vniuerſale: q2 rō q̄re aliqua potētia cognitiua
poſſit cognoſcere vniuerſale eſt: q2 potētia ꝓ ſub-
iecto nō habēte organū materiale dimēſionatū
et ideo pōt recipere ſimilitudinē rei ſine ꝯditioni
bus materialib⁹ indiuiduantib⁹/ ſiue illa ſiſitudo
ſit actus cognoſcēdi/ ſiue aliud re ab eo. nūc aūt ē
potentia itellectiua habet ꝓ ſubiecto ſolā animaꝫ
ita ꝙ nō informat materiā: nec aliqd cōpoſitū ex
materia ⁊ forma niſi rōne partis q̄ eſt aīa que p ſe
ſola eſt ſubiectū potētie itellectiue/ et niſi ratione
ipſi⁹ actus intelligēdi dicatur cōpoſitū ſubiectū
eius: qd ideo competit aīe q2 non dependet in ſuo
eſſe a materia ſicut alie forme: ⁊ ideo pōt eſſe ſub-
iectum alicuius accidētis/ puta potētie vel opera
tionis alicui⁹ p ſeipſaꝫ ſiue materia que anima vt
ſupponitur ad pñs nō habet materiā partē ſui.
¶ Et ſic iſti reſpōdent ad argumentū in oppoſi-
tum dicentes pmo ad maiorē ꝙ operatio ꝯiuncti
nō eſt ſeparata ab ipſo ꝯiūcto qn ſit vel in ipſo to
to ſicut in ſubiecto ⁊ ratione ſui vel in aliqua par
te eius ⁊ ꝑ cōſequens in ipſo ratiōe partis: cū ope
ratio que eſt cōiuncti vt ſuppoſiti habentis eam
ratiōe alicui⁹ partis ſue pōt eſſe ſic ſeparata ꝙ nec
materia nec cōpoſitū ex materia ⁊ forma: nec ꝙ
organum corporale ſit ei⁹ ſubiectum: ita ꝙ ſit ea
informatū: ſed ſola forma dimēſione carens/ ⁊ p
ſe ⁊ ꝑ accidens: que forma non dependet in ſuo eſ
ſe a materia ſicut eſt aīa intellectiua. Ad hoc aūt
ꝙ aliqua potētia poſſit cognoſcere vniuerſale ſuf
ficit ꝙ ſit ſic ſepata a materia ꝙ nec materia/ nec
cōpoſitum ex materia et forma/ nec aliqd ꝯtrus p
ſe vel ꝑ accidēs ſit eius ſubiectū ea iformatū: ſed
ſola forma oi dimēſione carens. et qñ vltra dicit
ꝙ potētia ⁊ opatio eſſent notiores ꝗ̄ ſubſtātia/ di
co ꝙ nō ſequit ꝙ ſint notiores ſimpliciter: q2 et ſi
anima informet materiā non tñ dependet ab ea:
ſed poteſt in ſuo eſſe ſine materia ſubſiſtere. vnde
nō depēdet ab alio ſicut accidēs a ſubiecto ei⁹. po
tētia aūt intellectiua ⁊ ſua operatio licet non de-
pendeant cū ſuo eſſe a materia corpali ſicut a ſub
iecto: nec ſint in ea ſicut in ſubiecto: dependent tñ
ab anima q̄ eſt earū ſubiectū. vnde aīa eſt ſimplici
ter notior ipſis: ſed ille poſſunt eſſe notiores aīa
ſēm qd inq̄rēdū ſcʒ eā pficiūt i eſſe ſcdo. ¶ Prima
aūt opinio dimittit vnū modū ſeparationis a mā
nō minus neceſſariū ꝗ̄ aliquis aliorum quos po-
nit: qui eſt ꝙ aliqua forma poteſt aliquo modo di
ci imaterialis que ſic dat formaliter eſſe materie
ꝙ non dependet in ſuo eſſe ab ea: et ſic ſpecialiter
eſt anima imaterialis: et hec ē cauſa quare poteſt
eſſe ſubiectum alicuius potentie vel operationis
ſine materia. ¶ Ad argumenta principalia/ dicē Ad rōnes
dū ad primuꝫ ꝙ ſicut ſciuit xpūs quid eſſet futurū aū oppōm
ita ſciuit de qbuſdā ꝙ erant futura mediāte oro-
ne ſua. ⁊ ideo nō incōueniēter imo rationabiliter
orauit. ¶ Ad ſecundū dicendū ꝙ oratio xpi non Ad ſcdm.
fuit aſcēſus i deū ꝑ nouā ꝯtēplationē cū ab inſtā-
ti conceptionis ſue fuit ſemꝑ deum contemplat⁹:
fuit tamen nouus aſcenſus per nouā explicat⁹ o-
nem voluntatis/ ⁊ hoc ſufficit ad orōnem. ¶ De
dubitatiōe autē quā ponit Ambro. i xpo notādū

q̄ dubitatio primo ⁊ principaliter ſigurat motuʒ rationis ſup vtrāq̄ partē contradictionis cū formidine determinādi alterā. Scḋo autem tranſlatum eſt nomen dubitationis ad ſignificandū formidinē effectus in aggrediēdo vel ſuſtinēdo aliquod terribile. primo mō nō potuit eſſe dubitatio in xp̄o: q2 talis dubitatio cōtingit ex defectu ſciētie/⁊ ex defectu mediȷ ſufficiētis concludere alteram partē. In xp̄o autē non fuit aliquis defect⁹ ſciētie: ergo nec talis dubitatio. Dubitatio auteʒ ſcḋo modo ſumpta fuit in xp̄o: q2 tal'ɞ dubitatio ꝓuenit ex infirmitate hoīs: q̄ videt aliqḋ leſum iminēs ⁊ nō videt facultatē euadendi. xp̄s auteʒ ſcḋm carnem infirmus fuit/⁊ ſcḋm ſenſualitatem videbat mortē ſibi iminere nec patere euaſionem ꝓpter qḋ ſenſualiter trepidabat: cuius in ratione deliberatiua eſſet ſumma ſecuritas: ſicut ipſe dixit. Spirit⁹ quidē ꝓ̄ptus eſt: caro autē infirma.

¶ Diſtinctio. xviij. ¶ Queſtio prima

Circa decimamoctauā diſtinctionē querunt̄ duo. Primo vtrū illḋ quo xp̄s meruit ſcʒ liberū arbitrium ſit potentia vel habitus vel actus. Scḋo vtrū xp̄s meruerit ꝑmo inſtāti cōceptionis ſue. ¶ Quantum ad primū arguit̄ q̄ nō ſit nuda potētia: ſed poti⁹ aliq̄s actus bonus vel plures: quo mediāte vel quibus habemus dn̄ium alioꝝ actuū. ¶ Primo ſic. Primus act⁹ q̄ eſt in poteſtate noſtra / eſt deliberatio vel cōcluſio deliberationis: ſed neutrū eſt in poteſtate nr̄a ꝑ potētias nudas ergo. ⁊c. Maior patʒ

Primum

q2 aliter act⁹ penit⁹ indeliberati eſſent in poteſtate nr̄a: qḋ videt̄ falſum. Minor ꝓbat̄: q2 liberum arbitrium includit voluntatē cui⁹ volūtatis deliberatio vel cōcluſio deliberationis nō poteſt eſſe actus elicitus: ergo oportet q̄ ſit act⁹ eius iperatus: ſed volūtas nō pōt iperare aliquem actū niſi mediante aliquo actu elicito: ergo libertas arbitriȷ nō fundat̄ in nuda potētia volūtatis: ſʒ in aliquo actu ab ea elicito. et idē ſequit̄ de intellectu: q2 oēm actū voluntatis ꝓcedit neceſſario aliquis actus itellect⁹. ¶ Scḋo ſic. Nulla res habet cauſalitatē poſitiuā actualē ſup affirmatū vel negatum niſi aliquid agēdo: ſed habere dn̄ium ſup exire in actū vel nō exire/dicit cauſalitatē actualem ſup vtrūq̄. ergo cū ꝑ liberū arbitriū habeam⁹ tale dn̄ium/videt̄ q̄ hoc ſit mediāte aliquo actu et nō ꝑ nudā potētiā.

Secundū

¶ Itē act⁹ q̄ eſt in ptāte nr̄a ē a nobis actiue: ſʒ nuda potētia itellect⁹ vel volūtatʒ nō pōt ſe hr̄e actiue ad aliquē actū: ģ ꝑ potētias nudas nō habem⁹ in ptāte nr̄a aliquē actū ſʒ ꝑ liberū arbitriū habem⁹ talē poteſtatē. quare ⁊c.

Tertium.

¶ In cōtrariū arguit̄: q2 illud ꝓ̄cipiū cui⁹ act⁹ eliciti ſunt ꝑmo in poteſtate nr̄a eſt liberuʒ arbitriū: ſed volūtas eſt hmōi. ģ ⁊c. Maior ꝓbat̄: q2 liberū arbitriū eſt ꝓ̄cipiū oīm actuū q̄ ſunt in poteſtate nr̄a: ſed illud qḋ eſt ꝓ̄cipiū iſtoꝝ actuū q̄ ſunt ꝑmo in ptāte nr̄a ē ꝓ̄cipiū oīm alioꝝ actuū exiſtētiū i ptāte nr̄a. ģ ⁊c. Minor ꝓbat̄: q2 act⁹ q̄ ſunt ꝑmo i ptāte nr̄a aut ſunt act⁹ itellect⁹ ꝓcedētes oēm actū volūtatis: aut ſunt act⁹ a voluntate eliciti/aut act⁹ a volūtate iperati. Nō ꝑmi: q2 illi ſunt pure naturales/⁊ ad eos ſe hʒ itellect⁹ pure paſſiue: nec act⁹ iperati ſunt ꝑmo i ptāte nr̄a: q2 illi actus q̄ de neceſſitate ſequūt̄ ad alios actus nō ſunt ꝑmo in ptāte nr̄a: ſed act⁹ a volūtate iperati ſunt hmōi. ergo ⁊c. Maior pʒ: q2 act⁹ q̄ de neceſſitate ſequit̄ ad aliū nō eſt ꝑ ſe in ptāte nr̄a ſʒ rōne alteri⁹ ad quā ſeq̄t̄: ⁊ ita nō ꝑmo. Minor ꝓbat̄ ex. 9 metaphi. vbi dicit ph̄s q̄ volēs ⁊ potēs neceſſario oꝑat̄. ergo relinq̄t̄ q̄ act⁹ q̄ ſunt ꝑmo in ptāte nr̄a ſunt act⁹ a volūtate eliciti: ⁊ hec fuit minor ꝓ̄ncipalis rōnis.

In oppōʒ

¶ Rn̄ſio de li. arbi. ale xp̄i idē cenſēdū eſt q̄ ad eſſentiā ſicut de oī li. arbi. hūano cū xp̄s ſit eiuſdē ſpeciei cū ceterʒ hoīb⁹ q̄tū ad aiam Reſpōſio. ¶ Videnda ģ ſunt tria. Primū/vtrū li. arbi. eſſentialiter ſit act⁹ vel potētia. Scḋo/ſuppoſito q̄ ſit potētia nō actus: an libertas ſit in volūtate ꝑmo reſpectu act⁹ eliciti/vel reſpectu iperati. Tertio/an potētia pure paſſiua poſſit eſſe libera libertate arbitriȷ. ¶ De ꝑmo ſunt tres opiones. Prīa dicentium q̄ lib. arbi. nō ꝯ̄ſiſtit in nudis potētiis itellectus ⁊ volūtatis: ſed in aliq̄b⁹ actib⁹ eoꝝ mediātibus q̄bus habem⁹ dn̄ium ſup alios act⁹. Ad cui⁹ euidētiā ꝑmittūt duas diſtinctiōes. ¶ Prima ē q̄ aliq̄d mouet volūtatē ⁊ itellectū q̄tū ad determinationē actus: ⁊ aliq̄d q̄tū ad exercitiuʒ act⁹: qḋ ſic itelligūt/nō q̄ actus determinat⁹ ⁊ ei⁹ exercitiū ſint duo diſtincta ſm rē: imo ſunt idē realiter: ſed illud dr̄ mouere q̄tū ad determinationē act⁹ qḋ iprimit formā vel motionē mobili: ſicut ignis mouet ad calefactionē aq̄ iꝑmēdo ei calorē/⁊ hoc mō obiecta mouent dictas potētias/ſcʒ itellectū ⁊ volūtatē. Illud aūt dr̄ mouere q̄tum ad exercitiū actus qḋ applicat actiuū paſſiuo: ſicut applicās ignē aq̄ mouet ad exercitiū calefactionis. Et i ꝓpoſito illud qḋ applicat obiecta potentiis/dr̄ eas mouere q̄tū ad exercitiū actuū: ⁊ dicūt̄ ꝑmo mouere ad determinationē act⁹ q2 ꝑ determinatā formā agūt determinatā motionē ⁊ nō qualibʒ. ſʒ ſcḋa mouētia dicū̄t mouere ad exercitiū act⁹ tm̄ ⁊ non ad determinationē: q2 q̄tū in ipſis eſt pñt applicare diuerſa actiua paſſiuis/⁊ ſequunt̄ diuerſe actiones: ſicut hō pōt applicare manū igni ad calefaciendū/vel niuē ad infrigendū. determinatio auteʒ iſtarū actionū eſt nō ex applicatiōe ſed ex determinatis formis ꝓ̄prioꝝ agētiū applicatoꝝ.

Prīa opinio q̄ ē heruei.2.diſ.2.4.q.2.

¶ Secūda diſtinctio eſt de obiectis q̄ mouēt ad determinationē act⁹: q̄dā ꝗ̄do ꝯtingēter tā ex pte itellect⁹ in ſpeculatiuis ⁊ practicʒ/q̄ ex pte volūtatʒ. De ſpeculabilib⁹ ad pn̄s dimittit̄: de practicis aūt q̄ magis ꝑtinēt ad ꝓpoſitū ſciēdū eſt q̄ q̄dā mouēt neceſſario tā itellectū q̄ volūtatē q̄tū ad determinationē act⁹/nō q̄ neceſſariū ſit ſꝑ itelligere/vel velle actualia: ſed q2 itellect⁹ ⁊ volūtas ſi exeāt in actuʒ ſunt determiati ad alterā partē: puta q̄ itellect⁹ eſt determinat⁹ ad aſſentiēdū nec poſſit diſſentire: ⁊ volūtas ad acceptādū vt nō poſſit refutare. Vbi gr̄a Reſpectu ei⁹ qḋ ē bn̄ hr̄e ſūptū i ſua gn̄alitate/ et ꝯ̄ſilr̄ reſpectu ei⁹ qḋ ē male hr̄e/vl̄ reſpectu miſerie in gn̄ali: itellect⁹ ē determinat⁹ ad diſſentiēdū: ⁊ volūtas ad refutandū nō tn̄ q̄tū ad exercitiū act⁹. q̄dā ꝗ̄o nō mouēt neceſſario ad determiationē act⁹ ⁊ talia ſunt illa q̄ hn̄t ꝯnexionē ꝯtigentē cū ꝑ ſe ⁊ ꝑmo volibilib⁹ ⁊ reſpuibilib⁹: qḋ ꝯtingit dupliciter. Vno mō q̄ tn̄ bn̄ hr̄e ē admixtū aliqḋ male hr̄e: ſicut i actu meritorio cū bono meriti ē admixtuʒ malū laboris: ⁊ cū bono delectabili ē q̄nq̄ admixtū malū alicui⁹ turpitudinis. Alio mō q2 illud nichil facit ad nr̄m bene vel male hr̄e. verbi gr̄a/q̄

ſint duo vel tres lapides in olimpo: ⁊ ideo non eſt neceſſarium talia determinate acceptare/vel determinate reſpuere: ſed poſſunt indifferēter acceptari vel reſpui. ⁊ ex hoc reddit̄ ratio quare in poteſtate noſtra eſt exire vel non exire in actum reſpectu primo ⁊ p ſe volibilium: q2 actus conſiderandi talia eſt quidam actus particularis habēs annexum malum cum bono: quia dum talia cogitamus impedimur ab aliis. actus autem qui habet admixtum malum cuʒ bono/poteſt reſpui vel acceptari quare. ⁊c. Iſte ad probatōeʒ dicunt ꝙ prima radix libertatis eſt contingēs cōnexio aliquorum volibilium ad p ſe ⁊ neceſſario volibilia et noticia talis connexionis. vnde in eo qui vno intuitu videret omnia/ iſtud ſoluʒ ſufficeret ad libertatem. in nobis autem qui p diuerſos diſcurſus puenimus ad noticiam talis connexionis/libertas conſiſtit in hoc ꝙ ꝓpoſitis talib⁹ contingenter volibilibus antequā perfecte eis cōſentiamus in poteſtate noſtra eſt ꝙ talia volibilia referant̄ p deliberationem in p ſe ⁊ neceſſario volibilia et ea referre ſub diuerſis rationibus appetibilitatis. Iſta autem poteſtas non eſt in nobis immediate p nudas potentias: ſed p aliquos actus ſupadditos tam ex parte intellectus / quā ex parte voluntatis: qui act⁹ ſunt dictamina rationis quibus iud camus inquiſitionem expectando: ⁊ acceptatio voluntatis: quia vt iſti dicunt propoſito aliquo contingēter volibili ſtatim occurrit adulto ꝙ expectari debet inquiſitio ſeu deliberatio: ⁊ hoc ratio ei dictat ⁊ voluntas acceptat/ ad quod ſequitur libera ptractatio rationis: ⁊ p cōſequēs libera electio voluntatis: quia deliberatio oſtendit talia volibilia habere diuerſas rationes appetibilis ⁊ reſpuibilis. Rationes huius opinionis poſite ſunt in argumento. ¶ Secunda opinio tenet cum doctrina commētatoris: et cum doctore qui hanc queſtionem mouet ſub eiſdem terminis prima parte. q. lxxxiii arti. ii. ꝙ liberum arbitriuʒ non eſt habitus nec actus elicitus: ſed eſt potentia intellectus/vel voluntatis/vel vtrumq3 ſimul̄.

2. opīo q̄ ē durādi. 2. di. 24. q. 1

Q ꝫ non ſit habit⁹ ꝓbat̄ faciliter: q2 vel eſſet habit⁹ acq̄ſit⁹ ex actib⁹ vel inat⁹ nō acq̄ſit⁹ pp duo. Primū eſt: q2 actus p̄cedentes acq̄ſitionē talis habitus nō eſſent liberi: poſterius autem non eſt principium prioris. ergo liberum arbitrium non eſſet principium actuum p̄cedentium ipſum / et ita nō eſſent liberi quod falſum eſt: tum q2 non poſſem⁹ peccare p ipſos: tum q2 actus cauſantes habituʒ et cauſati ex habitu ſunt ſimiles vt patet ex ſcd̄o ethicoꝝ. et ideo ſi ſequentes ſunt liberi et p̄cedentes. Secūdum eſt ꝙ habitus cauſatus ex actib⁹ determinate inclinat ad bene vel determinate ad male /vt patet ex ſecūdo ethicoꝝ. ſed liberum arbitrium non inclinat determinate ad alteruʒ ſed indifferenter ad vtrūq3. quare. ⁊c. ¶ Si dicat̄ ꝙ eſt habitus innatus: adhuc habemus ꝓpoſitum q2 talis habitus non diſtinguit̄ realiter a potētia cum nō ſit realiter aliud quā habitualis inclinatio quam habet potentia ad tale obiectuʒ. ¶ Scd̄o ſpecialiter de actibus de quibus iſti loquunt̄: qui ſunt dictamen rationis iudicantis inquiſitioneʒ ſeu deliberationem expectandū et acceptatio voluntatis. Primuʒ patet ſic. aut actus qui dicitur eſſe liberum arbitrium eſt vnus ⁊ idem cum actu libero/aut non. ſi ſic: ergo non eſt principium ei⁹: q2 idem non eſt p̄ncipium ſuiipſius: ⁊ p cōſequēs non eſt liberū arbitriū: q2 liberum arbitriū eſt p̄ncipiū oīs act⁹ liberi. ſi non: aut illi duo actus ſunt ſimul/aut non. Non poteſt dici ꝙ ſint ſimul: q2 ſcd̄m curſum nature de quo nunc loquimur/nec duo act⁹ intelligendi/nec duo actus volēdi poſſunt eſſe ſimul. Sʒ forte dices contra q2 angel⁹ ſemp intelligit ſe/⁊ quāq3 alia a ſe nō eodē actu/ ſed pluribus: ergo ⁊c. ¶ Reſpōſio. Actus quo angelus cognoſcit ſe nō differt a ſua ſubſtantia: ⁊ ideo poteſt eſſe cū alio actu ſecūdo: non ſic aūt duo actus / nec in angelo nec in nobis ſcd̄m naturā. ¶ Si autē dicat̄ illi duo actus nō ſint ſimul ſed adueniēte ſecūdo/ p̄mus ceſſat: ſequit̄ ꝙ p̄m⁹ nō eſt cauſa ſecūdi: q2 cauſa ꝓxima ⁊ imediata ſiue ſit effectiua ſiue materialis in qua vel ex qua ſimul eſt cū effectu. de effectiua 3. 7. phiſicoꝝ. de materiali ꝑſo qualitercunq3 accepta de ſe notū eſt: ſi ergo nō ē ſimul: nō eſt cauſa talis/et p conſequens eſt liberum arbitrium: cū liberū arbitriū ſit cauſa effectiua vel receptiua actuū liberoꝝ. Secundū patʒ ſic. nullus actus q̄ eſt in libera poteſtate noſtra eſt liberum arbitriū: ſed iſti actus de quib⁹ intēdunt iſti ſunt hmōi. ergo ⁊c. Maior patet: q2 liberū arbitrium eſt p̄ncipiū oīm actuū q̄ ſunt in poteſtate nr̄a: ſed idem nō eſt p̄ncipiū ſuipſi⁹. ergo ⁊c. Minor probat̄ ſcʒ ꝙ dictamen rationis iudicātis deliberationē eſſe expectandā ⁊ acceptatio voluntat̄/ſunt de libera poteſtate noſtra: q2 actus rōnis practice ⁊ voluntatis circa cōtingēter volibile eſt in poteſtate nr̄a: ſed act⁹ rōnis ⁊ volūtatis circa expectationē deliberationis ſunt hmōi. ergo ⁊c. Maior patet ex ſeipſa ⁊ ex dictis alioꝝ. Minor ꝓbat̄: q2 expectare deliberationē nō eſt neceſſario volitū/ nec neceſſario nolitū vt quilibʒ experit̄ in ſe: alioquin nullus poſſet velle cōtingenter volibile niſi expectata deliberatione vel volita expectari: qđ falſum eſt. Et ꝓbat̄ p rationē: q2 actus q̄libet habēs admixtā rationē boni cū malo eſt cōtingēter volibilis vt ipſimet ꝯfitent̄: ſʒ expectare deliberationē ſit hēre rōnē boni admixtā cū malo: q2 quāuis bonū ſit deliberare de contingētib⁹: tn̄ cū hoc bono multa mala vera vel apparētia poſſunt eſſe ꝑmixta: puta timor amittēdi ex expectatiōe deliberationis bonū oblatū vel tediū ⁊ difficultas q̄ eſt in deliberādo ⁊ expectādo deliberationē/ ⁊ infinita talia quare. ⁊c. Mirū autē valde eſt qđ iſti dicunt ꝙ ꝓpoſito quocūq3 cōtingenter volibili/ſtatim ante pfectum ꝯſenſum occurrit cuilibet adulto ꝙ deliberatio eſt expectāda: ⁊ hoc rō dictat/ et voluntas acceptat: ac p hoc habet poteſtatē referendi contingenter volibilia in p ſe volibilia/qđ hoc eſt illud in quo cōſiſtit tota libertas: q2 iſtum occurſum pauci experiunt̄ niſi valde prudētes: q̄ non a natura ſed p conſuetudinē hoc acquiſierūt: quia aſſueti ſunt de occurrentib⁹ deliberare. multitudo autem hominum in quibus eſt liberuʒ arbitrium/nichil tale habet nec experit̄ niſi Catho

¶ Ad rōnes in oppoſitū. Ad p̄mā q̄ dicit ꝙ primus act⁹ q̄ eſt in poteſtate nr̄a eſt deliberatio vel cōcluſio deliberationis/dicendū ꝙ hic eſt duplex defect⁹. p̄m⁹ q2 minor pōt negari ꝓbabiliter: q2 ſicut dic̄. 2. phiſicoꝝ. ars non deliberat: immo ex defectu artis procedit deliberatio. nō enim ſcriptor deliberat qualiter formabit litteram: niſi ſit imperitiſſimus: et tamen opera artis ſunt liberi/

Ad rōnes ān oppōm Durand⁹ vbi ſupra.

et in potestate nra. ¶ Item intēperat⁹ non deliberat an debeat velle delectabilia: quia hec accipit tanq̄ꝫ finem. et tamē hoc velle est in potestate sua: alioquin nō peccaret hec volendo. ¶ Et si dicat ꝙ intēperat⁹ peccat hec volēdo: nō q: illud velle sit nūc in potestate sua: q: non est sic cū q̄lis vnusquisqꝫ est/ talis sibi finis videat: sed q: a ṗncipio fuit in potestate sua ꝙ in eo crearet talis habitus vel non causaret. sicut dicit de illo q̄ inebriauit se ex culpa sua/ vel incidit in frenesim: ꝛ in eis committit homicidium. Non valet q: ebrietas et frenesis tollūt iudiciū rationis. ꝛ ideo quod faciunt ebrij vel frenetici nō imputat eis ad nouum peccatum: sed totum peccatum fuit illud factū ꝑ qđ voluntarie inciderunt in ebrietatē vel frenesim: ꝛ ꝓpter illud merent tot malediciones quot mala sequunt: q̄uis non peccent nouo pctō. De intēperato autē non sic est: q: non amisit iudiciū rationis: ꝛ pōt esse de eo qđ accipit vt finē deliberarꝫ ex altiori fine: ꝛ si nō deliberat sed sine deliberatione acceptat peccat nouo peccato. ¶ Et cum dicit ꝙ qualis. ꝛc. verū est inclinatiue sed non necessario: alioquin nulli⁹ viciosus esset criminabilis. sic igit intēperat⁹ peccat: ꝛ cū ille actus non est deliberatio: nec cōclusio deliberationis. ꝙ maior illa non est vera. ¶ Ad ꝓbationē cū dicit ꝙ actus penit⁹ indeliberati nō sunt in potestate nostra/ est dicendum ꝙ actus indeliberati possunt accipi dupliciter. Uno modo illi actus de quib⁹ nō est deliberatum nec potuit deliberari: sicut sunt primi motus subiti tāgētes mentē: q: nulla deliberatio hūana pōt esse subita: ꝛ isti nō sunt in ptāte nra: nec scđm se nobis imputant nisi ꝓpter hoc ꝙ potuerūt ṗuenire ne insurgerēt. aliq̄ etiā actus sunt indeliberati: q: de eis nō est deliberatū/ potuit tñ de eis deliberari: q: mens nō solū subito eis tangit: sed ꝑsistit: ꝛ tales actus sic indeliberati bñ sunt in potestate nostra. ¶ Secūdus defect⁹ est: q: ꝯcessa maiore/ minor potest interimi: q: tam deliberatio q̄ꝫ cōclusio deliberationis est in potestate nostra per nudas potētias ꝛ non ꝑ aliquos act⁹ se hñtes ad hoc in ratione ṗncipij actiui vel passiui. Et cū ꝓbat ꝙ liberū arbitriū includit volūtatē. verū est sed nō solū: q: cū ea includit rationem/ cū liberuꝫ arbitriū sit facultas rationis ꝛ voluntatis: q̄uis autē deliberatio ꝛ ꝯclusio deliberationis nō sint actus elicit⁹ a volūtate: est tñ actus elicit⁹ a ratione sicut electio a volūtate ꝛ sine alio actu medio q: nec in intellectu est simul alt⁹ act⁹ cū deliberatione: nec in volūtate est alius act⁹ cū electione: ꝛ ideo arbitriū nullū est deliberatio nō est act⁹ elicitus a volūtate. ergo nō est actus nude potentie ꝑtinētis ad liberū arbitriū: sicut nullū arbitrium esset electio nō est act⁹ elicit⁹ a rōne: ꝙ nō est act⁹ elicit⁹ a nuda potētia liberi arbitrij: q: liberū arbitriū icludit vtrāqꝫ potētiā ꝛ vtriqꝫ respōdet ꝓprius act⁹ ab ea elicit⁹. nec opoꝛꝫ ꝙ act⁹ itellect⁹ q̄ nō ē a volūtate elicit⁹ sit ab ea iꝑat⁹: q: nō oēm actū intellect⁹ ṗcedit aliq̄s act⁹ volūtatis: q̄uis oporteat ecōuerso. ¶ Ad scđm dicendū ꝙ illa rō videt supponere ꝙ liberū arbitriuꝫ sit cā effectiua actuū q̄ sunt i potestate nra qđ nō oēs ꝯcedūt sed dato ꝙ ita sit tūc dicendū ꝙ maior ꝓpositio intelligit de oi causalitate simplr aut solū de causalitate libera. si de oi causalitate ꝑnaliter falsa est: q: nō oē qđ hʒ talē causalitatē et actualē sup aliquē effectū hʒ eā ꝑ aliquē actū medium q̄ sit actiuum ṗncipiū illi⁹ effect⁹ sed sufficit ꝙ sit a forma cuius est agere vt ṗncipiū quo. ignis eniꝫ calefacit aquā ꝑ calorē quē hʒ i se ꝛ imediate nō mediāte aliq̄ qđ sit ṗncipiū actiuū caloris causati in aq̄ seu calefactionis. ꝛ silr volūtas pōt hr̄e causalitatē actualē necessariā vel liberā sup aliquē actū affirmatū agēdo illū nō ꝓpter aliquē actū aliū secūdū q̄ sit ṗncipiū effectiuū illi⁹ ꝛ ꝑ idē habebit cālitatē sup negationē act⁹ incompossibilis. ¶ Notandū auteꝫ ꝙ illud qđ dr̄ ꝙ act⁹ subiti nō sint in potestate nra videt repugnare ei qđ supradictū ē ꝙ act⁹ q̄ sunt circa ꝯtingēter volibilia sunt i ptāte nra q: act⁹ subiti sunt freq̄nter circa talia volibilia: nō tñ repugnāt/ q: q̄ꝫtū est ex gñe act⁹ oēs tales sunt in ptāte nra: sꝫ nichil ꝓhibet ꝙ in aliq̄ casu nō sint in ptāte nra ꝓpter aliq̄d adiūctū sicut ē subitatio: q̄ nō pōt cadere sub deliberatiōe. iō. ꝛc. 3. opinio.

¶ Tertia opio ē cui videt ꝙ iste opiones pñt cōcordari: sic ꝙ liberū arbitriū nō est habit⁹ nec est act⁹ sed est ipsa nuda potētia itellect⁹ vel volūtatis vel vtrꝰqꝫ. sicut dicit secunda opio cōis: tñ ad hoc ꝙ liberū arbitriū exeat in actū q̄ sit formalit ꝛ essentialit libere elicit⁹ vel iperat⁹ opoꝛꝫ ꝙ pri⁹ exeat i actū nō liberū sꝫ necessariū. Dico aūt pri⁹ tpe vel natura: hmōi aūt actus est respectu ei⁹ qđ est necessario iudicatū vel volitū. Primū bñ probat scđa opio. scđm bñ ꝓbat pria opio. ¶ Tertiū ꝓbat sic: q: oē illđ ꝓpt qđ aliud iudicat vel appetit opoꝛꝫ eē iudicatū ꝛ volitū ṗus tpe vl nature: sꝫ oē qđ libere iudicat appetendū vel libere appetit/ iudicat ꝛ appetit ꝓpter finē necessario iudicatū ꝛ appetitū. ergo ille pri⁹ iudicat ꝛ appetit: non tñ ꝓpt hoc ille act⁹ est liberū arbitriū: sicut ad videndū req̄rit spēs: nō tñ ꝓpter hoc spēs est potentia visiua: aut sicut itellect⁹ nō assentit necessario cōclusioni nisi ꝓpter cognitionē ṗncipioꝝ ṗcedētē tpe vel natura: nō tñ ꝓpt hoc illa cognitio ē potētia itellectiua. ¶ Preterea liberū arbitriū ē icorruptibile: sed ois actus est corruptibis. ergo ipossibile est ꝙ act⁹ aliq̄s sit liberū arbitriū. ¶ Preterea/ liberū arbitriū est subiectū actus liberi puta electionis: sed vn⁹ act⁹ nō est subiectū alteri⁹. ꝙ actus nō est liberū arbitriū. ¶ Preterea liberuꝫ arbitriū est causa act⁹ liberi nō solū in fieri sꝫ cōseruari: sꝫ actus ṗm⁹ manet cū secūdo nec pōt cōseruare aliū q̄ nō pōt ꝯseruare seipm̄. ergo ṗmus act⁹ nō est liberū arbitriū. ¶ Quātū ad secūduꝫ 2. articul⁹. vtrū libertas sit in volūtate ṗmo respectu act⁹ eliciti vel imperati. ¶ Rñsio. q̄dā dicūt ꝙ respectu actus iperati: dicūt eñ ꝙ deliberare est ṗm⁹ act⁹ q̄ est in ptāte nra. hic tñ act⁹ nō est in ptāte nra ratione cuiuscūqꝫ potētie nude: sed mediāte aliquo actu q̄ nō ē i ptāte nra. deliberare aūt nō est a volūtate elicit⁹ sed a rōne ꝑ imperiū volūtatis. Q͞ꝫ deliberare sit ṗm⁹ act⁹ q̄ sit in ptāte nra ꝓbat: q: ante deliberationē null⁹ act⁹ est i ptāte nra. act⁹ ei penitus ideliberati nullo modo iputant. ¶ Itē nec act⁹ seq̄ntes sunt i ptāte nra nisi q: de eis potuimus deliberare sic vel aliter. ergo ṗmus act⁹ q̄ est in ptāte nra ē deliberatio. ꝙ aūt act⁹ deliberati nō sint in potestate nra nisi ratione deliberationis patet: quia ꝑ deliberationem ꝙ aliquid est ꝓ nunc eligendum stante hac ypotesi aut voluntas potest non eligere aut pōt. si pōt/ ergo eligere fm se nō est in ptāte nra: nisi q: potuim⁹ sic vel aliter

deliberare et ita actus deliberat⁹ puta eligere eſt in poteſtate noſtra rōne deliberationis exiſtentis in poteſtate. ¶ Si dicatur ꝙ voluntas poſt deliberationē pōt non eligere: Cōtra: qꝛ hoc eſſet vel reſpuendo vel non exeundo in aliquem actum. Primū non poteſt dici qꝛ tunc voluntas exiret ī actū reſpuendi ſine obiecto. qꝛ pro tunc nichil eſt preſentatū voluntati vt reſpuendum: nec ſecūdū poteſt dici: qꝛ volūtas nō hꝫ dn̄iuꝫ ſup nō exire in actum niſi mediāte in aliquo actu: ſed nullus ponitur preter deliberare: quare ⁊c. Secūdū patet/ ſcꝫ ꝙ hic actus nō eſt ī poteſtate nr̄a niſi mediāte aliq̄ actu q̄ nō eſt ī poteſtate nr̄a: qꝛ deliberare nō ē ī ptāte nr̄a niſi qꝛ īperatū a volūtate: ſꝫ iperiū volūtatis/ eſt ꝑ aliquē actū eius omne eī imperiū volūtatis ſupponit aliquē actuꝫ intellect⁹: quare ⁊c. ¶ Itē actus qui eſt ī poteſtate noſtra eſt a nobis actiue: ſed nuda potētia intellectus et volūtatis nō poſſunt ſe habere actiue ad aliquē actū ſed tm̄ paſſiue: quare ⁊c. ¶ Sed iſta videntur eſſe contra Auguſt. qui dicit nichil tam eſt in poteſtate nr̄a q̄ velle/ vel ipſamet voluntas accepta pro actu: ſed velle eſt actus elicitus. ergo ille eſt maxime ī poteſtate noſtra: ſed primū ī vnoquoqꝫ genere eſt maxime tale. ergo actus elicitus eſt prius in poteſtate voluntatis q̄ imperatus. ¶ Ad primū dicēdum ꝙ prim⁹ actus qui eſt in poteſtate noſtra eſt iudicare de eligendo vel reſpuendo aliquid non habens connexionē neceſſariā ad vltimum finem et prim⁹ actus qui eſt in poteſtate voluntatis eſt eligere vel reſpuere aliquid tale: imo ipſum deliberare eſt in poteſtate noſtra ꝑ hoc ꝙ poſſum⁹ iudicare deliberandū vel nō deliberādum: ſed verū eſt ꝙ nec illud iudiciū eſt liberum niſi qꝛ poteſt eē deliberatū. Unde videtur eſſe concedendū ꝙ primus actus qui eſt in poteſtate noſtra eſt deliberare vel iudicare deliberandum vel de deliberando. ¶ Ad ſecūdū dicendū ꝙ primus actus qui eſt in poteſtate volentis eſt velle deliberare ⁊ non ipm̄ deliberare: qꝛ ſi non libere imperaret ipm̄ deliberare deliberare non eſſet liberū. Unde mala ymaginatio eſt ꝙ deliberatio ideo ſit in poteſtate nr̄a: quia eſt a voluntate imperata: imo ideo: qꝛ a volūtate potuit imperari cum in iſtis ſit proceſſus ī infinitum nec ſit dare aliquem actum liberū in ſpeciali qui neceſſarius ſit prim⁹: ſed ideo eſt omnis actus liber qui potuit eſſe obiectuꝫ intellect⁹ et voluntatis ad eligendū vel reſpuendū: ſed tamen potentia eſt prius libera reſpectu actus a ſe eliciti q̄ a ſe imperati. ¶ Ad aliud dicēdū: ꝙ potētia pōt eſſe libera reſpectu actus quē nō afficit: dū tamen impedire potuit. ¶ Quantū ad tertiū vtrū potētia pure paſſiua poſſit eſſe libera libertate arbitrij. dicūt aliqui ꝙ liberū arbitrium hꝫ aliquos actus elicitos et aliquos imperatos eliciti ſunt actus deliberandi vel concluſio deliberationis ⁊ electio voluntatis. Imperati vero ſunt act⁹ aliarum potentiarum anime vel organorum corporis que obediunt rationi ⁊ volūtati. ¶ Si ergo queritur vtrum potentia nec pure paſſiua: ſed aliquo modo paſſiua reſpectu actuum imperatorum ſit libera. ¶ Dicendum eſt ꝙ non: qꝛ tales act⁹ vel ſunt paſſiue et receptiue in potētijs ſenſitiuis vel organis corporis: ſed conſtat ꝙ potentie ſenſitiue vel organa corporis nō ſunt liberi arbitrij: q̄re ⁊c. ¶ Si ꝟo queratur de potentia paſſiua reſpectu actuum elicitorum ſicut dicendum eſt ꝙ cuꝫ pure paſſiuū ſit ꝙ nullo modo eſt actiuū. aliquid auteꝫ dicitur eſſe actiuum reſpectu exercitij actus: qꝛ applicat actiuum paſſiuo. Aliud vero reſpectu determinationis actus quia imprimit formam paſſo vt dictū fuit in precedenti articulo. Sed dicendum ꝙ illud quod nullo eſt actiuum neqꝫ quo ad exercitium neqꝫ quo ad determinationem act⁹ nō poteſt eſſe liberum. Illud autē quod eſt pure paſſiuum quo ad determinationē actus dūtamen ſit actiuum reſpectu exercitij actus poteſt eē liberū. ¶ Primū patet ſic. Potentia que de ſe eſt indifferens ad plura ⁊ nichil agit ad ſuā determinationem non eſt potētia libera libertate arbitrij: ſꝫ potētia pure paſſiua eſt huiuſmodi. ergo ⁊c. Maior patet: qꝛ liberū arbitrium intelligimus illud principium ꝑ qđ habem⁹ dn̄ium nr̄orum actuū nō ſolum ſicut cōiter dicitur ꝙ omne agēs dn̄atur ſuo paſſo: qꝛ tunc omne agens eſſet liberū qđ falſum eſt: ſed ſic in poteſtate habentis tale principiū eſt exire in actum vel non exire et exire in actum aliquem vel in eius oppoſitum: ſed ꝑ illud qđ eſt indeterminatum ⁊ nichil agit ad ſuā determinationem non habem⁹ talē poteſtatē ſeu tale dominiuꝫ ergo ⁊c. Minor ꝓbatur: qꝛ indeterminatū nō pōt exire in actū niſi determinet̄: ſꝫ nō poteſt determinari niſi aliquo agente talē determinationē: quia nec fit niſi aliquo agente: ꝙ ergo nec agit ad taleꝫ determinatiōem non habet dominiū ſeu talem poteſtatem ſup actū ſequentē. Minor rōnis principalis eſt de ſe nota: quare pure paſſiuū nichil agit ¶ Secundū patet: qꝛ ſicut hō libere cōburit manum ſuam vel libere extinguit ignē ꝑ hoc ꝙ in poteſtate ſua eſt applicare eam igni vel aque: ſic potentia q̄ poteſt ſibi applicare vnū obiectum vel oppoſitum vel non applicare ſꝫ non efficiat totū ſuū ſed illud obiectum liberum ſe habet ad actū illuꝫ habendum vel non habendum. ¶ Ad argumēta principalia ſolutū eſt ī primo articulo per illos de ſecunda opinione.

¶ Queſtio ſecunda.

Secundo queritur vtrū xp̄s meruerit in inſtanti conceptionis ſue? Et videt̄ ꝙ non: qꝛ liberuꝫ arbitrium eſt indifferens ad merendum ⁊ demerendum: ſꝫ nulla creatura potuit peccare in inſtanti ſue creationis. ḡ nec xp̄s rōne ſue humanitatis potuit mereri in inſtāti ſue creationis. ¶ Itē omne humanū meritū videtur conſiſtere in aliqua actione in qua aīa cōmunicat corpori ſaltē vt obiecto: qꝛ cū corpus cōicet ī premio debet cōicare in merito: ſed xp̄s non potuit ī inſtanti conceptionis ſue habere aliquā actioneꝫ humanā in qua anima cōicaret corpori etiam vt obiecto: qꝛ vires ſenſitiue ex quib⁹ intellectus accipit ſuum obiectum fuerunt in xp̄o tunc indiſpoſite ſicut et in ceteris paruulis: ⁊ ꝓpter hoc nō potuit mereri. ¶ In contrarium arguitur. ꝑfectū ē agere ſed xp̄s in inſtanti conceptōnis ſue fuit ꝑfectus vir ſm̄ illud Iere. xxi. Nouū creauit dn̄s ſuꝑ terrā femina circūdabit virum. ergo xp̄s ī inſtāti conceptionis ſue potuit agere ea que ſunt viri: ſed hoc eſt mereri. ergo ⁊c. ¶ Rn̄ſio. tria ſunt videnda in generali. ¶ Primo: qꝛ meritum cōſiſtit in actu ſuppoſiti videbit̄ de actione xp̄i. ¶ Secūdo de merito xp̄i. ¶ Tertio de merito merendi/

obiicit doctor cōtra dicta ⁊ ſoluit rōnes ſñ factas

3. articul⁹ Duran. q. diſt. xxiii. q. ii.

Nō q. Primum

Secundū

In oppō

Rn̄ſio.

ſ. articul⁹ ſpecialiter quo ad paſſionem. ¶ Quātum ad pri
mum tria videnda ſunt. ¶ Primo de pluralitate
et vnitate actionum in xpo. ¶ Secundo de cōita
te ꝛ ꝓprietate actionū in eo. ¶ Tertio q: ſuppo
ſiti eſt agere quomodo xps ſit ſuppoſitū hūanū.
Du.di.pri ¶ Quantum ad primum ꝓponūt aliqui tria.
ti.q.ſ. ¶ Primū eſt ꝙ hūanitatis et diuitatꝫ fuit i xpo
vna actio.in alio tn̄ ꝛ in alio genere cauſe.
¶ Secundum eſt ꝙ in xpo ſm vtramqꝫ naturam
fuit vna actio in vno genere cauſe:ſed in alio mō.
¶ Tertiū eſt ꝙ impoſſibile eſt in eodē genere cau
ſe et in eodē modo eſſe in xpo tn̄ vnā actionē di
uinitatis et humanitatis. ¶ Primū patet ſic: q:
actio ꝛ paſſio ſunt vnus mot⁹ et ſunt in paſſo ſicut
i ſubiecto ſicut dicit̄.3.phiſi.et ideo moueꝛꝫ ꝛ mo
ri eſt idē actus ſed vnius tanq̄ agentis alteri⁹ tanq̄
materie vel patientis:et ſic eſt de motu: ita eſt de
quacūqꝫ actione tunc ſic agentis ꝛ patiētis ē idē
act⁹ lꝫ in alio genere cauſe ſed diuina natura ꝛ hu
mana in xpo ſe habuerunt vt agens et patiēs re
ſpectu pluriū actionū ſicut reſpectu receptionis
gratie et glorie ꝛ hmōi:q: qd̄ influebat deitas re
cipiebat humanitas ꝙ hmōi actiones fuerūt di
uinitatis et humanitatis vni⁹ tanq̄ agentis alte
rius tanq̄ ſubiecti recipiētis:et ita in diuerſo ge
nere cauſe. ¶ Secūdū patet omnē effectū quē ef
ficit cauſa ſecunda efficit et cauſa prima: ſꝫ p aliū
modum vt habet̄ ex cōmento prime ꝓpoſitionis
li.de cauſis:ſed humana natura ſe habet ad diui
nam vt cauſa ſecunda ad primā/ergo omnē actio
nem quā efficiebat humana natura in xpo imme
diate efficiebat natura diuina mediate ꝛ ſm hunc
modum eadē eſt actio principalis agentis ꝛ iſtru
mentalis et in eodē genere cauſe:ſed in alio mō.
¶ Tertiū patet tripliciter. ¶ Primo ſic. Pluri
ficato ꝑncipio p ſe ꝛ ſufficiēti ꝛ imediato opꝫ plu
rificari actionē.nunq̄ eni ad vnā actionē poſſunt
concurrere plura principia p ſe ſi quodlibet ſit ſuf
ficiens et imediatū ſicut ſufficienter fuit declara
tum li.ꝗ.diſt.ſ.ſed diuina natura eſt ſufficiēs prin
cipiū ꝛ immediatū aliquaꝝ actionū.ſꝫ iter etiam
natura humana ſuppoſita eius cōſeruatione qua
re oportet hmōi actiones eſſe plures. ¶ Secūn
do ſic.ſicut ſe habꝫ vnitas actionis ad vnitatē na
ture:ſic pluralitas ad pluralitatē:ſed pluriū per
ſonarum diuinarum eſt vna actio ꝓpter vnitatem
nature.ergo in xpo ſunt plures actiones propter
pluralitatē naturarū exiſtētiū in ipſo. ¶ Tertio
ſic.actionū quedā ſunt manētes in agēte:et q̄dam
ſunt tranſeuntes in materiā exteriorē: ſed tā hee
q̄ ille plurificantur in xpo ſm deitatē et humani
tatē,ergo ꝛc. Minor declarat̄.ꝙ eni in xpo actio
nes itra manētes plurificēt̄ patꝫ ex hoc ꝙ ꝑter ſciē
tiam diuinā ponim⁹ in xpo ſciētiā humanā: ꝛ pre
ter velle diuinū ponimus humanum vt dictū fuit
ſupra/de operationibus tranſeuntibus extra. patꝫ
ꝙ aliquid conueniebat ei ſm diuinā naturā ſicut
gubernatio mūdi ꝛ operatio miraculorū ꝛ hmōi
quedā etiā cōueniebāt ei ſm humanam naturam
q̄ non conueniebant ei immediate ſꝫ diuinā ſicut
ſ.dictū,hu tangere infirmū:quare ꝛc ¶ Quantū ad ſecūdū
ius articli de cōitate et proprietate actionū dicendum ꝙ in
xpo fuit opatio diuinitatis ꝛ ꝓpria humanitatis
et cōmunis vtriqꝫ. ¶ Primū patet: q: in illis q̄
ſm diuinitatem operatus eſt xps nichil omnino coo
perata eſt humanitas actiue: nec ſibi conueniunt
niſi ſm nomen in concreto: vt cū dicimus iſte hō
creauit ſtellas vera eſt in hoc ſenſu non ꝙ humani
tas ibi aliquid egerit q̄ necdum erat: ſed quia ha
bens nunc humanitatem creauit eas. ¶ Secūdū
etiā patet ſcꝫ ꝙ eſt operatio.i.paſſio propria hūa
nitati. Cum eni dicitur deus paſſus et mortu⁹ nō
eſt ſenſus ꝙ diuinitas nec principaliter nec aliter
ſit paſſa ſed ꝙ humanitas in deo vere eſt paſſa aut
ꝙ deus eſt paſſus per eam: ſic tn̄ ꝙ ſicut dicēdo ꝙ
homo creat nulla actio attribuitur hūanitati:ſic
cum dico deus moritur nulla paſſio attribuit̄ di
uinitati. ¶ Tertiū etiā patet ſcꝫ ꝙ oīs actio hu
mana xpi inq̄tum actio eſt fuit cōis diuinitati et
humanitati nō ſolū illo modo quo primi dicunt ꝙ
deus mediate homo immediate ꝛc. ꝓpter conſer
uationem principiorū :ſed q: natura ſubſiſtēs nō
poteſt agere niſi ſuppoſito principaliter agente vt
ſupra dictum eſt. ¶ Quantū ad tertiū dicunt ſic 3. dictum
aliqui ꝛ bene ꝙ aliquod ſuppoſitū poteſt dici ſup
poſitum humanū tripliciter. ¶ Vno modo ꝙ di
catur humanum qd̄ eſt ſuppoſitū conſtitutū p na
turam humanā. ꝛ ſic pſonam filij eſſe ſuppoſitum
humanum eſt impoſſibile: q: impoſſibile eſt ſuppo
ſitum eternum eſſe conſtitutū p naturam crea
tā ex tpe niſi aliqs velit dicere ipm p naturā hūa
nam ſm quid conſtitutū ſcꝫ q̄tū ad hoc ꝙ eſt eſſe
homo vel humanum. ¶ Alio modo poteſt aliqd
ſuppoſitū dici ſuppoſitū humanū : q: ſcꝫ ſubſiſtit
in natura humana et p ipm ſubſtātificat̄ ꝛ ei i vni
tate ſuppoſiti ꝛ in eſſe pſonali vnitur: ꝛ ſic ſm il
lud oportet dicere pſonā filij eſſe ſuppoſitū huma
num. ergo filius dei pſona eſt ſecūdo modo ſup
poſitū humanū: q: ſicut ſuppoſitū habens albedi
nem ſe habet ad hoc ꝙ dicatur albū: ita ſuppoſitū
habēs humanitatē ſe habet ad hoc ꝙ dicatur hūa
num: ſed ſuppoſitū habens albedinem poteſt dici
album. ꝙ ſuppoſitum habēs humanitatē pōt dici
humanū. ſuppoſitū filij eſt huiuſmodi. ergo ꝛc.
¶ Quantum ad ſecundū principale ſcꝫ de meri 6. articul⁹
to xpi tria ſunt videnda. ¶ Primo ꝙ xps meruit
¶ Secundo qn̄ mereri incepit. ¶ Tertio an i me
rito pfecerit. ¶ Primū probant aliq̄ dupliciter.
¶ Primo q: ad meritum non videntur eſſe ne Du. q. ſ.
ceſſaria niſi tria ſcꝫ ꝙ agens ſimpliciter nō ſit i ter hui⁹ di.
mino: q: meritū cōparat̄ ad p̄miū ſicut via ad ter
minum. ¶ Secūdū eſt ꝙ agens ſit dñs ſue actio
nis: ita ꝙ in poteſtate eius ſit agere vel non agere
nec agat neceſſitate ſed libere: q: ꝙ actio ſit bona
vel mala hoc habet ex obiecto ꝛ circunſtātijs ob
iecti: ſed ꝙ ſit imputabilis ad laudem vel vitupe
rium hoc habet ex hoc qd̄ eſt in poteſtate agentis
vt dictū eſt in ſecūdo libro. ¶ Tertiū eſt ꝙ actio
ꝓportionē habeat q̄ ꝓportio attenditur ſm gra
tiam ꝛ charitatem. Ex quo poteſt ſic argui.
¶ Quicūqꝫ non ſimpliciter eſt in ſuo termino et
habet dominiū ſui actus et eſt in ſtatu gratie ſeu
charitatis talis poteſt mereri: ſed xpus ante re
ſurrectionē non fuit ſimpliciter in ſuo termino ſꝫ
fuit ſolum viator ꝛ habuit dñium ſue actionis li
bere ſicut et ceteri homines. fuit etiā pfectiſſim⁹
gratia ꝛ charitate. ergo potuit mereri. ¶ Secun
do patet idem ſic. Nobilius eſt aliquid agere per
meritum q̄ ſine merito: ſed oīs pfectio et nobili
tas eſt xpo attribuenda. ergo quicquid habēt aliq
p meritū fortiori rōne xps habuit p meritū. alio
quin aliq̄ illud nobiliori modo habuiſſent q̄ xps

qđ eſt inconueniens. Maior patet: q2 nobilius eſt aliquid habere a ſe ⁊ p ſe ꝙ ab alio vel p aliū. qui autē habet aliquid p meritū ꝓpriū quodāmodo hꝫ illud p ſeipſum inq̄tū p actionē ſuā fecit ſibi illud debitū: qui autē hꝫ ſine merito hꝫ oīno p aliū ergo nobili⁹ eſt habere p meritum aliquid ꝙ ſine merito de his q̄ poſſunt cadere ſub merito: et q2 xp̄o nobilius eſt attribuendum. ꝯñs eſt ꝙ xp̄s habuit p meritū quicquid alij habent p meritū: niſi ſit tale quid cuius carētia dignitati magis vł pfectioni xp̄i ꝑiudicet ꝙ p meritū accreſcat ſicut eſt gratia beatitudo aīe ſcientia ⁊ vnio cū pſona diuina: q2 cū meritū non ſit niſi eius qđ nundum habetur opoꝛtuiſſet ꝙ xp̄s aliquādo caruiſſet. Carere aūt iſtis: dignitatē ei⁹ magis diminuiſſet ꝙ meritum auxiſſet. et ideo talia non meruit: ſꝫ alia de quibus poſtea dicetur.

Obiectio doctoris.

¶ Sed cōtra ſecūdam rationem poteſt ſic argui: q2 ſi ratio bona eſt. ergo ⁊ gloriam anime non debuit habere ſine merito.

Solutio

¶ Et dicendū ꝙ illa ꝑfectio ponenda eſt in xp̄o ꝙ melius erat ſimpliciter ſibi ⁊ nobis ipm̄ habere ꝙ non habere ſibi aut melius erat ⁊ nobis non oberat habere gloriā aīe ꝙ mereri: q2 cū illa ſtabat ſatiſfactio p nobis: ſed ſec⁹ de impoſſibilitate aīe et gloria corpoꝛis et exaltatiōe nols: q2 nō potuiſſet pro nobis pati ⁊ mori niſi fuiſſet paſſibilis et moꝛtalis: nec vnꝙ̄ crucifixiſſēt ſi deū ac dominū cognouiſſent

De tēpore merēdi in xp̄o. j. modus dicendi

¶ Quantū ad ſecūdū de tp̄e merendi eſt quadruplex modus dicendi. ¶ Primus ꝙ xp̄s primo inſtanti cōceptionis ſue mereri potuit ⁊ meruit. Cuius ratio eſt ꝙ xp̄o debem⁹ ſm̄ aīaꝫ attribuere oēm ꝑfectionē ſpūalē q̄ poteſt ſibi cōpetere: ſed poſſibile fuit in xp̄o in primo inſtanti ſue conceptionis fuiſſe actū meritoꝛium. ꝗ hoc eſt attribuendū ſibi. Maioꝛ patet. Minoꝛ declaratur: q2 ꝙ aliq̄ res nō habeat ſuā operationeꝫ ſtatim cum eſt non poteſt cōtingere niſi ex tribus ¶ Primo q2 deeſt ſibi aliqua ꝑfectio q̄ requirit̄ ad agēdū. ¶ Secūdo ꝓp. ex ipediēs extrinſecum ¶ Tertio ꝓpter ſucceſſionē opationis ſicut leue non impeditū non mouet̄ eodē inſtanti quo eſt: q2 motus in inſtanti eſſe nō pōt. Cōſtat autē ꝙ i xp̄o ꝑfectio nulla deficiebat ex pte aīe q̄ eſſet neceſſaria ad merēdum nichil etiā erat qđ impedire poſſet actum meritoꝛiū. actus etiā volūtatis quo meremur indiuiſibilis eſt ⁊ nō ſucceſſiuus. ꝗ aīa xp̄i eodē inſtāti quo fuit potuit mereri: ⁊ per ꝯñs meruit.

ij. modus

¶ Alius modus eſt ꝙ xp̄s in inſtanti ſue cōceptionis non meruit quo ad vſum virtutis/ ſeu actum: ſed ſolū meruit in radice ſcꝫ in habitu charitatis ⁊ aliarū virtutū. ex quo dignus fuit glia. Qđ pbatur ſic. Si xp̄s meruit in inſtanti ſue cōceptionis aut actione beata: aut alia nō beata: q2 omis actio meritoꝛia eſt actio viatoꝛis vt viatoꝛ eſt. q2 ſolius viatoꝛis eſt mereri per ꝓprias operationes: ſed actio non fuit in xp̄o i m ꝙ viatoꝛ ſꝫ hꝫ ꝙ cōpꝛehenſoꝛ. ergo p illā nō meruit nec p illā q2 actus voluntatis in quo conſiſtit meritū ſequitur actum cognitionis. In xp̄o autem pꝛeter cognitionē diuinam non fuit niſi duplex cognitio ſcꝫ infuſa et experimētalis: neutra autē iſtaꝝ cognitionum fuit in xp̄o actu in pꝛimo inſtanti ꝯceptiōis ſue ꝓpter imperfectionem organoꝛū et virium ſenſitiuarum: quarum actus ſunt neceſſarij ad vſum ſcientie infuſe et experimētalis vt dictum fuit prius. ꝗ in xp̄o non potuit in primo inſtanti ꝯceptionis ſue eſſe aliquis actualis motus voluntatis q̄ meretur. Pꝛobabile eſt enī ꝙ tūc circa aīam xp̄i ex ea parte qua fuit viatoꝛ ex qua cōuenit ſibi mereri non fuit mutat⁹ naturalis oꝛdo vie qui eſt ꝙ nichil itelligimus neꝙ naturaliter neꝙ per reuelationem niſi ex ſenſatis et ymaginatis.

iij. modus q̄ eſt durādi. q q̄. huius diſt.

¶ Tertius modus dicendi eſt ꝙ ſi aīa xp̄i in primo inſtanti ſue conceptionis potuit exire in actum ſcientie infuſe non video quin potuit exire in actū voluntatis meritoꝛium ſicut ponit ꝑcedēs opinio nihil enī obſiſteret niſi q2 poſſet alicui videri ꝙ act⁹ quē habet creatura rōnalis in primo inſtanti ſue conceptions non eſſet in poteſtate eius et ſic nō eſſet meritoꝛius. ¶ Illud autē non obſtat: q2 ſicut de⁹ ab eterno voluit quicquid vnꝙ̄ poſtea voluit ⁊ cū alia vult libere et non vult ea ex neceſſitate ita eſt poſſibile ꝙ creatura rōnalis intellectualis in primo inſtanti conceptionis ſue poſſit multa velle nō ex neceſſitate: ſed libere. et tale velle meritoꝛium pōt eſſe ſi cadat ſup debitum obiectū cuꝫ debitis circūſtantijs.

4. mod⁹.

¶ Quart⁹ modus dicendi eſt ꝙ nō omne velle libere eſt velle libero arbitrio: ⁊ ſic velle libere eſt q2 eſt libertas a coactione: et hoc ē qn̄ vult aliquid ſm̄ ꝓpriā inclinationē et hoc pōt eſſe in illo qui de neceſſitate abſoluta vult aliqđ ſicut deus de neceſſitate abſoluta ⁊ naturaliter vult bonitatē ſuā. Sed libertas arbitrij dicit̄ ꝙ reſpectu illius reſpectu cui⁹ eſt libertas in poteſtate ei⁹ ſic facere et nō facere. et hoc requirit ꝙ ſic ſe habeat iſte qui eſt liberi arbitrij. Prima autem libertas nō requirit hoc. Ex hoc difficile eſt videre quō in primo inſtanti aliqua creatura rationalis poſſit mereri: q2 oēs dicunt ꝙ nullus pōt peccare in primo inſtāti creationis p actū ꝓpriū. ratio huius eſt q2 prim⁹ actus cōſequēs rē ineſt ſibi a generante/ et de neceſſitate nec eſt in poteſtate eius. Sed nullus demeretur in illo qđ nō eſt i poteſtate ſua ideo ⁊c. Tunc p eandē rōnē videt̄ ꝙ xp̄s non meruerit: q2 meritū ꝓpꝛie eſt in actu cuius aliqđ habet dn̄ium et poteſtatē: ſed prim⁹ act⁹ creature vt dictum eſt nō eſt i poteſtate ei⁹: ideo in iſto non eſt meritū nec demeritū. Poteſt dici ꝙ meritū poteſt accipi ꝓpꝛie ⁊ hoc eſt cōplacentia voluntatꝭ reſpectu illi⁹ reſpectu cuius q̄ meret̄ hꝫ dn̄ium. ⁊ ſic in primo inſtanti creature nō eſt meritū. Alio modo dicitur large meritū quecūꝙ bona volūtas infoꝛmata charitate ⁊ ſic meruit xp̄s i pmo inſtanti cōceptionis ſue ſi non potuit nō velle.

Cōfoꝛtat doctoꝛ ſecūdū modū dicēdi.

¶ Si quis vellet tenere ſecundā opinionē poſſet ſic ꝯfoꝛtare rationē ei⁹ que eſt ꝙ meritū requirit cognitionem non patrie ſed vie: q2 in ſuo vſu requirit fantaſiationē. ſed i primo inſtanti non potuit in coꝛpoꝛe xp̄i eſſe aliqua fantaſiatio cū etiaꝫ ante multos annos non ſit in pueris iſte vſus. ꝗ ⁊c. Maxime etiā q2 in vtero exiſtēs nichil a ſenſibilib⁹ accipere potuit. Pꝛeterea naturalibus non meremur: ſed ſoluꝫ actu deliberato: ſed primo inſtanti ſue creationis non poteſt homo deliberare cuꝫ ſit in tp̄e: quia ⁊ ſi angelus qui ſine diſcurſu itelligit poteſt in inſtanti deliberare modo quo in ipſo deliberatio cadit: non tamen homo cuius intelligere eſt cū continuo in tp̄e. ⁊ ſi ꝯcluſio conſilij eſt i inſtanti ꝑcedit tamen tēpus qđ primū inſtans creationis ꝑcedere non poteſt.

Suſtinendo primū modū dicēdi rñdet doctoꝛ ad rōes ſecūdi modi.

¶ Suſtinendo tamen primā opinionē q̄ cōioꝛ eſt et verioꝛ. ¶ Dicendū ad primū ꝙ deus pōt ipꝛimere ſpēs ſenſibiles non

minus valentes ꝙ que exterioribus accipiuntur.
Et ſi dicatur ꝙ organū nō erat capax poteſt deus
facere ꝙ intellect⁹ coniunct⁹ intelligat ſine actu
fantaſie. non eſt ſic neceſſe eſt intelligentē fantaſ⸗
mata ſpeculari ſicut volentē itelligere: qꝛ obiectū
voluntatis eſt bonū intellectum propter qꝺ deus
non poteſt facere vt multi dicunt volitionē ſine in
tellectione ſicut nec actū potētie ſine obiecto: ſed
ens fantaſiatū vt ſic non eſt obiectū intellect⁹ ſed
magis vniuerſale a fantaſiatione abſtractum. vñ
magis pōt intelligi nō fantaſiatū. ¶ Et ſi dicat
deus poteſt facere viſionē ſine colore mouente nō
autē ſine colore terminante. ¶ Dicendū ꝙ nō ſic
eſt obiectum terminans fantaſma intellectionis
Unde poteſt deus intellectionē facere ſine fanta⸗
ſiatiõe vel ipſam fantaſiationē accelerare ſicut in
Johanne baptiſta in vtero. dicunt quidā accele⸗
ratum vſum rõnis alīs videtur abſurditas magna
dicere xpī infantiam non fuiſſe meritoriā nec cir
cūciſionem nec alia ante tempus quo ceteri pue⸗
ri habent vſum rationis: qꝛ lꝫ habitus gratifican
tes non ſint fruſtra in pueris in quibus non eſt eo
rum vſus: qꝛ faciunt eos dignos glorie ad quod
principaliter infundunt qꝛ gratia dei vita eterna:
tamen habitus intellectuales q̄ non ſunt niſi pro
pter ſpeculari fruſtra infunduntur ei qui operi nō
poteſt. vnde cū xpūs a principio hos habuit ⁊ vſum
Ad ſcdm. habere potuit. ¶ Ad ſecundū dicendum ꝙ puris
naturalibus non meremur: ſed nec oportet ꝙ ſolo
deliberato actu mereamur alias cū in repentinis
homo operetur ſm habitum ſancti viri multa ex
habitu ſubito facientes nō merent qꝺ eſt eis ſub
trahere maiorē partē meritorum: qꝛ de ſolis dubi
is homines deliberant non dubitant ante nec de⸗
liberant de eundo ad eccleſiam quādo audiūt pul
ſum campane vel hmōi in quibus etiam ex delibe
ratione mediāte virtualiter procedit qꝺ faciūt ex
habitu deliberatione frequenti cauſato: ſed act⁹
non deliberatus actu ſed qui eſt ex natura ſua de⸗
liberabilis: qꝛ non de puris naturaliter amabili⸗
bus ſed diligib. libus ex rõne deliberante ſi aliud
non impediat poteſt eſſe meritorius: et ita fuit in
chriſto qui lꝫ in primo inſtanti non potuerit deli⸗
berare nec deliberauit nichilominus tamē habēs
finem adeptum potuit ea que ſunt ad finē deſide
rare vel vt quod de fine reſtabat mereretur / vel vt
de accepto regraciaretur niſi quis dicat ꝙ nō eſt
minus naturale appetere gloriam corporis ꝙ aīe
Unde ſi carēs gloria aīe primo appetit eā natu⸗
raliter ꝙ ꝑpter eam aliquid appetit libere: ſic et
de gloria corporis. Unde nichil eſt hic qꝺ homini
ad plenum ſufficiat: ſed oportet intellectum capti
uare ad ſaluandum dicta ſanctorū. ¶ Itē ꝙuis
aīa xpī non potuerit reſpuere qꝺ eligebat nec eō
uerſo inq̄tū peccaſſet: qꝛ peccare non poterat ab⸗
ſolute: tñ quo ad ſubſtantiam facti poterat: ⁊ ſic
libere agebat non neceſſario neceſſitate q̄ meritū
vel libertatem excludat ꝙuis appetitus tūc actu
naturali precedat eligere aliquem tamen appete
re beatifice cōpatitur ſecum electionē. Unde xpūs
illo actu quo fruebat: ſm aīam deſiderauit glori
am corporis ſibi et gloriam integrā membris ſu
is et alio actu non beatifico ſed libero libertate ar
bitrij elegit propter illum finem mori ⁊ omnia pa
ti que paſſus eſt qua electiõe ſibi et nobis meruit
¶ Quantum ad tertium de profectu xpī in meren
do. Dicendum ꝙ in numero meritorum profecit De pfectu xpī in merito.
extenſiue ſm omnes non intenſiue non circa glo
riam eſſentialem quā non meruit nec circa gloriā
accidentalē que equatur proportionabiliter eſſē⸗
tiali ſicut eſt impaſſibilitas anime et gloria corpo
ris et exaltatio nominis. omnia enim hec erant li
mitanda ſm gloriam anime et gratiam vnionis q̄
quia creſcere non poterant: ideo nec iſta amplius
ſibi debita faciebat. ¶ Sed ſecūdo videt ꝙ in me
rendo ſibi profecit quo ad gloriā accidentalem q̄
in alijs vocatur aureola. ſpeciale enim gaudiū ha
bebat de hoc ꝙ predicauit et mortē ſuſtinuit et de
multis alijs que gaudia anteꝙ faceret illa nō ſic
habuit et per conſequens illa promeruit et quia il
la variantur charitate non variata in merito il⸗
lorum proficere potuit. ¶ Similiter tertio quo
ad illud quod nobis meruit maxime quia per co
gnitionem non beatificā non ſimul omnia cogno
uit merenda ſic non omnia meruit vel ſaltem non
ita efficaciter. Cum enim in ſpeciali orabat ꝓ hoc
vel pro illo ſpecialiter ⁊ magis illud merebat: nō
potuit aūt primo inſtanti pro omnibus membris
et donis eis preſtandis in ſpeciali orare: ſed poſt⸗
ea ꝓ diuerſis diuerſis tpibus ſpecificauit ⁊ ſic pro
ceſſu temporis magis ac magis meruit. Verū eſt
tamen ꝙ xpūs plura ſimul potuit intelligere etiā
cognitione non beatifica ꝙ alia creatura. propter
quod et ſi homo non deliberat in inſtanti. ipſe ta
men potuit primo inſtanti magis ꝙ angelus ⁊ ſic
potuit tunc mereri ſi aliud non impedit per qꝺ pa
tet etiam reſponſio ad tertiā inſtantiā ſupra factā
¶ Ad rationes vtriuſq partis reſpondent illi de du. vbi. J.
tertia opinione. ¶ Ad primū dicēdū ꝙ quibuſdā Rñſio ad
viſum eſt ꝙ angelus in primo inſtanti creationis rões ante
ſue potuit demereri lꝫ non demeruit. vel dicendū oppoſitū ⁊
ꝙ non eſt ſimile de merito ⁊ de demerito reſpectu l oppoſitū
primi inſtantis: quia peccatū vel demeritum nō
poteſt eſſe in voluntate niſi p̄cedente aliquo defe
ctu in cognitiõe. Angel⁹ autē nō potuit i pmo in
ſtāti ſue creatiõis habere aliquem defectū cogni
tionis naturaliter: quia nunꝙ talis defectus eſt
in angelo vt dictū fuit ſecūdo libro. Nec potuit
habere defectum cognitionis ſupernaturalis ra
tione cuius poſſet peccare: qꝛ aut tunc fuit ſibi ali
quid reuelatum et ita tūc non habuit defectū ta⸗
lis cognitionis aut nichil ⁊ ita non tenebat aliqd
ſupnaturale cōſiderare. propter quod ex tali defe
ctu vel ignorantia cū ſit inuicibilis peccare nō po
terat. potuit tamen mereri: quia ad meritum ſuffi
cit actus voluntatis libere cadens ſuper debitū
obiectum cum debitis circunſtātijs: quare tūc po
tuit eſſe in angelo vt dictum eſt. ¶ Ad ſecundum
dicendum ꝙ non oportet animam cõmunicare cū
corpore vt obiecto cum omni actiõe meritoria: ſꝫ
ſufficit ꝙ anima ſit in corpore paſſibili et mortali
ratione cuius eſt in ſtatu vie: ⁊ nichilominus to⸗
tus homo remunerabitur: quia anima que eſt pri
cipalis radix merēdi ⁊ illud quod eſt principali⁹
in homine nec pōt perfici niſi perfecto corpore ꝓ⸗
pter quod meritum anime redundat in corpus in
quo eſt ſicut in ſubiecto lꝫ alique potētie eius nō
ſint perfectiones aliquorum corporaliū organorū
¶ Ad rationem alterius partis poteſt dici ſm ali
am opinionem ꝙ xpūs ab inſtanti ſue conceptiõis
fuit perfectus vir quo ad habitum gratie / ſciētie /
et virtutum / in quibus conſiſtit meritum virtua⸗

liter et in radice:ſed non fuit pfect⁹ quo ad vſum
in quo cōſiſtit meritum formaliter ex iſto actu vi
ſionis beate:qui magis eſt premiū ꝙ act⁹. ¶ Su
ſtinendo autē primam opinionem ad inſtātiam il
lam:quia angelus primo inſtanti non potuit me=
reri ſicut nec demereri:ergo multo minus anima
quecunq; cū natura anime ſit tardior ad operan=
dum ꝙ angeli qui nulla mole corporalis infantie
S.tho.1. pte. q. 63. ar.5. impeditur. ¶ Et dicendū ſcdm quoſdā ꝙ angel⁹
primo inſtanti potuit mereri licet nō demereri:qꝛ
et chriſtus nunꝙ potuit demereri ſicut nec pecca
re:qui tamen ſaltē aliqñ potuit mereri. ¶ Unde
S.tho.1. pte vbi. ſ. ad ꝗrtum. etiam quidā dicunt omnes angelos primo inſtan
ti meruiſſe.ſed ſuppoſito ꝙ angelus etiam in pri=
mo inſtanti non meruit nec mereri potuit niſi ha=
bitualiter:tūc poteſt videri ꝙ hoc fuit pro tanto
qꝛ prima operatio debet eſſe pure naturalis puta
appetitus beatitudinis ꝓpter quem omnia appe
tuntur:⁊ qꝛ creatura rationalis non habens bea=
titudinem/primo circa eius appetitum occupaſ.
Inde eſt ꝙ poſteri⁹ tempore incipit aliquid elige
re ꝓpter beatitudinem/in qua meritum vel deme
ritum conſiſtit:ſed habens beatitudinem non po
teſt deſiderare quod iam habet vnde poteſt ferre
in aliqua preter eā:⁊ ſic anima chriſti habens ſuā
beatitudinem eſſentialem non in eaꝫ ferebaſ:ſed
in deſiderium paſſibilitatis ⁊ hmōi/vel eorū que
ſunt deo placita/vel ſciuit ei placita. Et idē fuiſ=
ſet de angelo beato:ſed tamen in eo potuiſſet eſſe
partialis beatitudo:qꝛ totalis ponit extra ſtatuꝫ
5. articul⁹ merēdi. ¶ De tertio de medio meriti per paſſio=
nem ⁊ generaliter videnda ſunt tria. Primo ꝙ ꝑ
paſſionem meruit. Scdo quid ſibi meruit. Ter=
tio an nobis meruit. ¶ De primo dicunt omnes
ꝙ chriſtus meruit per paſſionem ſuam:quia om=
nis actus viatoris exiſtens in poteſtate eius ⁊ ca
ritate informatus eſt meritorius:ſed paſſio chri=
ſti vt accepta ab ipſo fuit act⁹ viatoris exña l ptā=
te chriſti. oblatus eſt eīn qꝛ voluit ex maxima ca=
ritate ꝓceſſit:quia maiorem caritatem nemo ha=
bet ꝙ vt animam ſuam ponat pro ouibus ſuis:vt
dicit Iohannis.15.ꝫ paſſio chriſti fuit maxīe me
ritoria ¶ Ad idem eſt qđ dicit Philippē.2. Fa
ctus eſt obediens vſq; ad mortem: propter quod
et deus exaltauit illum.vt dicit gloſa Auguſtini
ꝙ humilitas paſſionis claritatis eſt meritū:cla
ritas autem humilitatis eſt premium.
Durādus diſ.pſenti. q.4. ¶ Quantū ad ſecundum quid ſibi meruit/dicūt
quidā ꝙ illud qđ cadit ſub merito ꝓut de ipſo lo=
quuntur theologi oportet ꝙ ſit de pertinētibus ad
beatitudinē primo vel conſequenter:oportet etiā
ꝙ non ſit nature debitum:quia naturalia non ca=
dunt ſub merito:requiritur etiam ꝙ ſequaſ meri
tum tempore vel natura/ et forte neceſſarium eſt
ꝙ ſequatur tempore. Ex quo patꝫ ꝙ chriſtus me=
ruit ſibi per paſſionem ſuam ⁊ impaſſibilitatē cor
poris cum ceteris dotibus corporis ⁊ exaltatio=
nem. Cuius ratio eſt:quia chriſtus meruit ꝑ paſ=
ſionem ſuam omne illud quod pertinet ad beati=
tudinem/⁊ qđ ante paſſionem non fuit ab eo habi
tum nec nature debitum: ſed īpaſſibilitas corpo=
ris cū ceteris dotibus ei⁹ pertinet ad beatitudi=
nem ſaltem ſecundario/ et ſimiliter exaltatio ſeu
manifeſtatio beatitudinis : quia gloria eſt clara
cum laude noticia:vt dicit gloſa Roma. vltimo.
et qꝛ vt dicit philoſophus pmo ethicorum.de be
ne eſſe felicitatis eſt vt felix non ſolum viuus: ſed
etiam mortuus viuat in memoria hominum. Hoc
autem chriſtus ante paſſionem ſuam aut non ha=
buit vt fuerunt dotes corporis:aut non comple=
te vt exaltatio ſui nominis: neutrum autem iſto=
rum fuit debitum nature in chriſto. ergo ex quo
debuit eſſe perfectiſſima beatitudo per paſſionē
ſuam meruit ſibi omnes dotes corporis ⁊ exalta
tionem ſeu manifeſtationē ſue beatitudinis. que
exaltatio conſiſtit in tribus:in noticia cordis/ vt
cognoſcatur eſſe verus deus ⁊ ver⁹ homo. In re=
uerentia corporis quo ad genuflexiones et ſimi=
lia. In confeſſione oris: que tria tangit apoſtol⁹
Philipp.2. Propter quod ⁊ deus exaltauit illū
et dedit illi nomen quod eſt ſup omne nomen: vt
ſcꝫ credatur deus. Nomen enim facit de re noti=
ciam:vt in nomine ieſu omne genu flectatur ꝗtū
ad reuerentiam corporis. omnis lingua cōfitea=
tur ꝗtum ad confeſſionem oris. ¶ Sic ergo ſibi
meruit illa tria que dicta ſunt: licet gloriam cor=
poris obtinuit in reſurrectione.exaltationem no
minis conſequitur continue magis ac magis vſ=
q; in diem iudicij. impaſſibilitateꝫ anime quo ad
ꝑotentias organicas nō habuit ante reſurrectio=
nē.ſicut nec illas habet anima ſeparata niſi in ra
dice: ſed verum eſt ꝙ nec ſcdm eas pati poterat.
Unde negatiue per eas nō paſſibilis erat: ſed nō
poſitiue per aliquem habitum. nam ante ſepara=
tionem anime per illas erat tota paſſio in coniun
cto:ſed quo ad potētias abſtractas cum quilibet
non habens purgandum in morte fiat impaſſibi=
lis priuatiue. ſic certum eſt chriſti animam fuiſ=
ſe impaſſibilem ⁊ plus:quia ſi anima ſeparata,nō
beata ſciret aliquod malum de ſe triſtaretur: hec
autem nō habuit anima chriſti ſeparata: ſed ſicut
anime beatoꝝ de nullo poterant dolere: ſic nec in
illā tanꝙ coniunctā corpori mortali redundabat
dolor. Unde potētie abſtracte ſemper fuerūt im=
paſſibiles poſitiue per habitus beatificos.
¶ Quātum ad tertium an ⁊ quid nobis meruit Durādus vbi ſupra.
Dicūt quidam ꝙ aliquid mereri ꝓ altero poteſt
intelligi vno modo ꝙ meritum vnius cedat alte=
ri ad meritum. Alio modo ꝙ fruct⁹ meriti vnius
redundet in alterū. Primo modo nullus poteſt
mereri pro altero: nec chriſtus hoc modo meruit
nobis:quia ſicut dictum fuit in precedenti queſtio
ne operatio bona vel mala ex hoc habet rationeꝫ
imputabilis ad meritum vel demeritum:quia ip
ſa eſt in poteſtate operantis:ſed operatio vni⁹ nū
ꝙ eſt in poteſtate alterius ergo operatio vni⁹ bo
na vel mala nulli alij poteſt imputari ad meritū
vel demeritum. Iſto ergo modo chriſt⁹ nobis nō
meruit. Secundo autem modo vnus poteſt alte=
ri mereri ſic ſcꝫ ꝙ fruct⁹ vel damnū meriti vel de=
meriti vni⁹ redūdat in alterū. ⁊ de demerito ꝗdē
declaratum eſt in ſecundo libro agendo de pecca
to originali. De merito autem patet ſic:quia non
minus poteſt apud deum amicitia caritatis ꝙ a=
pud homines amicitia ciuilis:ſed apud homines
ratione amicitie ciuilis vnus poteſt fructum ope
ris ſui in alterum transferre : vt cum aliquis ſer=
uit diuiti vt pauper vel aliquis alius amicus ſu⁹
ꝓ aliquo obligatus a debito liberetur/vel vt ha=
beat mercedem operis in toto vel in parte prout
placet operanti transferre . ergo apud deum ra=
tione caritatis mutue vnus poteſt alteri fructus

ſui meriti cōicare. ⁊ hoc ꝯcordat ei qḋ dictū ē in
q̄rto libro: ſcȝ ꝙ vn⁹ pōt ꝑ alio ſatiſfacere. qḋ nō
eſt itelligendū quaſi act⁹ ſatiſfaciendi ſit merito
riu⁹ alteri ꝙ̄ ſatiſfacienti: ſed ſolum ꝑpter fructū
meriti. Hoc autē modo chriſtus meruit nobis ꝑ
paſſionem ſuam / q̄uis ⁊ ñ multiplicit̄ fruct⁹ paſ
ſionis eius in nos redundet vt patebit ex ſequēti
diſtinctione. Nec in hoc eſt differentia inter meri
tum quo vnus pur⁹ homo meret̄ alteri. ⁊ ſic chri-
ſtus meruit nobis nō quantū ad quantitatē meri
ti: q2 chriſtus plus meruit ⁊ plurib⁹: q2 omnibus
quantū fuit ex ſuffic·ētia meriti ſui / ꝑ eo ꝙ in ipſo
fuit gratia non ſicut in ſingulari homine ſicut in
capite toti⁹ eccleſie: ꝑpter qḋ fruct⁹ paſſionis ei⁹
redundauit vel redundare poteſt ⁊ in oīa eccleſie
membra: ⁊ q2 vt dicit Dam. ratione vnitatis ⁊ di-
uinitatis cū humanitate chriſt⁹ operat̄ ea q̄ ſunt
hominis ſup hominē. ratione cuius operat̄o ei⁹
ſe extendebat ad totam naturā: qḋ nō poteſt ope-
ratio puri hominis. et vt aliqui dicunt meruit no
bis de condigno alia que vnus purus homo non
poteſt alteri mereri niſi de congruo. ¶ Scḋo ꝙ
xp̄s meruit nob̄ de ꝯdigno ꝑmā gratiā / qḋ null⁹
alius poteſt. cuius diuerſitatis ratio videt̄ redu-
cenda nō in gratiā aliquā habitualem creatā ſed
increatā. ſi eñ propter hoc pura creatura non po-
teſt mereri alteri primam gratiā vel aliud de con
digno: q2 finita gratia vix ſibi ſufficit ſm̄ illud. ne
forte nō ſufficiat nobis ⁊ vobis. pari ratione gra
tia chriſti creata eſt licet maior cū alia: tamen ꝑ
infinitis hominibus ſufficere nō poteſt: ad quod
tamen eius meritum ſe extēdit. vnde hec ſufficiē
tia eſt ex gratia infinita ⁊ increata. ¶ Ad argumē
ta principalia ſolutum eſt in primo articulo.

¶ Diſtinctio. xix. ¶ Queſtio. j.

Irca decimānonā diſtinctio-
nem queruntur duo. Primo
vtrum ꝑ paſſionē chriſti ſim⁹
liberati ab oī peccato. Scḋo
vtrū in chriſto fuerit idē act⁹
Primum. meritū ⁊ premiū voluntatis.
¶ Quantum ad primum vi
detur ꝙ non ſimus liberati ꝑ
paſſionem chriſti ab oī pecca
to: q2 null⁹ dānat̄ niſi pro peccato mortali. ſȝ poſt
paſſionem chriſti multi ſunt damnati. ergo ꝑ paſ-
Secundū ſionem chriſti nō ſum⁹ ab omni peccato liberati.
¶ Item / quod nō eſt deleri non poteſt: ſed pecca
ta mortuoꝝ precedentiū non erant tēpore paſſio-
nis xp̄i: ſed trāſierant: peccata etiā multoꝝ ſequē
Tertium. tium non erant. ergo talia ꝑ paſſionem chriſti non
ſunt deleta. ¶ Itē poſita cauſa ſufficienti nichil
aliud requirit̄ ad effectum habendū: ſed ꝑter paſ
ſionem xp̄i adhuc multa alia requirunt̄ ad remiſ
In oppōſ ſionem peccatoꝝ. ergo paſſio xp̄i non fuit remiſ-
ſionis eoꝝ cauſa ſufficiens. ¶ In cōtrarium eſt
qḋ dicit̄ Coll. 2. Viuificauit nos in illo donās
Reſpōſio. nobis oīa delicta. ⁊ Apoca. 1. Dilexit nos: ⁊ lauit
nos a pctīs noſtris in ſanguine ſuo. ¶ Reſpōſio
Tria ſunt vidēda. Primo / vtrū ꝑ paſſionē xp̄i li-
beremur ab oī pctō quo ad culpā. Scḋo / an libe-
remur quo ad penā. Tertio / an ratione talis libe
rationis chriſt⁹ poſſit dici redēptor et mediator.
1. articul⁹. ¶ Quātum ad primū ꝓcedunt aliqui ſic. cū eñ

liberari a culpa / vel delere culpā dicat̄ dupliciter
ſcȝ formalit̄ et effectiue: ſicut tenebra delet lumē
et opacū. ideo primo videbit̄ ꝑ qḋ formaliter pec
catum delet̄: ⁊ ſcḋo ꝑ qḋ effectiue. ¶ Quātum
ad primum dicit̄ cōiter ꝙ pctm̄ mortale delet̄ for
maliter ꝑ gr̄am cui⁹ ratio aſſignat̄: q2 ꝑuatio for
maliter delet̄ ꝑ habitū oppoſitū: ſicut tenebra ꝑ
lucem: ſed gr̄a opponit̄ peccato mortali / ſicut ha-
bitus ꝑuatiōi. ergo peccatū mortale delet̄ forma
liter ꝑ gr̄am. ¶ Hoc autē dictum eſt cōmune: et ſi
intelligat̄ ſic ꝙ pctm̄ ⁊ gr̄a opponātur ꝑ ſe ⁊ dire- Durādus
cte / ſicut habit⁹ ⁊ priuatio: nō habet veritatē. Si di. p.ceſſē
autē intelligat̄ ꝙ opponant̄ cōcomitatiue / verita ti.q.1.
tē habet. ¶ Primū patȝ quadrupliciter. Primo
ſic. Habitus ⁊ ꝑuatio reſpiciūt idē ſubiectū ime
diatū: ſed gr̄a ⁊ culpa ſaltē actualis mortalis nō
reſpiciūt idē ſubiectū imediatū. ergo nō ſe habēt
ꝑ ſe ⁊ directe ſicut habitus ⁊ priuatio. Minor ꝓ-
batur: q2 gr̄a habet ꝑ ſubiecto imediate vel eſſen
tiā aīe vel voluntatem: culpa aūt actualis morta
lis habet ꝑ ſubiecto imediato actum voluntatis.
quare ⁊c. Scḋo ſic. priuatio ꝑme ꝑfectionis ha-
bet rationē pene ⁊ nō culpe vt dictū fuit in ſecun-
do libro. ſed priuatio gr̄e cū ſit quedā forma ⁊ ha
bitus / eſt ꝑuatio ꝑme ꝑfectionis. ergo talis pri-
uatio nō eſt culpa ſed pena. ¶ Tertio ſic. habit⁹
et priuatio cōtradicūt ſibi circa ꝓpriū ſubiectum
ita vt neceſſe ſit alterū eoꝝ ineſſe ſubiecto: ſed nō
eſt neceſſe gr̄am vel culpā ſemꝑ ineſſe nobis. ergo
gr̄a ⁊ culpa nō opponunt̄ vt habitus ⁊ priuatio.
Minor declaratur: q2 ſi hō crearet̄ in puris natu
ralib⁹ / nō haberet nec gr̄am nec culpā. ¶ Quar-
to ſic. vni habitui ſm̄ ſpeciē nō opponitur niſi vna
priuatio ſcḋm ſpeciē: q2 ratio priuationis ſumit̄
ex habitu: ſed gr̄a gratū faciens eſt vn⁹ habit⁹ ſm̄
ſpeciē. peccata aūt mortalia ſunt plura ⁊ pluriū
rationū. ergo nō oīa pctm̄ opponit̄ gr̄e ſicut pri-
uatio habitui. qua autē rōe vnū nō opponit̄: eadē
rōne nec quodcunq; aliud: cū oīa ſint eq̄ incōpoſſibi
lia gr̄e. ergo peccatū mortale nō oppōit̄ ꝑ ſe ⁊ di-
recte gr̄e ſicut priuatio habitui: ⁊ ꝑ cōſequēs gra
tia delet culpā formaliter ⁊ directe. ¶ Si autem
iſta opinio intelligat̄ cōcomitatiue: ſic veritatem
habet dictū cōmune. ¶ Ad cui⁹ euidentiā ſciēn-
dum eſt ꝙ circa pctm̄ mortale actuale eſt tria con
ſiderare: ſcȝ culpā q̄ eſt inordinatio voluntaria act⁹
ſaltē q̄ntum ad peccatū cōmiſſionis ⁊ carētia gr̄e
que ea rōne dicit̄ macula aīe: q2 gr̄a dicit̄ ei⁹ pul-
chritudo. dicit̄ etiā offenſa: q2 gr̄a eſt ſolū ad amī
cū. ꝑpter qḋ ſubſtractio amicitie dicit̄ offenſa q̄ſi
ſubſtractio amicitie. Et eſt etiā tertio cōſiderare
reatū: q̄ nichil aliud eſt ꝙ̄ debitum ſeu obligatio
ad penā eternā. In pctō autē originali nō contin
git inuenire ꝑmum iſtoꝝ: q2 nō cōſiſtit in aliq̄ actu
noſtro. eſt eñ ibi inuenire ſecundū ⁊ tertiū ſcȝ carē-
tia gr̄e / ⁊ debitū pene dāni. In pctō autē veniali
cōtingit inuenire primū ⁊ tertiū ſcȝ deordinationē
actus ⁊ debitū tꝑalis pene: ſed non eſt ibi inuenire
ſecūdū: q2 culpa venialis ſtat cū gr̄a. cū ergo nūc
loq̄mur de remiſſione pctī quo ad culpā ꝑ gratiā
nō loq̄mur de remiſſione pctī venialis: q2 ſtat cū
gr̄a. nec pctī originalis: q2 cū eo nō ſtat culpa put
nunc loq̄mur de culpa q̄ eſt inordinatio act⁹. ſed lo
quimur de remiſſione pctī actualis mortalis. cō-
ſtat autē ꝙ culpa accepta ꝑ deordinatiōe act⁹ / op
ponit̄ formaliter ordinationi act⁹. Inordinatio

autē act⁹ nō delet̄ ꝑ ordinationē ſupuenientē eidē actui: q̄z idē act⁹ volūtatis nō eſt p̄mo deordinatus ⁊ poſtea ordinat⁹. act⁹ eñ volūtatis eſt deordinat⁹ ꝑ hoc ꝙ aliqd illicitū vult. vñ nō reordinatur niſi ꝑ hoc ꝙ illud qđ male placuit poſtea bene diſplicet. nō pōt aūt eſſe idē act⁹ q̄ aliqd p̄mo placet ⁊ poſtea diſplicet. ꝓpt̄ qđ nō pōt eſſe idē act⁹ p̄mo deordinat⁹ ⁊ poſtea reordinat⁹. ceſſat autē talis ordinatio ꝑ ceſſationē act⁹. ſed nō ꝓpt̄ culpā dimiſſam vel deletā: aliogn oīs ceſſans peccare eſſet liberat⁹ a pcti culpa/ qđ nō dicim⁹: ſ; dicim⁹ culpā tūc dimiſſam qñ volūtas pri⁹ ordiata ꝑ malā cōplacētiā/ reordinat̄ ꝑ bonā diſplicētiā: qđ fit cōtritione: ⁊ q̄z cōtritionis diſplicētiā cōcomitat̄ gratia: ideo culpa dicitur deleri formaliter ꝑ gratiā non per ſe et directe: quia hoc modo culpa per nichil deletur ſed ſolum concomitatiue: et ſic patet p̄mū/ ꝑ qđ ſc; formalit̄ delet̄ culpa. ¶ Per qd autē deleatur effectiue aduertendū eſt ꝙ cauſa ſufficiens eſt triplex. Una p̄ncipalis ⁊ ꝑficiēs: q̄ introducit p̄ncipalē effectū ex v̄tute ꝓpria. Alia eſt diſponens materiā. Et tertia inſtrumētalis: q̄ q̄nq; ſiliť diſponit. Si ergo loquamur de principali cauſa agēte deletionis culpe. ſic ſolus de⁹ delet culpā: q̄z ipſe īfundit grām ꝑ quā delet̄ culpa formaliter modo quo dictū eſt. Ipſe etiā p̄ncipaliter voluntatē mouet ad hoc vt illud qđ pri⁹ ſibi male placuit/ poſt bñ diſpliceat quod eſt prius ad deletionē culpe ⁊ infuſionē grē. Si autē loquamur de cauſa diſponēte. ſic paſſio xp̄i eſt cauſa remiſſiōis pcti/ qđ patet: q̄z illud diſponit hoīem ad deletionem culpe ⁊ receptionē grē qđ natū eſt inclinare volūtatē ad deletionē pcti: ſed paſſio xp̄i eſt hmōi q̄z xp̄s ex magna caritate ꝓ nobis paſſus eſt: propter qđ maxime tenemur eū diligere qui per paſſionē liberauit nos a debito mortis eterne: ratione cuius debiti peccatū eſt maxime odibile. ergo paſſio xp̄i eſt cauſa diſponens ad remiſſionē pcti. Si aūt loquamur de cauſa inſtrumētali: ſic ſacramēta ⁊ maxime baptiſm⁹ ⁊ penitentia ſunt cauſa remiſſionis peccati quo ad culpam. ¶ Inquirēdo (Inquirit doctor de dictis durandi.) autē de his videt̄ p̄ma cōcluſio falſa de culpa originali/ ſed vera de actuali. Primū patet: q̄z culpa origīalis q̄ditatiue nō eſt niſi ꝑuatio grē ex pctō ade ⁊ originalis iuſticie. vñ ꝑ ſe ⁊ directe grā ⁊ illa culpa ſe hñt ſicut ꝑuatio ⁊ habit⁹: niſi ꝙ iſta ꝑuatio priuat: ⁊ grā aliqd aliud. Secundū autē patet: q̄z oē malū creature rōnalis eſt vel malum culpe qđ agim⁹ ⁊ eſt volūtariū/ aut pene qđ patimur: ⁊ eſt cōtra volūtatē ſm Aug. vñ cū formaliť aliud ſit malū culpe q̄ȝ pene: male dr̄ grā opponi culpe actualiť/ formaliter vt habit⁹ priuationi: cū priuatio grē formaliter ſit pena/ nō autē culpa: ſicut p̄mi bñ ꝓbāt quadrupliť. ¶ Sed cōtra hoc dicūt quidā ꝙ omne pctm̄ mortale vt eſt auerſio ab vltimo fine eſt vni⁹ rationis ⁊ eſt pura priuatio caritatis. ¶ S; nō valet: q̄z oēs v̄tutes ordināt̄ ad vnum finē cōmunē q̄ eſt btitudo: nō tñ ꝓpter hoc ſunt vnū qd ſm ſpeciē moris ꝓpt̄ diuerſos fines imediatos: ſic nec vicia q̄ deuiāt a diuerſis finib⁹ virtutū ꝓprijs/ licet ſit vna deuiatio a fine remoto. Certū eſt aūt ꝙ pctā q̄ ſpecie differūt diuerſis virtutib⁹ opponūtur/ ſc; habit⁹ habitui/ et actus actui: ⁊ ꝙ etiā deformitates ipſe ſpecie differunt cum ſint contrarie: ſicut auaricia ⁊ prodigalitas. ¶ Preterea idē theologice: q̄z ꝑ oē mortale ꝑuatur oīs habitus ꝑtinēs ad grām gratum facientē ſicut ſeptē dona ſpūs ſancti/ quoꝝ formaliter tot ſunt priuationes quot ſunt res. ¶ Si dicat̄ ꝙ oē peccatū ratione auerſionis opponit̄ ſoli caritati ſed ꝑ cōcomitantiā alijs/ nō valet: q̄z actus nō opponit̄ habitui ſ; actui. ¶ Itē/ īpoſſibile eſt oculo ceco ſupuenire aliā ⁊ aliā cecitatē: ſi igit̄ peccatū mortale eſſentialiter ⁊ formaliter eſt priuatio caritatis. ergo priuat⁹ caritate non poteſt mortaliter peccare: q̄z nō poteſt ſe priuare eo qđ nō pl⁹ habet. ¶ Inquirendo autē de ſecūdo ꝑ qd culpa deleat̄ effectiue q̄tū ꝑtinet ad ꝓpoſitū ſciendum ꝙ ꝑ paſſionē ſum⁹ liberati ab oī malo culpe. Et eñ culpa origīalis actualis venialis/ mortalis/ quo ad culpā ꝑ remotionē act⁹ quo ad maculā vel offenſam ꝑ infuſionē grē quo ad reatū/ qñ remittit̄ ꝑ eā in toto vel in parte: et duob⁹ modis vltimis remittit̄ originale: veniale autem primo ⁊ vltimo modo hic ⁊ in futuro. Primo aūt modo nō remittitur mortale in alio mūdo: q̄z nō poteſt q̄s ibi penitere de mortali de quo hic nō penituit: ſicut de veniali. Et tñ remiſſio actualis ſpecialis viatori: q̄z peccatū qđ ꝑ penitētiā nō delet̄/ mox ſuo pōdere ī aliud trahit. ⁊ ſi nec hīt⁹ nec diſpoſitio realis maneat: q̄z meret̄ deferi ad ſequēs. ſed ꝑ penitentiā quo ad hāc ꝓnitatē remittitur hic: q̄ pronitas nō eſt in futuro. ꝑ paſſionem ergo xp̄i liberamur ab oī culpa originali actuali: q̄z nō eſt aliqua culpa que non poſſit totaliter expiari ꝑ ſacramenta habētia virtutē ex paſſione q̄ viuus ea inſtituit moriēs virtutē eis meruit. Sacramēta eñ ⁊ gratiā conferunt ⁊ penā remittūt ⁊ faciunt de attritione cōtritionem: ꝓpter qđ oī modo a culpa liberant. Sed illa remiſſio venialiū que eſt ſine ſacramento in voto ⁊ in actu ꝑ ſolam contritionem ſine ꝓpoſito cōfitendi adhuc eſt per paſſionē chriſti: q̄z ſine fide paſſiōis nō eſt remiſſio peccati. ad hoc eñ ꝙ aliqd ſit particeps paſſionis xp̄i ad remiſſionē peccati cauſandā ſufficit ꝙ applicet ſibi eam eo modo quo chriſtus ordinauit ſiue ꝑ ſacramenta fidei vt in originali ⁊ in mortali: ſiue ꝑ ſolam fidem et deuotionem vt in veniali.

¶ Quantum ad ſecundum principale/ ſc; de remiſſione peccati quo ad penam: dicunt primi ꝙ ꝑ (2. articul⁹ Durādus vbi ſupra.) paſſionem chriſti fuerūt oēs liberati ab omni pena peccati quo ad ſufficiētiā: hoc eſt ꝙ paſſio chriſti fuit ſufficiens ad liberandum omnes ab omni pena peccati: ſed non habuit effectum in omnib⁹. Primū patet: q̄z exhibita ſufficiēti ſatiſfactione/ tolli: reatus pene: ſed paſſio xp̄i fuit ſufficiens ⁊ ſupabundans ſatiſfactio ꝓ peccato totius generis humani. ergo ꝑ paſſionem ſufficienter ablat⁹ eſt reatus oīs pene cuilibet peccato debite. Maior: pat;. Minor declarat̄: q̄z ille ꝓprie ſatiſfacit ꝓ offenſa q̄ exhibet offenſo illud qđ eque vel magis diligit q̄ȝ odiat offenſam: ſed xp̄s ex caritate et obedientia patiendo exhibuit deo aliquid magis gratum q̄ȝ exegerat recompēſatio offenſe totius generis humani. Primo quidem ꝓpter magnitudinem caritatis ex qua patiebatur. Secūdo propter dignitatem vite quā in ſatiſfactione ponebat que erat dei et hominis. Tertio ꝓpter generalitatem paſſionis ⁊ magnitudinem doloris vt ſupra fuit dictum. et ideo paſſio chriſti fuit ſufficiens immo ſuperabundans ſatiſfactio pro peccato toti⁹ generis humani ſm illud. 1. Ioh. 3.

Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. ⁊ ſic patet ꝙ per paſſionem chriſti omnes liberamur a pena peccati quantum ad ſufficiẽtiam: ſed non quo ad efficiẽtiam: quod patet dupliciter. Primo: qꝛ chriſtus ſatiſfecit pro nobis tanq̄ caput ꝓ membris ſed illis ſolum eſt paſſio chriſti ſatiſfactoria que vniuntur ei tanq̄ membra capiti. hoc autem fit ꝑ caritatem et fidem ⁊ ſacramẽtorum ſumptionem per quem modum non omnes vniuntur chriſto ſed pauci. paſſio ergo chriſti non eſt pro omnibus ſatiſfactoria quãtum ad efficientiã. ¶ Secundo / quia manente culpa non tollitur reatus pene: qui autem vniuntur ei vt membra capiti percipiunt remiſſionem pene ex vi paſſionis chriſti ſcd̃m modum vnionis: qui eſt duplex. Unus eſt per ſacramentalem cõformitatem in ſuſceptione baptiſmi in quo ſepulti ſumus cum illo per mortem Roma. 6. et quia hoc ſolum operatur virtus diuina que inefficientiam neſcit. ideo in baptiſmo ex vi paſſionis chriſti cui ſacramentaliter conformamur remittitur omnis pena debita cuicũq; peccato originali / actuali mortali et veniali. Alius eſt modus vnionis per imitationem realem quãdo ſcꝫ ad ſimilitudinem chriſti patimur: ⁊ hec per imitatio poteſt eſſe perfecta quantum ad gen⁹ pene vt in martyrio. et ſic adhuc remittitur omnis pena: non ſolum ex vi martyrij ſed potius ex communicatione paſſionis: nã multi meruerunt multo maiorem penam q̄ ſuſtinuerunt in vno martyrio. Uel poteſt eſſe perfecta ꝑ comparationem ad culpam commiſſam: ⁊ tunc totaliter tollitur reatus / ſiue hoc ſit in interiore cõtritione / ſiue in exteriori paſſione: que tñ minor ſufficit cooperante ſatiſfactione paſſionis xp̄i q̄ eſſet condigna peccato ſcd̃m ſe. qñ autem non eſt ꝑfecta imitatio aliquo dictorum modorũ remanet obligatio ad aliquam penam finitam ſicut pena que eſt in purgatorio: qꝛ nõ tollitur tot⁹ reat⁹ pene ꝓpter defectũ conformitatis ꝑfecte: ſemꝑ tamen ꝑ aliquam conformitatẽ tollit̃ reatus pene debitus peccato originali nõ quidẽ vt ſtatim natura repararetur niſi quo ad gratiam que neceſſaria eſt ad ſalutem: ſed in generali reſurrectione quãdo creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei: vt dicitur ad Roma. 8. Patet ergo ꝙ ꝑ paſſionem chriſti liberamur ab omni peccato quo ad culpam et quo ad penam: omnes quidem ſcd̃m ſufficientiam ſed non ſcd̃m efficientiam et quia ingreſſum regni celeſtis nichil ꝓhibet niſi peccatũ / ꝓpter quod dicitur claudi hominib⁹ regnum celorum per culpam. ideo quia ſicut ꝑ paſſionem chriſti liberamur ab omni peccato: ꝑ eandem dicitur nobis aperiri ianua regni celorũ: qđ figuratum eſt in veteri lege: quia ſine ſanguine nõ fiebat remiſſio peccatoꝝ: nec erat igreſſus in ſancta ſanctorum vt dicit ap̄ls Hebreorum. 9. Igitur per paſſionem chriſti quicunq; viator ſi vult poteſt ſtatim ab omni culpa liberari: quia eſſe in culpa non eſt expediens: ſed non ſic liberantur ab omni pena. A pena eñ eterna damni et ſenſus liberat paſſio chriſti eo modo quo a culpa originali et mortali. a pena autem mortali vel temporali debita peccato origi͂ali vt eſt fames ſicut ⁊c. non liberat modo: quia nec expedit ſꝫ in reſurrectione vt ſimul omnes glorificentur. A temporali autem debita actuali liberat in baptiſmo non alijs ſacramentis / propter maiorem conformitatem ad chriſtum cum plus ſit chriſti realitas et identitas in eucariſtia que non remittit omnem penam. Unde quare baptiſmus omnem penam remittit nec penitentia nec aliud ſacramentum. precisa cauſa eſt chriſti ſtatutum: ſicut eñ homo primo offendenti et penitenti dicit. iſta prima vice tibi totum parco: ſed de cetero nõ parcam. ⁊ ſicut religioſo pro peccato ſeculi nulla penitentia imponitur quando mundo renunciat dum tamẽ ſeruet quod promiſit. ſed ſi ex tunc offendit punitur Ita cum baptiſmus ſit ianua ſacramentorum et principiũ vite chriſtiane / ita homo renunciat diabolo: ideo ibi gratia chriſti non requirit gemitum nec planctum: ſed gratis omnia condonat: dum tamẽ deinceps religionem chriſtianã ſeruet: quã ſi infringerit acrius punietur.

¶ Quantum ad tertium proponunt aliqui duo. Primum eſt ꝙ chriſtus ratione liberationis noſtre a peccato poteſt dici redemptor et mediator. Secundum eſt ꝙ vtrũq; eſt proprium chriſto ſm humanam naturam. Quod poſſit dici redemptor patet ſic: quia ſatiſfactio qua quis ſatiſfacit pro peccato ſuo vel alieno / dicitur precium quo redimit ſe a peccato ſeu pena peccato debita / ſcd̃m illud Dan. 4. Peccata tua elemoſinis redime. Chriſtus autem ſatiſfecit pro peccatis noſtris / non quidem pecuniam dando: ſed ſeipſum morti et paſſioni exponendo pro nobis. ergo paſſio chriſti poteſt dici precium et redemptio noſtra: et chriſtus paſſus redemptor noſter. ¶ Quod etiam poſſit dici mediator patet ex eodem. Officium enim mediatoris eſt reconciliare inimicos et diſcordãtes: ſed per chriſtum reconciliati ſumus deo: a quo diſcordamus per peccatum ⁊ cuius eramus inimici. ergo chriſt⁹ eſt mediator inter nos et deũ Maior patet. Minor declaratur ratiõe et auctoritate. Ratione ſic. Per ſatiſfactionem recõciliatur offendens offenſo: ſed chriſtus per paſſionem ſuam ſatiſfecit ꝓ nobis vt patet ex predictis. ergo nos deo recõciliauit. Idẽ pꝫ auctoritate apoſtoli Roma. 5. Cum inimici eſſemus deo reconciliati ſumus per mortem filij eius. et Colo. 1. Cõplacuit in ipſo reconciliare omnia in ipſo pacificans ſanguinem crucis / ſiue que in celis ſiue que in terris ſunt. et ſic patet primum. Secundum ſcilicet ꝙ eſſe redemptorem et eſſe mediatorem ſit proprium chriſto ſcd̃m naturam humanam. Patet primo quidem ꝙ ſit redemptor ſcd̃m eam: qꝛ chriſt⁹ eſt redẽptor inq̄tũ pro nobis ſatiſfecit ſed ſatiſfecit pro nobis patiendo ſcd̃m naturam humanam. ergo ſecũdum eam eſt redemptor noſter. ¶ Ad hoc eſt quod apoſtolus dicit Gal. 3. Chriſtus redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictum. ¶ Iuxta quod aduertendum ꝙ ad hoc ꝙ aliquis redimat duo requiruntur. Actus ſcilicet ſaluationis. et ꝙ precium ſoluentis ſit. Si enim ſoluat pro redẽptione alicui⁹ rei precium quod non eſt ſuum ſed alterius: talis proprie nõ dicitur redimere principaliter: ſed magis ille cuius eſt precium. Precium autem noſtre redemptionis fuit ſanguis chriſti vel mors eius quam ipſemet ſoluit. et ideo vtrumq; iſtorũ pertinet ad chriſtum immediate inquantũ eſt homo licet ad totam trinitatem pertineat ſicut ad primam cauſam cuius erat mors ⁊ vita chriſti: ſicut

3. articul⁹. Durãdus q. 2.

primi actoris et aliqua trinitate inſpirata fuit homini chriſto paſſio eius ꝑ redẽptione nr̃a: ⁊ ideo eſſe primum et immediatum redemptorem conuenit chriſto inquantum eſt homo/ꝗuis poſſit attribui toti trinitati ſicut prime cauſe. Maior etiam ſibi ſoli ſecundum humanam naturam conueniat proprie eſſe mediatorẽ patet ex eodem: quia chriſtus eſt mediator inquantũ reconſtituit nos deo per mortem ſuam vt patet ex dictis: ſed mortuus eſt ſm̃ humanã naturam ⁊ non ſm̃ diuinam: ergo ſm̃ eam oportet eum eſſe mediatorem.

Ad rõnes ante oppoſitum. ¶ Ad primum argumentum dicitur ꝙ nulli dãnantur niſi illi qui non ſunt participes paſſionis chriſti quia non vniuntur chriſto per fidem et charitatem nec illud arguit inefficatiã paſſionis eiꝰ ſed indiſpoſitionem peccãtis.

Ad ſcđm. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ peccata patrũ precedentium paſſionem chriſti fuerunt dimiſſa per virtutem paſſionis chriſti non quidem exhibite ſed credite. ſicut enim dictum fuit paſſio chriſti fuit cauſa remiſſionis peccati quo ad culpã inquantum inclinat affectum ad dilectionẽ dei ⁊ deteſtationem peccati ꝙ poteſt facere credita ſicut exhibita: ſed dimiſſio peccati quo ad penã corporalem fuit per paſſionem chriſti actu exhibitam: ⁊ ideo talem remiſſionem non perceperunt ante chriſti paſſionem. Unde omnes deſcendebant ad limbũ vel ad purgatorium. Peccata autẽ ſequentia paſſionem chriſti per eam fuerunt dimiſſa quo ad ſufficientiam in omnibus. non autem quo ad efficientiam: ⁊ hoc modo poteſt peccatum dimitti anteꝗ̃ ſit ſicut poteſt parari aliqua medicia que ſufficiens eſt expellere vel ſanare morbum l futurũ.

Ad tertiũ ¶ Ad tertium dicendum ꝙ paſſio chriſti eſt vniuerſalis cauſa remiſſionis pc̃ti vel peccatorũ quã oportet applicare ad ſingulos: vt ſuum ſortiatur effectum: que applicatio fit per fidem et charitatẽ et ſacramentorum ſumptionem ꝓpter qđ alia nõ ſuperfluunt.

¶ Queſtio ſecunda.

Primum Secundo queritur vtrũ in chriſto fuit idem actus meritum et premium voluntatis: videtur ꝙ ſic: quia actus charitatis in via et in patria non differunt ſpecie. ſed que nõ differunt ſpecie et ſunt ſimul in eodem ſubiecto nõ differunt numero. ergo. ⁊c. Maior patet: quia hitꝰ charitatis vtrobiꝗ̃: idẽ ergo ⁊ idẽ actꝰ.

In oppoſitum. ¶ Contra. omnis motus differt a ſuo termino extrinſeco eſſentialiter licet ſm̃ quoſdam non differat ab intrinſeco ſicut motus localis differt a loco etiam ſubiecto: non ſic autem ab vbi: ſed meritum comparatur ad premium ſicut ad terminũ non intrinſecum alias in via poſſet quis beatificari/ſed ſicut ad extrinſecum. ergo. ⁊c.

Reſpõſio ¶ Reſponſio. Primo oſtendendũ eſt ꝙ actus naturalis et moralis non differunt ſpecie intrinſece Secundo ꝙ actus naturalis et ſupernaturalis in via ſimiliter ſunt idem in ſpecie nature. Tertio ꝙ actus vie et patrie beatificus eſſentialiter vel per ſe ⁊ non accidentaliter differunt ſpecie et genere et per conſequens numero.

1ꝰ articlꝰ. Pma ꝯclo. ¶ Quantum ad primum ſunt tres concluſiones Prima de actu tranſeunte: q2 illud qđ eſt extrinſecum denominans aliquid non variat eiꝰ ſpeciem intrinſecam et naturalẽ formaliter: ſed eſſe moris non pertinet intrinſece ad actum tranſeuntem in exteriorem materiam. Nam in actu exteriori non conſiſtit bonitas et malicia eſſentialiter/ ſed ſolũ participatiue denominatiõe extrinſeca. ergo ⁊c. ¶ Ad ſenſum etiam apparet hoc: q2 dare elemoſinam propter deum et vanam gloriam et occidere nocentem et innocentem fornicari ⁊ cognoſcere ſuã: et omnia huiuſmodi non differunt ſpecie in genere nature: quia motus habet ſpeciem a termino ad quẽ: eſt aũt idẽ terminus actuũ exteriorũ naturalis qñ fiunt bene ⁊ qñ fiunt male: ſicut ẽ idem hõ ſpecie legitime ⁊ illegitime natꝰ eadem mors iuſte ⁊ iniuſte illata. ergo et actus idem.

¶ Secunda cõcluſio eſt de actibus manentibus imperatis ꝙ ſunt eiuſdẽ ſpeciei naturalis: nec eſſe moris addit vel mutat in eis ſpeciẽ nature: q2 hmõi habent ſpeciẽ ab obiecto ꝓprio ⁊ imediate. non aũt a fine extrinſecꝰ intento: ſed idẽ eſt ſubiectũ iſtorũ proprium ⁊ immediatũ qñ fiunt naturaliter et moraliter ⁊ ſubito ⁊ deliberate: ⁊ qñ fiunt bene et male: ſicut videre mulierẽ ad concupiſcẽdum vel ſimpliciter aliter aut ſubito eſt videre coloratum idem ſpecie quo ad genus coloris. ergo. ⁊c. Et ſic eſt eiuſdem ſpeciei viſio auditio. et ſic de olbꝰ hmõi actibus imperatis: ita ꝙ eſſe moris in nullo mutat ſpeciẽ maxime: q2 nec eſſentialr ptinent ad genus moris ſicut nec actus tranſeuntes maxime q2 ſunt eiuſdẽ ſpeciei in brutis in quibus non eſt capacitas ad eſſe moris. Uiſio ei corporalis ſicut obiectũ ⁊ potẽtia ſunt eiuſdẽ rõnis in homine ⁊ in bruto. ¶ Tertia concluſio eſt de actibꝰ a libero arbitrio elicitis ꝙ etiã illi nõ differũt in gñe nature ꝓpter diuerſũ eſſe moris ꝗuis iſtđ ſit magis dubiũ. Probaẽ aũt ſic: q2 actꝰ volũtatis hꝫ ſpeciẽ ab obiecto ꝓprio ꝗ̃tũ ad eſſe nature: ſed eſſe moris recipit a fine. Poſſibile eſt aũt ꝙ boni et mali actus eſt idẽ obiectũ primũ: licet finis oppoſitus. ſicut cõiunx caſtus vult cognoſcere vxorẽ ſuã ꝓpter plẽ vel fidẽ tm̃ Intẽperatꝰ aũt vult cognoſcere eandẽ ꝓpter voluptatẽ: hic aũt finis intentus differt ſpecie ſed obiectũ qđ eſt imediate volitũ eſt idẽ ſpecie. ergo eſt idẽ actꝰ in gñe nature. licet differat in gñe moris. ¶ Sed iſtud eſt dubium q2 finis eſt pmũ ⁊ imediatũ obiectũ actꝰ voluntatis a quo debet magis ſpecificari. cũ autẽ voluntas bona ⁊ mala vult idẽ ꝓpter diuerſos fines ſpecie: cũ ipſi fines ſint imediate voliti q̃ differunt ſpecie: ꝗ̃ et volitiones finiũ: ſed idẽ eſt actus numero q̃ aliq̃s vult finẽ ⁊ aliđ ꝓpter finẽ. ꝗ̃ et ꝑ ꝯñs idẽ ſpecie ꝗ̃ velle idẽ propter finẽ bonũ ⁊ malũ eſt velle differens ſpecie. Et dicendũ ꝙ voluntas habet duplicẽ actũ: vnũ ſimplicẽ quo vult aliquid ꝓpter ſe. ⁊ iſte hꝫ ſpeciẽ a volito ſimplr. Aliꝰ eſt actꝰ. q. cõpoſitꝰ q̃ vult vnũ ꝓpter alterũ: ⁊ iſte actꝰ licꝫ ſpeciẽ moris recipiat a fine virtio ⁊ pncipalr licito ⁊ bonitatẽ ⁊ maliciã: tñ ſpẽꝫ nature recipit ab eo qđ ẽ ad finẽ: alr cũ oĩꝫ rectarũ volũtatũ ſit vnꝰ vltimus finis: oĩs recta volitio eſſet vniꝰ ſpeciei. ¶ [illegible] ad ſcđm pncipale de idẽtitate 2ꝰ articlꝰ
actꝰ naturalis ⁊ ſupnaturalis vie ſũt tres ꝯclões Pma ꝯclo
ſꝫ tres ꝟtutes theologicas q̃ ſũt pncipia i nobis ſpiritualiter operãdo. Pria de fide ꝙ. ſ. actꝰ credẽdi elicitus a fide infuſa non differt ſpecie ab actu credendi elicito a potentia nuda vel fide acqui=

ſita quia illud quod eſt ſupernaturale inquantum
hmōi non eſt naturaliter cognoſcibile per euiden
tiam/ſicut nec lux ſolis eſt clare viſibilis noctue
qđ ergo ē ſupernaturale quantū ad ſuā eſſentiam
intrinſecam nō pōt eſſe euidens p naturā ſiue ſit
actus ſiue habitus adminus in via ⁊ ſm legē cō-
munē: ſʒ homo cognoſcit certitudinalr̄ per expe-
rientiam ſe habere actum fidei infuſe non dico ſm
ꝙ infuſe ſed ſm id qđ eſt/dicente Auguſtino/nihil
certius eſt homini ſua fide. Et loquitur de fide in
fuſa nō ſm ꝙ infuſa nec ſm habitum ſed ſm actū
⁊ id qđ eſt: qꝛ om̄e credere ſuum poteſt homo in ſe
ipſo experiri: ergo nullum credere hominis eſt ſu-
pernaturale quo ad ſubſtantiam actus.

Secunda ¶ Secunda concluſio de actu ſpei infuſe ꝙ etiaʒ
nō differt ſpecie a ſperare potentie nude vel a ſpe
acq̄ſita per idem/ quia certitudinaliter experitur
homo ſe ſperare quicquid actu ſperat.

¶ Item et eodem modo probantur de fide et ca-
ritate: quia actus recipit ſpeciem ab obiecto ⁊ fine
ſi quicquid credat et ſperat et amat homo et ſub
quacūqʒ ratione ⁊ propter quēcūqʒ finē hītib⁹ in-
fuſis: omne illud et illis modis poteſt credere p
habitus acquiſitos/ ſicut patet in illo qui propter
vnum actum contrariū perdidit hos habitus in-
fuſos qui etiam anteq̄ per penitentiam perfectā
recuperet eos poteſt firmiter credere etiaʒ articu
lum quem prius negauit et ſperare certitudinali
ter q̄ prius deſperauit ⁊ diligere deū ſup oīa añq̄
in ſpeciali occurrat ſibi penitere de peccatis prio-
ribus: et ſic habebit actus eiuſdē finis et obiecti
Tertia. et huiuſmōi/ergo eiuſdem ſpeciei. ¶ Tertia con
cluſio eſt de actu caritatis meritorio ꝙ nō differt
ſpecie a non meritorio quia aliter poſſet homo ſci
re per euidentiam ſe habere charitateʒ: quia qui-
cunqʒ cognoſcit aliquid perfecte quātum ad eſſe
ſpecificum et indiuiſibile poteſt illud diſtinguere
ab omni alio ſpecie et numero diſtincto ſic ſcilicet
ꝙ ſi homo perfecte cognoſcit viſionem ſuam natu
ralē facta viſione in oculo ſuo non naturali ſtatim
percipiet qđ non eſt viſio naturalis dato etiam ꝙ
neſciat que ſit ſupernaturalis illa. et ſimiliter dile
ctio meritoria differt a naturali ſpecialitate ſpē
intranea. homo qui cognoſcit dilectioneʒ natura
leʒ habita meritoria: ⁊ ſi non cognoſcat ī ſpeciali
quid ſit illa ſupernaturalis: cognoſcit tamen q̄d
non eſt/ſcilicet qꝛ non eſt naturalis. ſi autem non
eſt naturalis ſequitur ꝙ ſit ſupernaturalis: ⁊ per
ꝯſequens ꝙ eſt meritoria et a charitate elicita li-
cet neſciat in ſpeciali qualis ſpecies ſit illa: hoc
aūt eſt falſum qꝛ neſciat homo vtrum amore an
odio dignus ſit: ergo et illud ex quo ſequitur ſciliʒ
ꝙ dilectio meritoria differt ſpecie a nō meritoria.

¶ Contra habitus diſtinguūtur per actus: ergo
cum habitus morales ſupernaturalis et potentia
diſtinguantur realiter per conſequens et act⁹ ip-
ſorum. ¶ Tertio hmōi diſtinguūtur per actus ſi-
cut per fines vel quo ad ſubſtantiam actus: ⁊ ſic
potentie diſtinguūtur per actus vel quo ad modū
actus ex parte potentie: ⁊ ſic diſtinguūtur habit⁹
morales a potentia ⁊ inter ſe vel reſpectu obiecti
et ſic diſtinguūtur ſupernaturales ab acquiſitis:
et adinuicem quia acquiſiti faciunt prompte fa-
ciliter et delectabiliter operari. infuſi autem non
faciunt hoc / vel ſi faciunt hoc cum hoc faci-
unt reſpectu obiecti et finis extrinſeci actum ha-
bere efficaciā merendi quā ſine illis non haberet
charitas quidem conſummatiue. fides et ſpes in-
choatiue. ¶ Quantum ad tertium de idētitate 3⁹ articul⁹
premiī et meriti ſunt etiā tres ꝯcluſiōes. ¶ Pri
ma de identitate temporis et ſubiecti: qꝛ .ſ. nō pñt Alia ꝯclo
eſſe ſimul in eodem reſpectu eiuſdem: puta ꝙ ho-
mo mereatur illud premium qđ actu habet: quia
nec in chriſto pondus meritum ſimul tempore cū
premio eiuſdem meriti nec in ſe nec in alio. in ſe q̄-
dem: quia premium eſſentiale quo anima eius nū
q̄ caruit/nunq̄ meruit ſed gloriā corporis et alia
que nondum habebat merebatur. ¶ Item reſpe-
ctu aliorum quia primo inſtanti quo latro et ani-
me ſanctorum viderunt deum et in inſtāti mortis
chriſti non fuit meritum chriſti: ſed tūc primo de-
ſijt eſſe: et ſic in chriſto non ſimul fuerunt meritū
p̄miū eiuſdem reſpectu aliorum/ ⁊ multo plus re-
ſpectu ſui et multo minus in quocunqʒ alio.

¶ Secunda concluſio eſt ꝙ meritū et p̄mium dif Secunda.
ferunt numero/ita ꝙ non poteſt eſſe p eſſentiam
vnus actus numero beatific⁹ et non beatific⁹ nec
ſimul et ſemel quia ſic eſſet cōtradictio: nec ſucceſ
ſiue ſicut forte actus vie continuatus poteſt fieri
de nō meritorio meritorius gratia ſuperinfuſa que
non aderat a p̄ncipio: ſed ſic non eſt de merito et
premio/quia impoſſibile eſt ꝙ idem actus nume-
ro ſit ab aliquo effectiue p̄ncipaliter ⁊ nō ſit ab il
lo eodem niſi paſſiue vel inſtrumentaliter: ſʒ om
nis actus meritorius eſt p̄ncipaliter a merēte ef-
fectiue/actus autem beatificus et p̄mium eſt to-
taliter vel ſaltem p̄ncipaliter a deo/ a voluntate
autem non niſi vel pure paſſiue vel inſtrumentali
ter: ergo non poſſunt eſſe vnus actus numero li-
cet ſint vnus habitus numero.

¶ Tertia cōcluſio eſt de idētitate ſpecifica ꝙ me- Tertia.
ritum et premium differunt ſpecie: de viſione eniʒ
patrie ꝙ differunt ſpecie ab actu credēdi ⁊ ab om-
ni intellectione vie oēs concedūt/ſed de actu vo-
luntatis in patria q̄ eſt dilectio vel fruitio aliqui
negant. Unde probatur ſic ꝙ ſicut ad diuerſitatē
formarum naturalium ſequitur diuerſitas mot⁹:
ſic ad diuerſitatem apprehenſionum ſequitur di-
uerſitas appetituum cognitiuorūʒ: ſicut eſt aliđ
appetere ſenſitiuum et intellectiuum: ſed viſio
patrie et cognitio vie differunt ſpecie: ergo et di-
lectiones conſequentes et per conſequens dele-
ctationes que differunt ſm differentiam opera-
tionum quas conſequuntur: et per hoc apparet ꝙ
in chriſto meritum et premium volūtatis non fu
erunt vnus actus numero.

¶ Ad argumentum in oppoſitum dicendum ꝙ il Ad rōnem
lud bene ſequitur contra illos qui non diſtinguūt ſū oppoſi-
ſpecie meritum a premio/immo dicunt ꝙ in bea- tum.
ta virgine ſicut fuit in via maior charitas q̄ in
multis comprehenſoribus: ſic et perfectior dile
ctio vel eſſe potuit et ſʒ hoc vel chriſtus non me-
ruit vel non a p̄ncipio beatus fuit vel ſimul fue-
runt in eo duo accidentia ſolo numero differen-
tia vel vnus actus numero fuit meritum et p̄mi-
um que omnia ſunt inconuenientia. Unde dicen-
dum ꝙ differunt ſpecie ſicut dictum eſt.

¶ Diſtinctio viceſima.
¶ Queſtio prima.

Primum.

Circa viceſimam diſtinctionem queruntur duo. Primo. an natura humana debuit reparari per ſatiſfactionem. Secundo. vtrum aliqua pura creatura potuit ſatiſfacere pro natura humana.

Quantū ad primū arguitur: ꝙ natura humana non debuit reparari per ſatiſfactionē. q: conueniens eſt vt ille qui iniuſte detinet ꝑ ſuperioris potentiā ſpolietur. ſed dyabolus qui per fraudē ſuā hominē deceperat eū iniuſte detinebat. ergo conueniens fuit ꝙ xp̄s per potentiā ſuam ſpoliaret eum abſq; ſatiſfactione.

Secundū

Itē. ſicut in opere creationis manifeſtatur diuina potentia/ ita in opere humane reparationis maxime manifeſtatur diuina miſericordia. ſed maioris miſericordie eſt peccatum abſq; pena ſatiſfactoria dimittere ꝙ̄ ſatiſfactionē petere: ergo natura humana abſq; aliqua ſatiſfactione debuit reparari.

In oppoſitū.

In contrariū eſt quod dicitur Johānis.3. Exaltari oportet filium hoīs vt omnis qui credit in eum non pereat: ſed habeat vitam eternam. Et ad Hebreos ſcḋo decebat ſaluatorē ꝑ paſſionē cōſūmari/ ergo oportuit xp̄m pati/ vt ſic ſatiſfaciendo ꝓ peccatis noſtris naturā repararet. Et arguit̄ ꝑ rōnē: q: ſm̄ Auguſtinū tanta debuit eſſe humanitas: in redēptione q̄ta fuit ſupbia in ꝑditione ſed proditor voluit aſcendere vſq; ad ſummū dei ſm̄ illud Geñ. iij. Eritis ſicut dij. ergo redēptor debuit deſcendere vſq; ad infimū hoīs/ hoc eſt mors: ergo redēptor ꝑ mortē ſuā debuit naturā ſuā reparare

Reſponſio. Durand⁹ di. preſēti q.1.

Rn̄deo. hic eſt duplex modus dicendi q̄dā dicunt ſic: duplex eſt debitū quoddā obligatiōis aliud autē ſolius cōgruitatis: de debito obligatiōis dicendū ꝙ de⁹ non debuit reparare naturā humanam nec ſimpliciter nec ꝑ talē modū: ſed ꝑ ſatiſfactionē. Q̄ autem non debuit ſimpliciter humanā naturā reparare: patet ſic: min⁹ eſt reddere equalēs alicui ꝙ̄ conſtituere eum debitorem. ſed nulla ꝑſona/ imo nec totū genus humanū poteſt reddere deo equalens: ergo multo plus poteſt eū cōſtituere debitorē. nullo ergo debito obligationis tenetur deus cuicunq; creature. Q̄ aūt ſi velit eā reparare non teneat̄ eam repare ꝑ ſatiſfactionem ſed poſſit eam abſq; preiudicio iuſtitie repare ſine ſatiſfactiōe: patet dupliciter. primo ſic/ vbi nullus eſt iniuſtū patiens nullus eſt iniuſtū faciens: ſed ſi abſq; ſatiſfactione humana natura liberata fuiſſet a deo nullus eſſet iniuſtū patiēs nō creatura q: nihil ab ea auferet̄ qḋ eēt eidē debitū nec deus/ q: nullus patitur iniuſtū volēs. vt habet̄ q̄nto Ethicorū. ergo nullus eſſet iniuſtū faciēs. Secundo q: eadē rōne dona gratis dant̄ ⁊ debita remittūtur/ ſz quilibet poteſt abſq; ꝑiudicio iuſtitie id quod ſuum eſt alterius gratis dare. ergo pari rōne pōt culpam cōmiſſam alteri⁹ gratis remittere abſq; quacunq; ſatiſfactione/ nec eſt hoc cōtra debitum iuſtitie: ſed etiam opus mie. ⁊ ſi hoc pōt hō fortiori ratione pōt deus: ſic ergo patet ꝙ loquendo de debito obligationis deus non debuit humanā naturā reparare/ nec ſimpliciter/ nec per talem modum. Sed dicet aliquis ꝙ hoc ē verum ex natura rerum ſed non conſiderando promiſſū diuinum. quilibet enim obligatur ex ꝓmiſſo/ deus autem promiſerat per os ꝓphetaꝝ et prenunciauerat pati chriſtū ſuū vt repararet gen⁹ humanū: vt habet̄ Act. iij. ſicut et ipſe ſaluator dicit. Luce. xxij. Filius hominis vadit ſicut diffinitum eſt de illo. Et vltimo capitulo. Neceſſariū eſt impleri omnia que ſcripta ſunt in lege et prophetis/ et pſalmis de me: ergo videtur ꝙ chriſtus ex promiſſo debuit debito obligationis reparare genus humanum per viam ſatiſfactionis. Et dicēdum ad hoc ꝙ verba ſacre ſcripture que loquuntur de reparatione humane nature preordinata a deo fieri tali vel tali modo non inſinuat promiſſionem ex parte dei ſed ſimplicem eius ordinationē vel voluntatem de tali re fienda et modo fiendi. et ſic non eſt ibi aliquod debitum ſed ſimplex inſinuatio diuine ordinationis. Si autem loquamur de debito congruitatis ſic dicenda ſunt duo. Primum eſt ꝙ congruum fuit humanam naturam per ſatiſfactionem reparari. Secundum eſt ꝙ cōgruum fuit eam reparari per ſatiſfactionem factam per mortem chriſti. Primum patet ſic nobilius ⁊ perfectius habetur quod habetur cum merito ꝙ̄ ſine merito vt dictum fuit ſupra diſtinctione xviij quod autem recuperatur per ſatiſfactionem recuperatur cū merito ⁊ qḋ ſine ſatiſfactione abſq; merito. ergo nobilius et perfectius potuit reparari natura humanna per ſatiſfactionem ꝙ̄ ſine. congruum aūt fuit vt reparat̄ per chriſtum modo nobiliori quo poſſet ergo decuit ꝙ reparatur per ſatiſfactionem. Secundum patet ſic. ſatiſfactio pro omnibus nature defectibus debuit fieri per penam omnem defectum virtualiter continentem: ſed pena omnem virtualiter continēs eſt mors que eſt finis omnium terribilium: ⁊ ad quid omnes defectus nature tendunt: ergo ſatiſfactio per quā natura humana fuit ab omnibus nature defectibus liberata debuit fieri per penam mortis. Preter hec aūt ſunt alique congruitates Prima eſt: quia per hoc cognoſcit homo q̄tum deus hominem diligit ⁊ per hoc prouocatur ad diligendum deum in qua perfectio humane ſalutis conſiſtit. Unde apoſtolus dicit Roñ. 7. Commēdat deus caritatem ſuam in nobis: quoniam cum inimici eſſemus chriſtus pro nobis mortuus eſt. Secunda eſt: ꝙ per hoc dedit nobis exemplum obedientie et humilitatis et conſtantie aliarum virtutum in paſſione oſtenſarum que ſunt neceſſe ad ſalutem humanam. Unde Ro. ij. Chriſtus paſſus eſt pro nobis: nobis relinquēs exemplum. ⁊c. Tertia eſt: quia per hoc indicta eſt homini maior neceſſitas/ vt conſeruet ſe immunem ſm̄ illud Corinth. vi. Empti eſtis precio magno. Sunt etiam ꝙ̄ plures alie congruitates quas lōgum eſſet explicare.

Secūdus modus dicendi.

Alius modus dicendi ponit tria ꝯcordans in concluſionibus. Primo ꝙ non debuit reparari/ nec ſic/ nec aliter ex parte dei. Scḋo ꝙ debito congruitatis debuit reparari per ſatiſfactionem. Et tertio ꝙ ſatiſfactio debuit fieri per chriſti mortem. Primum patet: quia ſi quis deberet fractum reparare ad hoc teneretur homo vel diabolus qui deſtruxit/ non deus qui conſtruxit qui ſine ſatiſfactione et ſine iniuria potuit gratis remittere: qui enim ab alio iuſtitiam tenet: non ex ſe poteſt cum homicida diſpenſare: ſed dimittens cum perdit iuſtitiam ſuam: ſicut rex ſi a nullo homine tenet iuſtitiam ſuam nulli hoī facit iniuriam

ſi homicidam dimittit ſed erga deuȝ a quo tenet delinquit/ ſi ſine cauſa hoc facit. nec forte papa propter hāc iniuſticiaȝ poteſt excōmunicare ſi ab eo non tenet plus ꝙ officialis prepoſitum dimitentē homicidam iniuſ nisi forte quia ledit remp publicam: ſed deus a nullo tenet iuſticiam. vnde licite remittit penam iuſtā. ¶ Scḋo ꝙ ſic decuit quia in ſtabilimento ⁊ fundamento cōmunicans maxime decet poſt delicta puniri vt omnia ſequētia ſint terrori: quia enim non pfertur cito contra malos ſententia: idcirco filii hominum abſqȝ vllo timore perpetrant mala. Unde Romulus fratrem ſuum tranſgredientem muros in fundatione rome occidit. Et deus angelis peccantibus non pepercit: nec primis parentibus: nec mundo a diluuio: ideo decuit vt primum peccatum nō remaneret inultum. ¶ Tertio ꝙ p mortem chriſti per idem: quia ſicut primum peccatuȝ debuit parꝰ puniri/ ita ⁊ amplius. ⁊ ideo vt oſtēderetur quantum deus odit peccatum voluit ſatiſfactioneȝ eiꝰ eſſe maiorem dolorem: qui eſſe poſſit in via. et ſic fuit mors chriſti. ideo ⁊c. ¶ Si dicatur/ ſanctius eſt nocentem abſoluere / ꝙ innocentem condemnare. eſt dicendum ꝙ homo qui non poteſt innocenti occiſo vitam corporis reſtituere vel melius recompenſare /potius debet nocenti parcere ꝙ innocentem ledere: ſed deus qui poteſt recompenſare poteſt innocentem morti tradere / etiam ſine ſuo et alterius peccato: multo melius pro peccato aliquo. melius enim fuit chriſto innocenti pro nobis mori vt glorioſior reſurgeret: ꝙ ſi nō fuiſſet mortuus. ¶ Sed vtrum liceat homini pro latrone offerentē ſe interficere ⁊ illum dimittere. Dicendum ꝙ non: qȝ hoc non eſt ius ſuū ſed alterius/ puta dei et reipublice dimittere: etꝰ ius alienū ledere. expedit enim reipublice punire nocentes / etiam ſaluare innocentes. ſed cui dicitur tibi ſoli peccaui inquantū eſt peccatū/ ⁊ cuius eſt vita et mors poteſt ſi vult vnum pro altero acceptare.

Ad rōnes aū oppōm. Ad primū Durādus vbi ſupra.

¶ Ad argumenta principalia reſpondent aliq. Ad primum ꝙ ꝙuis diabolus iniuſte hominem detineret: ⁊ ſic debet a deo per potentiam liberari: tamē homo iuſte detinebatur: ⁊ ſic nō fuit per ſolam potentiam eripiendus: ſed per ſatiſfactionem congruam: vt deo exhiberetur reuerentia contra quem fuerat culpa commiſſa.

Ad ſcḋm.

¶ Ad ſecundum argu. dicendum ꝙ in opere noſtre redemptionis apparuit maxime mia diuina/ non obſtante ꝙ fuit facta p modum ſatiſfactionis quia cū homo ſatiſfacere non poterat pro peccato totius nature humane modo quo poſtea dicetur/ deus ſatiſfactorem dedit filium ſuum. et hoc fuit abundantioris mie: ꝙ ſi peccata abſqȝ ſatiſfactione dimiſiſſet.

¶ Queſtio ſecunda.

Primum.

Secundo queritur/ vtrum aliqua pura creatura ſatiſfacere potuerit pro natura humana. ¶ Et arguit ꝙ ſic: quia grauius eſt peccatum mortale actuale ꝙ originale: ſed quilibet poteſt p peccato ſuo actuali mortali ſatiſfacere: adā etiā pro peccato ſuo actuali ſatiſfecit. ergo videtur ꝙ quilibet poteſt ſatiſfacere pro pecato ſuo originali.

Secundū.

¶ Item ſicut ſe habet gratiarū actio ad beneficia ita ſatiſfactio ad delicta: ſed pro beneficiis ſufficit gratiarum actio ꝙtum homo poteſt: licet non ſit equiualens beneficiis. vnde. 8. ethicoꝝ. dicitur ꝙ ſcḋm potentiam famulans homo diis ⁊ parentibus eſt iuſtus ꝙuis equalis reddere non poſſit. ergo pro delictis ſufficit ſatiſfactio quam creatura exhibere poteſt.

In oppōȝ t. articulꝰ. Durādus q. 2. huius diſtictiōis

¶ In cōtrarium eſt: quia qui dat pro ſe quicquid habet/ non poteſt pro alio ſatiſfacere: ſed homo ſe totum debuit: quia totum a deo accepit. ergo nulla creatura poteſt p alia ſatiſfacere. ¶ Reſpōſio. Primo ponetur circa hoc opinio quedā. deinde inquiretur de ipſa. Dicunt ergo quidam ꝙ aliqua ſatiſfactio poteſt dici ſufficiens dupliciter. Uno modo pfecte ꝙ eſt condigna per quandam adequationem ⁊ recompenſationem culpe commiſſe. Alio modo imperfecte ſcȝ per acceptationem eius qui eſt contentus. Loquendo de ſatiſfactione que eſt condigna/ dicendum ꝙ nulla creatura potuit ſatiſfacere pro peccato proprie perſone. Cuiꝰ rō eſt duplex. Una de qualibet creatura Alia de deſcēdētibꝰ ab adam ſpāliter. Prima talis eſt. non minus obligatus eſt deo ratione delicti commiſſi ꝙ ratione beneficii accepti: ſed nullꝰ poteſt reddere aliquod condignuȝ pro beneficiis acceptis. ergo nullus poteſt exhibere deo ſatiſfactionem condignam pro peccatis commiſſis. Et hec ratio non ſolum videtur concludere ꝙ pura creatura non potuit ſatiſfacere pro ſuo peccato/ vel alterius condigne: ſed etiam chriſtus inꝙtuȝ homo non potuit condigne ſatiſfacere pro peccato totius nature humane: quia chriſtus ſcḋm ꝙ homo non potuit deo reddere equiualens pro beneficiis acceptis. ¶ Specialiter autem probatur concluſio eadem de Adam/ ⁊ de quolibet ab ipſo per viam nature deſcendentē/ ꝙ nullus eorū potuit pro ſe vel pro tota natura humana ſatiſfacere de condigno: qȝ ſcḋm omnes ante gratiaȝ non erat meritum/ nec ſatiſfactio de condigno ſed tantum de congruo. ſed nec Adam nec aliquis p viā nature ab eo deſcendens potuit habere gratiam ante reparationem ſuam. ergo nullus eorū de cōdigno potuit ſatiſfacere p ſe vel pro peccato nature. ¶ Si autem loquamur de ſatiſfactione ſecundo mō accepta: que eſt ſcḋm acceptationē eiꝰ cui fit. et vocatur ſatiſfactio de cōgruo. aut loquimur ſuppoſita dei ordinatione: aut abſolute. Si primo modo/ ſic adhuc eſt dicēdum ꝙ nulla pura creatura potuit ſatiſfacere pro natura humana/ nec aliqua pſona p ſeipſa: niſi virtute ſatiſfactionis per chriſtum exhibite: quia deus ipſum ſoluȝ ordinauit eſſe redemptorem ⁊ propiciatorem p peccatis noſtris: vt dicitur Rom. 3. Iuſtificati p gratiam ⁊ per redemptionem: que eſt in chriſto ieſu quem deus poſuit propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius: propter quod ſuppoſita diuina ordinatione per nullum ꝙ per chriſtum potuit ſatiſfieri pro humana natura. ¶ Si autem loquamur abſolute quid potuerit fieri. ſic videtur probabiliter ꝙ pura creatura potuit ſatiſfacere pro natura humana hoc modo: ꝙuis non ita ſufficienter et congrue ſicut chriſtus. Primū patet ſic: qn aliq duo actꝰ ita ſe habēt ꝙ bonitas vniꝰ equatur malicie alteriꝰ: bonꝰ pōt eē ſatiſfactoriꝰ p malo ſaltē de cōgruo: ſed poſſibile ē ꝙ actꝰ puri hoīs a deo

creati equaretur in bonitate malicie peccati ade
vel eam excederet quantum ad habitum: quia bo
nus act⁹ procederet ex maiori charitate ꝙ̄ fuerit
malicia ex qua proceſſit peccatum ade: et quan=
tum ad obiectum quia eſſe reſpectu eiuſdem ſub=
iecti ex quo vnus actus ſortiretur tm̄ finitatem et
infinitatem in bonitate quãtam alius in malicia
ergo videtur ꝙ actus talis puri hominis poſſit
tantum eſſe ſatiſfactorius de congruo quantum
peccatum ade fuit demeritorius pro ſe ⁊ natura.
¶ Secundo patet idem ſic. Peccatum ade redũ
dauit in totam naturam ꝙ̄tum ad cõdẽnationem
ergo eius penitentia potuit redundare. ſaltem de
congruo in totã naturam ꝙ̄tum ad ſatiſfactionẽ
et reparationem: ⁊ ꝓbatur ꝯſequentia: qꝛ pecca=
tum ade non redundauit in totam naturã: niſi qꝛ
dum peccauit erat in ipſo tota natura originaliter
ꝓpter quod mun⁹ originalis iuſticie collatũ ſibi
pro ſe et pro tota poſteritate peccando amiſit pro
ſe et pro aliis ſed eodem modo quãdo penituit to
ta natura erat virtualiter in eo quare quando ſa=
tiſfecit pro ſe potuit ſatiſfacere pro tota poſterita
te niſi deus aliter ordinaſſet. ⁊ ponitur exemplũ
de milite cui datur caſtrum pro ſe et pro poſterita
te qui ſi per peccatum ſuum meruit priuari caſtro
et ſucceſſores eius. nichilomin⁹ ſi meretur recu
perare caſtrum pro ſe meretur etiã illud recupera
re pro poſteritate ſua. Sic igitur patet ꝙ aliqua
pura creatura pro natura humana ſatiſfacere po=
tuit de congruo niſi quia deus aliquid melius de
nobis ordinauit ſcꝫ vt ſatiſfaceret pro nobis fili⁹
dei factus homo. ¶ Mꝫ etiã fuit magis cõgruũ
qꝛ aliquid dignitatis habet opus ratione agẽtis
ꝙ̄uis principium actionis ſit eiuſdẽ ſpeciei i aliis
ſicut idem verbum dictum a prudẽte eſt maio=
ris dignitatis ꝙ̄ dictum ab ignorante: et ſic i mul
tis aliis. Cum igitur humane nature actio in xp̄o
non fuit ſolũ hominis ſed dei tanꝙ̄ ſuppoſiti agẽ
tis cuiuſdam amplioris dignitatis fuit ad ſatiſfa
ciendum pro natura humana ꝙ̄ actio et paſſio cu=
iuſcunqꝫ puri hominis. ¶ Argumẽta procedunt
viis ſuis: qꝛ prima duo probant ꝙ pura creatura
potuit de congruo ſatiſfacere loquendo abſolu=
te et non habendo reſpectum ad ordinationẽ diui
nam de cõtrario. ¶ Argumentũ autem in oppoſi
tuꝫ probat ꝙ nulla creatura potuit de cõdigno ſa
tiſfacere pro peccato ſuo vel alterius et illud põt
concedi. ¶ Quantum ad ſecunduꝫ inquirẽdo de
predictis ꝙ primo dicunt nullũ pro delicto ſuo cõ
digne poſſit ſatiſfacere. verum eſt gratia non ſup
poſita qđ bene ꝓbat ratio ſecunda: ſed ſuppoſita
gratia qn̄ homo poſſit ex toto ſatiſfacere pro pec=
cato veniali vel pro reatu mortalis non videẽ ve=
rum: qꝛ ad condignitatẽ ſatiſfactionis ſufficit iu=
ſticia vĩdicatiua que eſt hmõi recordiatiua vt in ſa=
tiſfaciendo ſit tanta humilitas et bonitas: quãta
in offendendo fuit ſuperbia et malicia et cum hoc
ꝙ ſit equalitas pene debite ad ſolutionẽ. Hoc aũt
eſt poſſibile: qꝛ habens charitatẽ poteſt eque intẽ
ſe vel intenſius ferri in deum deteſtando peccatũ
mortale vel veniale ꝙ erit maior bonitas hec ꝙ̄
fuit malicia in peccando: ita ꝙ erit equalitas act⁹
ad actũ: et ſi pri⁹ ex obiecto offenſo hẽbat infinita
tẽ ſecundus ex eodẽ obiecto penitentie qui eſt de⁹
et ex grã informante et deo cooperãte habebit in
finitatem. ¶ Itẽ cũ pena debita ſit temporalis

ii. articul⁹ Inquirit, doctor de dictis du.

illa totaliter ſolui poteſt. ¶ Ad primam rõnem
dicendum ꝙ lꝫ filius non poſſit recõpenſare patri
beneficium: poteſt tamen condigne emendare de
bita. quod patet: qꝛ tantum poteſt penitere et fa=
cere ꝙ pater peccabit niſi totuꝫ ſibi remittat. hoc
autem eſt meritum condigni facere ſibi debitum
et debitorem: ſed hoc eſt: quia cũ omne operãs ſit
melius omnibus ſuis operibus: quia cauſa equi=
uoca principalis excedit ſuũ effectum quicqđ fi=
lius patri ſacit min⁹ bonũ eſt ſeipſo faciẽte ſeipm̄
autem patri debet et vlterius ſi bonuꝫ eſt ꝙ patri
exhibet a patre habet potentiam operatiuaꝫ ⁊ ſic
de hoc ipſo debitor eſt patris et ſic ſemper ꝙ patri
exhibet quo ad opus operans in quo eſſentialiter
conſiſtit bonitas minus eſt beneficio ꝙ a patre ac
cepit et multiplicatur beneficium quãto patri plu
ra bona facit et ob hoc non poteſt condignuꝫ red
dere patri pro beneficio accepto: ſed non ſic ei ra=
tione delicti obligatur vt ſemper ſit peius maluꝫ
ꝙ ei facit bono ꝙ ſibi facit ſed poteſt eſſe min⁹ nec
quando ſibi emendat primam offenſam: incurrit
nouam offenſam. ſic ergo homo minus obligatur
deo ratione delicti ꝙ̄ beneficii. Tum quia maius
eſt beneficium a deo receptum ꝙ̄ quodcũqꝫ reddi
tuꝫ ſeruitiũ ⁊ qđ de manu dei accepit deo tribuit
non ſolum opus operans: ſed omnia quomodo fi
lius aliquid poteſt dare patri ꝙ tamen a patre nõ
accepit: ⁊ ſic minus deo ꝙ̄ parẽtibus equiualẽs
beneficio reddere poſſumus maxime quia deo ni=
chil confert iuſticia noſtra ſicut parentibus con
fert iuſticia filii: ſed penitentia dñi placans ſuppo
ſita gratia plus poteſt habere de bono in ſe ſubſtã
tiue et obiectiue ꝙ̄ habuit de malo culpa offendẽs
nec placatio eſt noua offenſio ideo condigne po=
teſt homo ſatiſfacere. ¶ Sed in hoc ꝙ dicũt gra=
tia non ſuppoſita non poſſe condigne ſatiſfieri be
ne concludit ſecunda ratio et hoc ideo quia grati
am ⁊ amicitiam hominis poteſt homo mereri de
condigno: quia vnus homo alium tenetur dilige
re: et ſi ad amicitiam ſe reddat dignum tenetur
eum recipere ſm̄ illam inclinationem naturaleꝫ
qua homo eſt animal politicuꝫ. ¶ Mꝫ ſi aliquis
dicat ꝙ nullus tenetur alterum ad amicitiam re=
cipere niſi velit: ſaltem ad amandum alium tene=
tur: deus autem non. ſi igitur gratiam dei non ha
bet niſi deus velit ſibi gratias concedere et aliter
non poteſt eam habere nec deum poteſt ſibi face=
re debitorem gratie dande: nec ante gratiẽ poteſt
eſſe dignus illorum q̄ amicis ſolent fieri ſicut ami
cis ſuis debita condonantur et voluntates implẽ
tur. ergo ſine gratia non poteſt condigne ſatiſfa=
cere. ¶ Qđ dicunt tertio ꝙ chriſtus ſm̄ ꝙ homo
non potuit ſatiſfacere de condigno quia ſe totum
debuit ſi intelligunt ꝙ ſola humanitate excluſa
deitate non poteſt. verum eſt: ⁊ tamen ratio nõ co
git: quia ſi dediſti michi decem libras de iſtis poſ
ſum facere tibi emendam pro meo et magis pro
alieno delicto: ſed totas decem libras tibi debeã
debito morali non legali: quia quantum eſt bene
ficium tantum tenetur beneficiatus: ita ꝙ de vita
humana a deo ſibi data / potuit ſatiſfacere deo ꝓ
alio ⁊ alius pro ſeipſo licet hoc ipſo faciẽdo plus
obligaretur deo ex beneficio non delicto. Si
autem intelligant ꝙ nec cum deitate falſum eſt:
quia ex ea habuit valorem maximum ⁊ infinitum
ꝙ̄uis enim paſſio hominis ieſu chriſti fuit finita

Ad rõnes durandi.

nec aliquã infinitatē traxit a deitate inq̄tum nec per ſe nec per accidēs cadebat paſſio in deitate. tamen omnis actio chriſti inq̄tum fuit ſuppoſiti infiniti quãdã īfinitatem habuit ⁊ hmõi fuit electio eius in qua principaliter et eſſentialiter conſiſtebat meritum ei⁹ ⁊ ſatiſfactio. ¶ Ad dicſt quarto. Suppoſita dei ordinatione nullaʒ aliã creaturam potuiſſe ſatiſfacere certum eſt: qꝛ nõ eſt ſatiſfacere deo niſi ſolo modo ſibi placito ¶ Ad õ dicunt quinto ꝙ abſolute pura creatura cõgrue poteſt ſatiſfacere ſi ſic intelligant ꝙ de potentia abſoluta deus ſine iniuſticia potuit actuʒ pure creature acceptare in ſatiſfactionē. verũ dicunt: ſed ſi intelligunt ſic ꝙ ita ſufficiēter potuit pura creatura pro omnibus ſatiſfacere ſicut adam potuit omnes inficere ꝙ rõnes concludunt non eſt verum. ⁊ hmõi ratio eſt: quia cum vnus homo pro alio ſatiſfaciat ſm iſtos ad deliberationeʒ. nichilomin⁹ requiritur ꝙ iſte maiorē penitētiam faciat ꝑ alio q̄ ille faceret pro ſeipſo: tamen ſm alios oportet ꝙ eque magnam. Secũdũ alios autem ſi ſufficit minor per maiorē charitatem tamē proportionabiliter ad charitatē. nunc autem pena debita peccato ade erat mors duplex omnium hominũ mundi ⁊ omnis penalitas. ergo cũ vnius pueri hominis vel creature actus vel paſſio cũ charitate quãcũq; dũtamen finita non poſſit oĩbus iſtis equipollere. ergo non poteſt ſufficienter ſatiſfacere.

¶ Ad primã rationē dicendũ ꝙ ſi intendunt concludere de alio ab adam non valet: quia peccatuʒ ade non redundauit in totam poſteritatem ꝑpter magnitudinē ſue malicie: ſed propter hoc ꝙ ipſe erat principium toti⁹ nature ꝙ nulli a primis parētib⁹ cõpetit. Si aũt itelligat rõ deipſo adã non valet qꝛ ad debitã ſatiſfactionē ꝑ pctõ ſuo vel alieno nõ ſufficit l actu peniēdi eē tm̃ de bonitate formali in actu peccãdi fuit de malicia formali: quia hoc reqrit ad remiſſionē ſolt⁹ culpe et pene eterne: et non ſufficit ad remiſſionē pene temporalis. ⁊ qꝛ remiſſio peccati quo ad culpam ſm eos eſt ꝑ ordinationem voluntatis que niſi tantũ reordinet q̄tũ fuit deordinata non eſt equalitas facta preter autem hoc requiritur pene temporalis ſolutio pena autem debita illi peccato eſt omne malum totius nature humane inde ſecutum cui non adequatur quodcũq; finitũ bonum ſuppoſiti finiti. ¶ Ad ſecundam dicēdum ꝙ adam ſuo peccato potuit naturam grauare priuando eã dono ſibi collato ſub conditione non peccandi: ⁊ ſi poſtea fuiſſet ſibi repromiſſum illud donuʒ pro ſua poſteritate ſub cõditione penitendi ita remeruiſſet ſibi et ſuis penitendo ſicut perdiderat ſibi et ſuis peccando: nũc autem lʒ penitendo haberet in ſe totam naturam ſicut habebat peccando: qꝛ penituit anteq̄ genuit et actus penitēdi plus habuit de bono formali q̄ actus peccandi de malo formali: qꝛ tamen habuit pl⁹ de malo virtuali quia ex illo peccato fuit reatus pene in tota natura: ideo quicũq; vult illum amouere ſatiſfaciendo oportet ꝙ hoc faciat per actum toti illi malo equipollētem in bono qđ nõ habuit adam: ſed poſt hoc habuit ex deitate cõiũcta: et ex ordinatione dei facta ꝙ homo nõ habēs peccatum pro peccatoribus moriendo ſufficeret ad ſatiſfaciendum.

Ad rõnes ~~ã~~ oppõm ¶ Ad primũ dicendum ꝙ immo facilius eſt ſatiſfacere pro actuali cuius pena eſt ſolius peccantis. de qua poteſt ad plenum ſatiſfacere q̄ de originali cuius pena obligat totuʒ mundum. Et per hoc patet ad exemplum qđ dãt de milite qui peccando ſibi ⁊ ſuis perdidit caſtrũ poſtea bene ſeruiendo ſibi et ſuis meretur ipſum. Eſt enim vnum caſtrum numero vna merces nõ ſequitur ſi poteſt mereri condigne vno actu vl' pluribus vnum caſtrum numero ſibi et ſuis ſucceſſoribus ꝙ propter tale caſtruʒ hoc vnũ imperpetuũ mereatur ſingulis cuilibet per ſe ſicut debet eſſe in propoſito quia quot ſunt homines tot perdiderunt originalem iuſticiam et tot incurrerunt mortes: quia ſinguli ſingulas erant habituri: et ſinguli ſingulas mortes incurrerunt. et hec eſt cã quare angelus non potuit hominem redimere: quia tantum eſt natus glorificari homo quantũ angelus: nec minor eſt quantum ad bona gratie et glorie minimus homo maximo angelo creato vel creabili. Quis tota natura humana ſit minor minimo angelo quo ad eſſe nature: ideo vnus angelus nõ potuit ſatiſfacere de condigno pro hominib⁹ omnibus pluſq̄ vnus purus homo: quia ſatiſfactio magis fienda erat pro bonis gratie et glorie recuperãdis q̄ pro bõis nature. Ad alia patet ſolutio ex dictis.

¶ Diſtinctio xxi. Qõ.i.

Circa vigeſimamprimam diſtinctionē querũtur quattuor. ¶ Primo vtrum i morte xp̄i deitas fuit ſeparata a carne vel ab anima. ¶ Secundo ſi humanitas integra fuiſſet derelicta ſibi vtꝝ fluxiſſet ab eſſe actualis exiſtentie vel ſubſiſtentie an ab extrinſeco. Diſt.xxi. Qõ.i.

¶ Tertio vtrum corpus chriſti fuit putrefactũ.

¶ Quarto vtrum corpus xp̄i fuit idem numero viuum et mortuum. Primum ¶ Quantum ad primũ videtur ꝙ in morte xp̄i deitas fuit ſeparata a carne et anima ſicut caro et anima fuerunt ab inuicem ſeparata: quia vnio alicuius ad duo vbi duo ſunt eſt duplex et non vna: ſed caro ⁊ anima adinuicem ſeparata ſunt duo vt duo. ergo ſi i morte chriſti deitas fuiſſet vtriq; vnita fuiſſēt due vniones et non vna quod eſt inconueniens: quia cum ante mortē non eſſet niſi vnio in morte eſſet facta noua vnio quod non ponitur. ¶ Item vnio creature cũ perſona diuina non eſt vnio ꝑ naturam ſed ꝑ gratiaʒ Secundũ Sed corpus non aĩatum non eſt capax gratie. ergo videtur ꝙ deitas non fuit vnita corpori a quo erat anima ſeparata. Tertium ¶ Item propter vnionē eſt cõmunicatio ydiomatum ſed nunq̄ fuit veruʒ dicere ꝙ filius dei eſſet corp⁹ vel anima. ergo i morte xp̄i deitas non fuit corpori vel anime vnita.

¶ In cõtrarium eſt quod dicit Damaſ. li. tertio cap. q̄. Et ſi xp̄s mortuus vt homo et ſancta eius anima ab incontaminato corpore diuiſa: tamē deitas inſeparabilis ab vtriſq; permanſit. In oppõʒ ¶ Et arguitur ratione: quia que ſunt nature humane non dicuntur de filio dei niſi ratione vnionis: ſed de filio dei niſi ratione vnionis: ſed de filio dei dicit illud quod conuenit corpori poſt mortē ſcʒ eſſe ſepultum. quod patet ex ſymbolo apoſtolorũ vbi dꝛ paſſus ⁊ ſepult⁹ eſt: ⁊ mortu⁹. ꝗ filı⁹ dei fuit vnit⁹ corpori mortuo. ⁊ eadem ratio eſt de anima a corpore ſeparata: qꝛ ſicut filius dei dꝛ eſſe ſepult⁹ rõe corporis: ita dꝛ deſcēdiſſe ad inferos rõne anime

¶ Rñdeo, tria ſunt vidēda. ¶ Primo de ſeparatiõe Rñſio

dinitat ab hūanitate quo ad totū. ¶ Scđo q̄ſtū ad p̄tē q̄ ē aīa. ¶ Tertio q̄ſtū ad p̄tē q̄ eſt corpus.

i. articul⁹. Puṙā. di. q̄ſti. q. i.

¶ Quantū ad primū dicunt ſic aliq̄ ꝙ differt ceſſatio vnionis et ſeparatio vnitorū. Ceſſat eñ vnio aliquorū p̄ deſitionē alteri⁹ extremi: ſed nō ſeparantur ꝓprie niſi q̄ manēt poſt ſeparationem poſt quaȝ ſoluta eſt eorum vnio. Vñ forme naturales alie ab aīa q̄ñ fit corruptio ſuppoſiti vel cōpoſiti nō dicunt̄ ſeparate a materia: q̄ nō manēt. ceſſat tñ eorū vnio cū materia: ſed ſola aīa rōnalis dicit̄ ſeparari: q̄ remanet ſoluta eius vnione cū materia. hoc ſuppoſito dicēdū ad q̄ſtionem ꝙ in morte xp̄i humanitas nō fuit ꝓprie ſeparata a deitate: ceſſauit tñ vnio ei⁹ cū illa q̄đ patet ex dictꝭ: quia vnio ceſſat ceſſante altero extremo: ſed nō fit proprie ſeparatio niſi p̄manētiū poſt ſepatiōnē. Humanitas aūt cū noīet cōpoſituȝ ex aīa et corpore ſimul iunctis in rōne materie et forme deſiit eſſe ī morte xp̄i. alioquin xp̄s non fuiſſet vere mortuus cū vita ſtet ſtante vnione aīe cū corpore. ergo in morte xp̄i ceſſauit vnio hūanitatis cū deitate: ſed nō fuit ceſſatio illa ſeparatio ꝓprie dicta.

obijcit doctor cōtra iſtud dcm̄ durā. ⁊ ſoluit.

¶ Sed cōtra hoc poteſt argui: q̄ lȝ corp⁹ nō dicat̄ ſeparari ab aīa rōnali: q̄ tpm̄ nō manet ſed corrūpit̄: tamē ecōuerſo ipa aīa q̄ nō corrūpitur dicitur ſeparari a corpore ſicut ꝑpetuū a corruptibili. Et ſilr lȝ humanitas que corrupta eſt p̄ mortē nō poſſit dici ſeparari a diuinitate. q̄ q̄đ nō eſt nō ſeparat̄: cum ſeparatio ſit paſſio entis: tñ ecōuerſo deitas q̄ non corrūpit̄ pōt dici ſeparari ab humāītate corrupta eo ipſo ꝙ deſiit eſſe vnita. ¶ Et dicēdū ꝙ nō eſt ſimile propter duo. Primo q̄ aīa ſeparata nō remanet coniūcta partib⁹ corporis nec materie nec forme. Secūdo q̄ corp⁹ remanet lȝ dictū equiuoce. ſeparatio aūt eſt entis ab ente ⁊ nō entis a non ente. dicitur ergo aīa ſeparari a corpore: q̄ nec remanet coniuncta corpori nec parti corporis ⁊ illō eſt corpus vere et ꝓprie dictum lȝ alteri⁹ rōnis ſi eſt alia forma: ſed ſec⁹ eſt ex parte iſta: q̄ nulla remanet hūanitas ꝓprie dicta nec illa nec alia nec ab ea aliud poſſit dici ſeparari et manet cōiuncta ad oēs partes eius ſicut prius lȝ nō integrant totum.

ii. articul⁹ du. vbi. s.

¶ Quantū ad ſecūdū de aīa dicunt idem ꝙ nō fuit ſeparata a deitate nec eorū vnio aliquomō fuit ſoluta quod patet tripliciter. ¶ Primo ſic. illud quod per gratiā concedit̄ nunq̄ amittitur ſine culpa. Unde Ro. xi. dicitur ꝙ ſine penitentia ſūt dona dei id eſt ſine retractatiōe q̄ſtū eſt ex parte dei dantis. ſed vnio creature cū p̄ſona diuia eſt maxime gratuita. ergo non amittitur niſi p̄ culpā cū ergo in xp̄o nullum fuit peccatum nullo modo vnio diuinitatis cum humanitate ſoluta fuit manentibus extremis vnionis. Anima autē manſit poſt mortē xp̄i cum ſit immortalis. ergo vnio diuinitatis cum ipſa nunq̄ fuit ſoluta. ¶ Secūdo ſic. perfectior et maior eſt vnio p̄ aſſūptionē ⁊ fruitionē ſimul q̄ p̄ fruitionē ſolā: lȝ vnio que eſt per fruitionem eſt inſeparabilis. aliter fruentes non eſſent perfecte beati: quia non eſſent certi de p̄manſione ſue beatitudinis. ergo fortiori ratione vnio aīe xp̄i cū deitate q̄ erat p̄ aſſumptionē ⁊ fruitionem ſimiliter fuit iſeparabilis. ¶ Tertio ſic. xp̄s aſſumpſit naturam noſtrā: non ſolum vt nos redimeret patiendo in ea: ſed vt eam repararet et glorificaret reſurgendo. Et ideo non fuit conueniēs ꝙ filius dei in morte ſcȝ animā deſereret que poſt triduum erat corpori reunienda in eius glorioſa reſurrectione. ergo vnio deitatis cum anima nullo modo ſoluta fuit neq̄ p̄ ſeparationem vtriuſq̄ partis remanentis neq̄ per ceſſationeȝ alterius.

Arguit doctor cōtra iſtud dcm̄ durā.

¶ Cōcluſio autē in ſe vera eſt ſcȝ ꝙ ab aīa nō ſit facta ſeparatio nec ceſſauit vnio: q̄ in xp̄o nō debet poni aliqua imperfectio non neceſſaria ad ſalutem. ſi ergo propter hoc caruit gratia corporis ante reſurrectionem quia mors erat nobis neceſſaria ad ſalutē et p̄ hoc a principio non caruit gloria anime que non impediebant ſalutē. Cuȝ enim gloria anime in triduo non impediuerit ſalutē: q̄ non minus potuit deſcendere ad inferos glorioſa q̄ non glorioſa: quia non deſcendebat ad patiēdū ſed ad liberandū et illuminandum. ideo ⁊c.

¶ Prima autem ratio aliorū eſt ſolubilis: quia quod concedit̄ p̄ gratiam gratis datam ſepe amittit̄ ſine culpa. ſicut ſpiritus prophetie et genera linguarum que dāt̄ aliq̄ñ ad tēpus ⁊ de gratia miraculorū. Similiter de gratia gratum faciēte p̄ quā paulus et moyſes fuerunt admiſſi ad viſionem: qua durante non peccauerunt: et tamen eam perdiderūt et conſolationes ſpūales actuales nō ſemp durant actu vſq̄ ad culpam: immo ſine culpa et inuitis ſubtrahuntur que tamen gratis conceduntur. ¶ Per idem poteſt impugnari minor ſecunde rationis: quia vnio fruitionis in moyſe et paulo fuerunt ſeparate. Maior etiam non concludit recte: quia vtraq̄ eſt perfectior altera: non tamen propter hoc ſequitur ꝙ ſit minus ſeparabilis quia cum humanitate fuit vtraq̄ a qua ſaltem eſt ſeparata quo ad ceſſationem vnionis quod nō eſt in ſimplicibus beatis. ¶ Ad tertium poſſet dici ꝙ remanſiſſet vnio fruitionis que poteſt eſſe ī anima ſeparata et non remanſiſſet vnio aſſumptiōis ex quo vna fuit aſſumptio qua aſſumpſiſſet mediante toto. Unde partes ceſſante aſſumptione totius ceſſauit aſſumptio partium ſicut aliq̄ dicūt.

iii. articul⁹ du. vbi. s.

¶ Quantū ad tertiū de corpore dicunt quidam ꝙ non poteſt ſic dici omnino. immo oportet aliter dicere ſm̄ ponentes diuerſitatē formarum ſubſtātialium et aliter ſm̄ ponētes vnitatē earum. ſi eñ in homine ſit talis pluralitas formarū: ita ꝙ corpus ſit corpus per aliquam aliam formam ab anima que maneat in eodem corpore viuo ⁊ mortuo: vt dicūt. ¶ Dicendū eſt ꝙ a tali corpore nunq̄ ē deitas ſeparata nec earuȝ vnio ſoluta propter eaſdem rationes q̄ dicte ſunt de anima: maxime propter ſecundam et tertiam. ¶ Si autem in homine non ſit aliqua forma ſubſtantialis preter animaȝ tunc eſt dicendum ꝙ deitas non fuit proprie ſeparata a corpore. Ceſſauit tamē eius vnio cum corpore. quod patet arguēdo vt prius arguebatur de humanitate: quia vnio ceſſat ceſſante altero extremorum: ſed non eſt ſeparatio niſi p̄manentium.

¶ Secundum autem hanc opinionem corpus deſiit eſſe per mortem illud quod erat eſſentialiter: quia cum corpus non nominet ſolam materiam ſed compoſitum ex materia et forma dante eſſe corporeum de intrinſeca et eſſentiali ratione corporis eſt forma per quam habet eſſe corporeum. Si autem in homine non ſit alia forma ab anima ſed per eam habet eſſe corporeum ⁊ animatum: et ſic de ceteris perfectionib⁹ cum illa ſeparata fuit ī morte ſequitur ꝙ corpus deſierat eſſe quod erat eſſentialiter et ſic ſoluta eſt ei⁹ vnio cū deitate pp

deſitionē eius q̃uis nõ ſit facta ſeparatio ꝓprie:
q꞉ cū curſus nature habeat hoc ꝙ ad ſeparationē
aie a corpore introducit̄ in eadē materia determi=
nata forma ſubſtantialis cū ſilibus diſpoſitionib⁹
q̃ fuerunt in corpore viuo:ideo corpus mortuū di=
citur fuiſſe corpus ſcꝫ viuētis hoīs. ❡ Et iterū i
xp̄o dicunt̄ hec eſſe ſpeciali rōne:q꞉ corpus viuū ⁊
mortuū fuit eidē ſuppoſito vnitū rōe cui⁹ vnionis
dicitur fili⁹ dei fuiſſe in ſepulchro ſicut ſi fuiſſet ol
no idē corp⁹ quod pri⁹. Neqꝫ debet dici noua vnio
ſimpliciter ꝓpter vnionē ſuppoſiti diuini cuꝫ iſto
corpore:q꞉ iſta non eſt facta principaliter ⁊ ꝑ ſe:ſꝫ
ex naturali ꝯcomitātia vel cōſeq̄ntia ad p̄ncipiū
vbi autē vnū ꝓpter alterū vtrobiqꝫ tm̄ vnum ſiue
autē corpus mortuū et viuū fuerit idē ꝑ eſſentiaꝫ
ſiue nõ. decuit tn̄ ꝙ nõ incinerare poſt mortē:tum
ꝓpter dignitatē diuinitatis cui vniebat̄:tum quia
xp̄s non aſſumpſit defectus humane nature: niſi
q̃tum expediebat ad finem redemptionis noſtre
et ideo cū opus redēptionis noſtre fuit in morte
cōpletū ſm̄ q̄ð dicit xp̄s Jo.xx. Conſummatum
eſt. ꝓpter hoc putrefactio ⁊ incineratio que ſunt
defectus mortē conſequentes nõ debuerūt eſſe in
corpore xp̄i. ❡ Utrū autē xp̄s poſſit dici aīal vel
aīatus in triduo qñ non erat homo? Dicēdum ꝙ
xp̄s habēs aīam ſibi vnitā in triduo nõ poterit di
ci ꝑ eam aīatus aīa ꝓprie vel aīal:q꞉ eſſe aīatū vel
aīal eſt habere aīam:non quocūqꝫ modo ſibi vni=
tam ſꝫ ſe informantē:ſed xp̄s poterat dici anima
non ꝓut dicit partē:ſed ꝓut dicit habēs naturam
aīe ſicut aīa ſeparata dicitur aīa:q꞉ ſubſiſtit in na
tura aīe. Sicut eñ ab humanitate ſic denoīat̄:ſic
denominatur humanitas ſubſiſtens homo ita cū
anima ſubſiſtens dicatur anima vnita per ſe ver=
bo denominat ip̄m anima et ſilr̄ ex corpore vnito
ſibi poterat dici non corporeus nec carneus pro=
prie: ſed ſicut illa corporeitas ſibi relicta faceret
ſuppoſitum quod diceretur corpus vel caro prout
dicitur de mortua:ſic ſuppoſitū diuinū in ea ſubſi
ſtens potuit dici corp⁹ vel caro ꝓut nominat ſubſi
ſtens in natura corporis perfecta non prout dicit
partē. Si autē aſſumpſiſſet ꝑ ſe illa q̃ non ſunt na
ta ꝑ ſe eſſe niſi ſola diuina virtute vt ſunt acciden=
tia et forme ſubſtantiales et corporales: tunc de=
nominaretur ab illis non illo modo quo denomi
nantur ſm̄ legem cōem q̄ð ſonat in informationē
ſed ꝓut denomināt ſm̄ legem p̄uatā miraculoſe
ſubſiſtēdum. Uerbi gratia. Albedo aſſumpta nõ
faceret album:q꞉ eſſe album eſt informari albedi
ne et habere eam ſicut formā:ſed ſicut albedo ſub
ſiſtens eſſet albedo et nõ alba:ſic diceretur xp̄s al
bedo nõ in iſto ſenſu ꝙ deitas eſſet eēntia albedis
ſed ꝙ eſſet ſubſiſtens in natura albedinis. Siliter
ſi aſſumpſiſſet formā bouis nõ eſſet bos: ſicut nec
erat in triduo:q꞉ eſſe bouē eſt ſubſiſtere in ꝑfecta
natura bouis ſed diceretur anima bouis concreti
ue non abſtractiue ſicut illa diceretur ſic nec deno
minarentur forme inſeparabiles ſi ſepararentur
ſicut nominat̄ forma q̃ naturaliter ſeparatur que
retinet idem nomen:ſed tamen ſm̄ aliū ſenſum q꞉
nõ ſeparata ſupponit ꝓ forma ſeparata ꝓ ſuppo=
nendo. ſi ꝓo ſola q̃titas ſeparata aſſumeret̄ face
ret deum eſſe q̃tum ⁊ q̃titatem/ſi verū eſt ꝙ aliq̄
Ad rōnes añ oppōm dicunt ꝙ ipſa denoīat ſeipſam. ❡ Ad argumenta
principalia dicendū ad primū ꝙ vnio prima diui=
nitatis cū humanitate fuit actu vna. Potētia ꝓo
plures:q꞉ in toto continentur plures partes:et iđ
potentia reducta eſt ad actū quādo humanitas ꝑ
mortē reſoluta eſt in ſuas partes nec eſt aliq̄ð in=
conueniens:q꞉ talis nouitas ſit in vnione partiū
humanitatis ad diuinitatem. ❡ Ad ſecundū di= Ad ſcđm
cendum ꝙ vnio creature ad perſonam diuinā non
ſit ꝑ gratiam habitualē gratū facientē cuius ſola
creatura rationalis eſt capax ſed ꝑ ſolā gratuitā
dei voluntatem ꝑ quā indifferēter pōt vniri crea
tura rationalis ⁊ irrationalis. ❡ Ad tertiū dicē= Ad tertiū
dum ꝙ vnio facit cōicationē ydiomatū ſoluꝫ quo
ad terminos concretos importantes ſuppoſitum
quia ſolum ratione talis ſuppoſiti ſit talis cōica=
tio. aīa autē ⁊ corpus que ſunt partes dicunt natu
ram et nõ ſuppoſitū. propter quod non poteſt dici
ꝙ filius dei ſit anima vel corpus quod eſt pars.

❡ Queſtio ſecunda.

Secundo queritur vtrum ſi hu Q̄o.ij.
manitas chriſti derelinqueret̄ Primum
ſibi flueret ab ea eſſe actualis
exiſtentie vel ſubſiſtē̄tie:aut ab
extrinſeco ſolum induceret̄ in
eam? Et videt̄ ꝙ non: q꞉ nihil
plus haberet illa eſſentia per=
fectiōis q̃ꝫ nūc habeat immo
eſſet minus perfecta: ſꝫ nūc nõ
fluit ab ea ſubſiſtere nec exiſtere ſubſtantiale ſm̄
multos ergo nec tunc. ❡ Contra humanitas ſibi In oppõꝫ
derelicta ſe haberet ſicut cetere eſſentie create: ſꝫ
in ceteris eſſe fluit ab eſſentia vt multi dicunt. er=
go ⁊c. ❡ Reſponſio. Queſtio iſta ſupponit ꝙ eſſe Rñſio
differt ab eſſentia nec aliud eſſet in illa eſſentia q̃ꝫ
in ceteris. de quibus ſunt due opiniones probabi
les. ❡ Prima dicentiū ꝙ eſſe nõ fluit ab eſſentia j.opinio
ſed in eam reducitur totaliter ab extra: ⁊ ipſa ſe
habet ad ip̄m ſicut receptibile ſicut aer ad lumē.
❡ Confirmatur autē iſta opinio q̄nqꝫ rationib⁹.
❡ Prima talis eſt. Si eſſe flueret ab eſſentia ipſa j.ratio
ſe haberet ad ipſum effectiue et non tantū mate=
rialiter:quia forma non fluit a materia ſꝫ educat̄
de ea ſicut lux fluit a ſole a quo eſt effectiue: ſꝫ eſ=
ſentia non poteſt ſe habere ad eſſe ſuum actiue:q꞉
nulla res dat ſibi eſſe ſimpliciter:quia ſm̄ Augu.
Nulla res generat ſeipſam vt ſic. ergo eſſe nõ fluit
ab eſſentia. ❡ Secunda ratio talis eſt. Nullum ij.ratio
creatum fluit ab aliqua creatura: q꞉ tunc creatu=
ra crearet vel concrearet: ſed omne eſſe eſt creatū
quia prima rerum creatarum eſt eſſe: et eſſe eſt ef=
fectus primus et communiſſimus: ⁊ ꝑ conſequēs
proprius cāe prime ſicut ignire eſt primus ⁊ pro=
prius effectus ignis. ergo ⁊c. Et confirmatur q꞉
quod eſt tale per eſſentiam eſt cauſa eſſendi omni
bus aliis. Unde cum deus ſit ſuum eſſe: ipſum eſt
cauſa eſſendi omnibus que ipſum eſſe participāt.
❡ Tertio ſic. Illud q̄ð p̄ſupponit̄ in re ante oēm iij.ratio.
creationē nõ poteſt eſſe cauſatū a re ipſa: q꞉ cauſa
p̄cedit cauſatū/⁊ non ecōuerſo: q꞉ cauſa eſt illud
ad cui⁹ eſſe ſequit̄ aliud. ⁊ ſic ante oēm creationeꝫ
ſupponit̄ eſſe cauſa. ergo īpoſſibile ē ꝙ res ſit cau
ſa ſui eſſe. ❡ Quarto ſic. Illud habet res a ſe q̄ð
habet ꝑ ſe ⁊ ſicut a creāte a ſeipſo: ſicut diceret̄ aq̄ iiij.ratio
ex ſe vel a ſe frigida: q꞉ frigiditas fluit a p̄ncipiis
eius. vnde ꝑ ſe iueſt ſcđo modo dicēdi ꝑ ſe: ſꝫ res
nõ habet eſſe ab alio. ergo. ⁊c. ❡ Quinto ſic. Il=
lud nõ fluit a re in cui⁹ oppoſitū tēdit res ſibi de= Quīta rō
relicta: ſicut caloꝛ nõ fluit ab aqua: q꞉ aq̄ ſibi dere

licta tendit in frigiditatẽ ⁊ oppoſitũ caloris: ſed oīs creatura ſibi derelicta tendit in nõ eſſe: qꝛ oīa ad nichilũ tenderẽt: niſi man⁹ oīpotẽtis ea cõſeruaret ſcd̃m Greg. ⁊ Augu. ¶ Secũda opinio eſt

Scd̃a opinio.

totaliter huic cõtraria: ſcꝫ ꝙ ſuppoſito ꝙ eſſe differat ab eſſentia/ipſum ꝑfluit ab ea naturaliter ⁊ intrinſece: qd̓ cõfirmaẗ quinqꝫ rationib⁹: quarũ

Pr̄ia rõ.

prima talis eſt. Oīs effect⁹ formalis fluit a ſua cauſa: ſꝫ eſſe eſt effect⁹ formalis eſſentie. ergo ⁊c. Maior patet: qꝛ oĩe qd̓ eſt ab alio fluit ab eo: vñ cũ oīs effect⁹ ſit a ſua cauſa/ꝑ ꝯſequẽs fluit ab ea. Minor patet: qꝛ ſicut ſe habet hec eſſentia ad hoc eſſe: ſic abſolute eſſentia ad eẽ: ſed hec eſſentia puta albedo/eſt cauſa formalis hui⁹ eſſe puta eſſendi albũ. ergo. ⁊c. ¶ Scd̃o ſic. Naturale ꝓcedit ⁊

Scd̃a rõ.

fluit a natura: ſed eſſe eſt naturale eſſe nature. ergo. ⁊c. Maior patꝫ: qꝛ natura eſt materia vel forma: ſꝫ naturale illud qd̓ cõſequiẗ materiã vel formã: vt ſurſum ferri ignẽ vel hmõi. 2. phiſicorum. Minor patet q̃tũ ad p̃mã partẽ. qꝛ nichil ẽ tã naturale rei q̃tũ eſſe. ¶ Itẽ q̃tum ad aliam partẽ: qꝛ natura rei eſt ei⁹ eſſentia. ¶ Tertio patꝫ idẽ ſic

Tertia

qꝛ illud eſt magis naturale rei qd̓ ineſt ei a principio intrinſeco actiuo ⁊ paſſiuo: q̃ qd̓ ineſt ei tm̃ a p̃ncipio paſſiuo: ſicut mot⁹ grauiũ ⁊ leuiũ eſt magis naturalis cuius p̃ncipiũ tã actiuũ q̃ paſſiuũ eſt intra/q̃ motus celi cui⁹ tm̃ p̃ncipiũ paſſiuũ eſt intra: ſed eſſe eſt naturaliſſimũ oī eſſentie. ergo oẽ eſſe ꝓcedit actiue ab oī eſſentia/⁊ nõ ſolũ paſſiue eſt in ea. ¶ Quarto ſic q̃to aliquid eſt magis intimũ tãto eſt magis ab intra: ſed eſſe eſt intimiſſimũ

Quarta

magis q̃ potentia vel ꝓpria paſſio. ergo cum illa fluat ab intra/multomagis eſſe. Maior patet: qꝛ qd̓ eſt intimi⁹ eſt magis intraneũ ⁊ min⁹ extraneũ ⁊ minus ab extra. Vñ et aīa rationalis qꝛ ab extra induciẗ: diſtinguiẗ cõtra formas naturales q̄ ab intra inducunẗ. Minor ſupponiẗ ſcꝫ ꝙ potẽtie aīe fluãt ab eſſentia ⁊ ꝓpria accidẽtia a ſuo ſubiecto. ¶ Quĩto ſic. Illud in qd̓ ꝑfectibile actu ens

Quinta

tẽdit naturaliter ſicut in ſuã ꝑfectionẽ fluit ab ipſo: ſed oīs eſſentia actualis tẽdit ad eſſe actualis exiſtẽtie ſicut in ſuã ꝑfectionẽ formalẽ. ergo illud fluit ab ea. Maior patꝫ in aqua q̄ tẽdit in frigiditatẽ: qꝛ ita naturaliter fluit ab ei⁹ p̄ncipiis. nec eſt ſimile de materia q̄ appetit formã/ſicut turpe/bonum. 1. phiſicoꝝ. nec fluit ab ea qꝛ nõ eſt actu ens. Minor patꝫ: qꝛ oīs eſſentia tẽdit in eſſe: ⁊ oīa appetunt participare diuinũ eſſe. 2. de aīa. ergo. ⁊c. ¶ Qui vult ſuſtinere p̃mã opinionẽ põt reſpõdere ad argumẽta opinionis ſecũde. ¶ Ad primũ

Rñdet doctor ad rõnes iſti⁹. 2 opinionis

dicendũ ꝙ maior eſt vera/minor falſa: qꝛ eſſe non eſt effect⁹ formalis eſſentie: qꝛ cauſa eſt ad cui⁹ eſſe ſequiẗ aliud. vnde oportet cauſam pri⁹ eſſe q̃ ſit effect⁹. vnd̓ nõ põt eſſe cauſa reſpectu ſui eẽ: ⁊ qñ diciẗ ꝙ albedo eſt cauſa formalis exiſtẽdi albũ: neganda eſt iſta: ſed albedo cũ ſuo exiſtere eſt cauſa

Ad ſcd̃m

formalis ſubiecto exiſtẽdi albũ. ¶ Ad ſecundum dicẽdũ ꝙ naturale ſupponẽs nature eſſentiam et exiſtẽtiã fluit ab eo ſicut eſt ꝓprietas accidentalis: ſed naturale qd̓ nõ ſupponit rei exiſtẽtiam nõ fluit a re: qꝛ oportꝫ pri⁹ exiſtere rem q̃ aliqd̓ fluat ab ea: ⁊ tale naturale eſt ipſum eſſe actualis exiſtẽ

Ad tertiũ

tie. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ aliqd̓ põt dici naturalius alio tripliciter. Vno mõ qꝛ a natura magis cauſatũ: ⁊ ſic eſt naturali⁹ qd̓ eſt ab ei⁹ natura actiue ⁊ paſſiue: q̃ qd̓ paſſiue tm̃ vt arguiẗ. Alio modo qd̓ eſt a natura magis deſideratũ: ⁊ ſic finis ẽ magis naturalis: q̄ tñ min⁹ eſt a natura cauſat⁹/ſed ſolũ paſſiue ſe habet ad ei⁹ receptionẽ. Tertio modo qꝛ magis nature ſaluatiuũ: ⁊ hoc tertio et ſcd̃o mõ eſſe eſt naturaliſſimũ: qꝛ ſine ipõ eſſentia nõ ſaluaẗ naturaliter ⁊ ipſum maxime deſideraẗ/nõ aũt p̃mo mõ. ¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ quãto

Ad q̃rtũ

aliqd̓ eſt intimi⁹ tãto eſt magis intra: ſed nõ oportet ꝙ ſit magis ab intra: qꝛ de⁹ nõ eſt ab intra qui eſt maxime intra. ⁊ forma ſubſtãtialis magis ab extra eſt q̃ accidẽs ꝓpriũ: ⁊ tñ magis eſt intra. forma eñ ſubſtãtialis nõ fluit a materia licet educatur ab ea: ſed ꝓpria paſſio fluit a p̃ncipiis ſpeciei:

Ad q̃ntũ

q̄ tñ min⁹ eſt extranea q̃ forma ſubſtãtialis. ¶ Ad quintũ dicendũ ꝙ ꝑfectibile actu ens quo ad eſſe eſſentie ⁊ exiſtẽtie qñ tẽdit in aliqd̓ ſicut in ſuã formalẽ ꝑfectionẽ illud fluit ab eo ſicut naturale ⁊ ꝓpriũ accidẽs a ſubiecto: ſed qñ nõ eſt ꝑfectũ q̃tũ ad eſſe actualis exiſtẽtie nichil ꝑfluit ab eo cauſaliter: qꝛ omne cauſatũ ꝓſuppõit exiſtere ſue cãe

Rñdet doctor ad rõnes. j. opi.

¶ Si quis autẽ vult ſuſtinere ſecundã opinionẽ poteſt reſpõdere ad argumenta opinionis prime. ¶ Ad p̃mũ dicendũ dupliciter. Primo ꝙ maior ẽ

Ad p̃mũ

falſa: qꝛ oīs effect⁹ formalis fluit a ſua cauſa: nec tñ cã formalis ſe habet actiue ad ſuũ effectum: qꝛ agẽs ⁊ forma nõ incidũt in idẽ numero. 2. phiſicoꝝ. Scd̓o ꝑ interẽptionẽ minoris ſcꝫ ꝙ põt ſe hẽre eſſentia ad eſſe actiue: qꝛ aut hoc impedit idẽtitas aut intimitas: aut defect⁹ exiſtẽtie. Non primum qꝛ ſupponiẗ ꝙ eſſe differat ab eſſentia. Nec ſcd̃m qꝛ licet idẽ nõ agat ſeip̃m: tñ idẽ agit in ſeipſo: ſicut aīal mouet ſeipſum: ⁊ ſic cauſat motũ in ſeipſo. Si autẽ eſſentia ꝓducat eſſe nõ ꝓducet ſe: ſed aliud in ſe. Nec tertiũ: qꝛ humanitas xp̄i nõ hꝫ exiſtere: ⁊ tñ ab ea ꝓpria accidẽtia ꝑfluunt ſicut ab aliis humanitatib⁹/alīs non eq̄ naturaliter ei ineſ

Ad ſcd̃m.

ſent. ¶ Ad ſcd̃m dicendũ ꝙ eſſe nõ cauſaẗ aliẗ q̃ eſſentia nec alia creatiõe: nec eſſe ẽ effect⁹ cõior q̃ eſſentia: nec ꝓpri⁹ aut p̃m⁹ effect⁹ dei magis q̃ eſſentia: qꝛ ſicut ipſe eſt ſuum eſſe/⁊ ſic ſua eſſentia. Unde ſicut eſſe eſt in creatura ſic ⁊ eſſentia. ⁊ ſi eẽ differt ab eſſẽtia põt fluere ab ea formaliẗ: qꝛ etiã materia eſt a ſolo deo effectiue: ⁊ tñ hꝫ cauſaꝫ formalẽ quo ad exiſtere/ſic ⁊ eſſe dato ꝙ eſſet a ſolo deo effectiue nihil tamen ꝓhibet potentiã ab eſſentia effluere quaſi effectum formalem a ſua cauſa

Ad tertiũ

formali. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ illa diffinitio intelligiẗ de ſola cã efficiente nõ de fine q̄ eſt vltim⁹ in executione: nec de materia que prior eſt forma: ⁊ per cõſequẽs ſuo eſſe: nec de forma que eſt cauſa eſſendi ipſi materie et ꝑ ꝯſequẽs prius eſt cauſa q̃ habeat eſſe cum cõpoſitum habeat pri⁹ eſſe q̃ aliqua pars ei⁹: ſed nõ habet eſſe niſi a ſuis partib⁹ eſſentialib⁹ cauſaliẗ. ergo ille pri⁹ cauſant q̃ habeant eſſe. ¶ Prima iſta opinio concedit ꝙ potentie aīe abſolute fluũt ab eſſentia eius ſed eſſentiã aīe q̃diu eſt cõiuncta nõ hꝫ exiſtere nec ſubſiſtere niſi aptitudine. ergo ante exiſtere eſt hmõi cauſalitas. ¶ Vel dicendum ꝙ pri⁹ habet aliqd̓ exiſtere q̃ ipſum agat actione vel trãſmutatione nature prius habet potentiã actiuã: qꝛ agere eſt ꝑfecti ſed nichil ꝓhibet ex aliquo impꝑfecto aliquid naturaliter reſultare ꝑ naturalẽ ꝯcomitãtiã/cuius vtriuſqꝫ ſit tñ vna cauſa agẽs extrinſeca ſicut potẽtie fluũt ab aīa anteq̃ ipſa ſit ꝑfecta ꝑ potentiã actiuã. nõ ſicut aliqd̓ ꝑ realẽ actionẽ ꝓductũ: qꝛ

creatura nõ agit p eſſentiã:ſʒ ſicut naturalr reſul
tãs concreatũ.⁊ ſilr nõ pducit ab eſſentia: ſed na
turaliter eã cõſequit/⁊ ab ea reſultat ab eodẽ agẽ
Ad q̃rtuʒ te cõcreatũ. ¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ ſicut res nõ
habet a ſe eſſe ſed a deo effectiue/ſic nec eſſentiam
ſed ſicut a ſe formaliter habet eſſe eſſentie:ſic ⁊ eẽ
actualis exiſtentie.cũ oĩs actio terminet ad eſſe:
nec ſic res habet eſſe ab alio:ſicut aer lucẽ:q2 tũc
poſſet naturalr eẽ eſſentia ſine eẽ/ſicut aer ſine lu
ce.⁊ cũ materia ſit ĩdeterminata: determiatio ꝑo
ſit a forma cuʒ omnis eſſentia ſit determinata ad
certũ eſſe videt ſe habere ad eſſe nõ ſolũ ſicut ma
Ad q̃ntuʒ teria receptiua:ſʒ ſicut agẽs vel mag᷑:ſicut forma
¶ Ad q̃ntũ dicẽdũ ꝙ eſſentia nõ tẽdit in nõ eſſe:
imo naturaliter appetit eẽ:ſed dicit tẽdere ad nõ
eſſe q2 nõ põt ſe effectiue cõſeruare in eſſe niſi de᷒
cõſeruet. ¶ Cõfirmat etiã opĩo: q2 eſſe ẽ a forma
magis q̃ a materia: hoc aũt nõ eſſet verũ ſi habe
ret ſe tm̃ paſſiue nec formalit nec effectiue. Si dĩ
cat ꝙ magis a forma q2 magis determinat ad eẽ
certũ q̃ materia.ǵ ſequit ꝙ nõ ſolũ ſe habet rece
ptiue:q2 eſſe receptiuũ eſt indeterminatũ inq̃tuʒ
hmõi. ¶ Itẽ oĩs effect᷒ dei efficiẽtis:aut eſt for=
ma ſicut angel᷒ vel aĩa:aut eſt habẽs cauſam for=
malẽ:ſicut materia vel cõpoſitũ. ſed eſſe ſm̃ p̃mã
opinionem eſt effect᷒ dei efficientis:nec eſt forma
ſicut ipſa eſſentia:q2 differt ab ea.ergo habet cau
ſam formalẽ nõ aũt aliã niſi eſſentiã. ǵ eſſe eſt ab
ea formaliter ⁊ nõ cõſequẽs ſolum ab extra: ſicut
Ad rõnes cauſam ſine qua nõ. ¶ Ad p̃mũ p̃ncipale dicẽdũ
p̃ncipales ſm̃ ſecũdã opinionem ꝙ nũc nõ fluit ab ea eẽ/nõ
ppter im pfectionẽ: ſʒ q2 ſibi nõ derelinquit. ſi aũt
deponeret tũc ab ea flueret nõ q2 eſſet magis pfe
cta:ſed q2 ſue nature relicta. ¶ Ad ſecundũ dicẽ
dum ſcðm primam opinionem p interemptionẽ.

¶ Queſtio tertia.

Tertio querit vtrum corp᷒ xp̃i
fuerit putrefactum. ¶ Et ar=
Primum guitur ꝙ ſic: q2 xp̃s aſſumpſit
naturã viuentẽ:⁊ p cõſequens
oẽs defectus conſequẽtes ad
naturã viuentẽ. ergo eadẽ ra=
tione cũ aſſumpſit naturã mor
talẽ ⁊ illã mortuã habuit in il=
lo triduo debuit defect᷒ ptinẽ
tes ſiue ꝯſequẽtes naturã mortuã: ſʒ putrefactio
eſt hmõi defect᷒ q̃ ꝯſequit ad naturã mortuã ſiue
Secundũ ad mortẽ.q̃re ⁊c. ¶ Itẽ ſicut in xp̃o ponit fuiſſe
vera mors/ſic ponit fuiſſe vera reſurrectio: ſʒ ma
ior et verior eſt reſurrectio q̃ eſt a corpe putrefa=
cto ad corp᷒ viuũ q̃ illa q̃ eſt a corpe nõ putrefa=
cto ad corp᷒ viuũ.cuʒ igit reſurrectio xp̃i debeat
poni maxia ⁊ veriſſima:q2 ipã ẽ forma exẽplaris
Tertium. noſtre reſurrectionis.ergo ⁊c. ¶ Itẽ qñ aliquis
aſſumit aliquã naturã ſpecificã aſſumit oẽm pro=
prietatẽ cõſequẽtẽ illã naturã.cũ igit putrefactio
ſit paſſio corpis mixti corpalis ⁊ xp̃us aſſumpſit
Quartuʒ corp᷒ mixtũ corruptibile.ergo ⁊c. ¶ Iteʒ natura
nichil incipit qð nõ poſſit pficere 3. metheororũ.
⁊ in de ce.⁊ mũ.⁊ ratio ẽ:q2 tũc faceret aliqd fru=
ſtra cui᷒ oppoſitũ patʒ p̃mo ce.⁊ mũ. cũ igit natu
ra in xp̃o incepit q̃ſi viã ad putrefactionẽ p mor=
Queſtiũ= tem/videt ꝙ illã terminauerit. ¶ Iuxta hoc q̃ri
cula ſcða. tur verũ cã nõ putrefactionis fuit acceleratio re=
ſurrectionis. Et videt ꝙ nõ:q2 illa ĩcorruptio ſo
li xp̃o ⁊ ex ſpeciali p̃uilegio videt cõuenire:ſʒ in=
corruptio q̃ eſt p̃ſeruatio ab incineratione ⁊ putre
factione p acceleratã reſurrectionẽ anteq̃ʒ facta
ſit huiuſmodi corruptio/nõ fuit p̃uilegiũ xp̃i nec
ſoli xp̃o cõuenit:q2 etiã videt btẽ virgini cõuenif
ſe/vt patet p Augu. in quodã ſmone de aſſũptio
ne btẽ virginis.ergo oportet ponere aliquã aliaʒ
ĩcorruptionẽ a p̃dictis/⁊ aliã cauſam cõſeruatio
nis a putrefactione ⁊ ĩcineratione q̃ accelleratio
nis reſurrectionis:hoc aũt nõ videt eſſe niſi reſer
uatio alicui᷒ forme p̃exiſtẽtis in corpe que manet
miraculoſe ⁊ q̃ manente nõ põt corp᷒ xp̃i putreſie
ri vel incinerari etiam ſi reſuſcitatum non fuiſſet.
¶ Ad oppoſitũ primi ſpecialiter eſt: q2 pie credi In oppoſi
tur de corpe beate ꝟginis/⁊ ſcti Iohãnis euãge= tũ primi.
liſte ꝙ nõ fuerit putrefacta: imo ꝙ btã ꝟgo fuit aſ
ſumpta cũ corpe ⁊ aĩa in celũ/⁊ etiã beat᷒ Iohan
nes.vel ad min᷒ ſi nõ credit/cõtrariũ tñ non aſſe=
rit.ſi ergo hoc credit de corpe ꝟginis:multo for=
tius hoc credit de corpe xp̃i. ¶ Ad oppoſitum
vtriuſq̃ ſileſt qð dicit Act. 2. Dauid dicit. Ca= In oppõſ
ro mea requieſcet in ſpe: q̃m nõ derelinques aĩam vtriuſq̃ q̃
meã in inferno:nec dabis ſanctũ tuũ videre corru ſtionis.
ptionẽ: ſʒ iſta ꝯña quã facit petr᷒ ex dictꝭ Dauid
nõ valet ſi alia fuit cã dicte incorruptiõis q̃ reſur
rectio p̃ueniens huiuſmodi ĩcorruptionẽ.q̃re ⁊c.
¶ Hic primo videndũ qd ſit putrefactio. Scðo Reſpõſio
ꝙ corp᷒ xp̃i nõ fuit putrefactũ ſed tm̃ putrefacti= 1. articul᷒
bile. Tertio oſtendẽda eſt cauſa quare nõ fuit pu=
trefactũ. ¶ De primo ſciendũ ꝙ putrefactio eſt
corruptio pportionis elemẽtoꝝ in mixto p exala
tionẽ humidi cõtinuãtis partes in mixto factã a
calido corpis circũſtãtis ſeu continẽtis:vt ſic ſit
iſte ordo/ꝙ calidũ corpis adiacentis primo edu=
cit humidũ ad ſupficiẽ/⁊ humido educto/poſtmo
dum educit calidũ.⁊ deinde educto calido ſequit
ipſa incineratio corpis putrefactibilis: ⁊ hoc pa
tet totũ p experimentũ. Nam corpa mortua pri=
mo ſunt ſiue fuerũt humida in ſupficie ⁊ poſtmo=
dum ſicca:⁊ deinde poſt deſiccationẽ ſequit inci=
neratio. ¶ Secundũ declarat ſic.poſtq̃ putrefa=
ctio eſt paſſio corpis putrefactibilis mixti:⁊ xp̃s
aſſumpſit corpus mixtuʒ corruptibile ſicut patet
ex p̃cedẽtib᷒ imediate pʒ eſſe ꝯcluſum ꝙ corp᷒ xp̃i
fuit putrefactibile non tñ fuit putrefactũ/q2 pu=
trefactio eſt ex hoc. q2 in corpe non eſt aliqua vir
tus ꝯtinẽs elemẽta ipſa in mixto:in xp̃o aũt fuit
vel ſaltem potuit eſſe talis virtus continens ele=
mẽta in mixto puta diuinitas.q̃re ⁊c. ¶ Itẽ xp̃s
non aſſumpſit aliquẽ defectũ qui nõ expediret ad
redẽptionẽ humani generis ⁊ myſteriũ redẽptio=
nis fuit in morte pfectiſſimũ ⁊ ꝯſummatũ/putre
factio ipſa nichil faciebat ad redẽptionez.q̃re ⁊c.
¶ Et hoc cõfirmat p Augu. in ſermõe de aſſum
ptione beate ꝟgis dicentẽ ꝙ corp᷒ xp̃i aſſumptum
de virgine/non habuit nec vidit corruptionem.
¶ Aſſignando autẽ cauſam ĩcorruptionis q̃ fuit 1. opinio.
tertiuʒ p̃ncipale/eſt diuerſitas opinãtiũ. Quidã
eñ dicũt ꝙ fuit p naturã.quidã ꝙ fuit p miracu=
lum/Et dicẽtes hoc fuiſſe p naturaʒ ſic muniunt
opinionẽ ſuã.qñcunq̃ aliqd põt ſaluari ad hoc ꝙ
talis effect᷒ ſit nõ oportet recurrere ad miraculũ
ſed talis ĩputrefactio põt ſaluari p naturaʒ nullo
miraculo poſito.quare. ⁊c. Minor pbat:q2 ipſa
corpa ſeparata ab aĩa habẽt determinatũ temp᷒ per=
manẽtie anteq̃ʒ putreſcãt.cũ igit temp᷒ putrefactio
nis fuerit p̃uentũ in xp̃o p reſurrectionem tertia

die factū/ipſum corpus nō fuit naturaliter putrefactū quare ⁊c. ¶ Itē ſm Auguſtinū.12.de trinitate.c.15. ad hoc ꝙ aliqua corpa non ita cito putreſcāt iuuat locus ⁊ tempꝰ:ſed modo ita eſt ꝙ locus vbi corpꝰ xp̄i fuit ſepultū fuit frigidus qꝛ lapis.tempꝰ etiā fuit frigidū qꝛ ſic dicit in Johāne frigus erat.cū igit locus frigidus ⁊ tempꝰ frigidum iuuēt ſiue cōferant ad cōſeruationē vt dicit Augu. vbi priꝰ.ergo.⁊c. ¶ Itē xp̄s fuit vnctꝰ vnguētis ſiccātibꝰ ſicut patꝫ ex ſerie euāgelij:vnguēta autē deſiccatiua ſunt naturaliter ꝓhibitiua putrefactionis:qꝛ calidū eſt pater putrefactionis/⁊ humidūꝰ quaſi mater. ¶ Itē hoc idē patet ex pte corpis xp̄i.corpa em̄ ꝙ̄to magis ſiccata tanto tardius putreſcūt ex cauſa q̄ dicta eſt:ſed corpꝰ xp̄i ꝓpter emiſſionē ſpiritū ⁊ fluxum ſanguinis copioſum de ſuo corpe fuit maxie deſiccatū. quare ⁊c. Ad hoc adducit auctoritas actuū.2.et.13.ꝙ caro xp̄i nō vidit corruptionem/⁊ cauſa dat qꝛ reſurrexit. vbi gloſa.ꝓpter qd em̄ nō vidit corruptionē: qꝛ neqꝫ derelictꝰ eſt i inferno.gloſa ſm alam. nec caro eiꝰ vidit corruptionē.gloſa.putrefactiōis et ꝯmiū. ¶ Itē dicit glo.alia ibi/caro eiꝰ nō eſt corrupta:ſed reſurrectione veloci glificata. Ex q̄ ſic arguit. ſi nō vidit corruptionē qꝛ reſurrexit: tūc ſi nō reſurrexiſſet vidiſſet corruptionē:⁊ ꝑ conſequens ſequit ꝙ illa iputrefactio fuit ꝑ naturam/ cū corpꝰ habeat certū tēpꝰ ꝑmanētie ante putrefactionē:⁊ tēpus putrefactionis qͦd quidē xp̄s ꝓ̄uenit reſurgendo ſicut ante dictum eſt. quare ⁊c.

2.opinio. ¶ Alij dicunt ꝙ talis iputrefactio fuit ꝑ miraculum: ⁊ ad hoc ponunt due ratiōes fundate ſuper duas auctoritates:ꝗrū ꝓ̄ma ē gloſe ſup illͦd pſal. Nō dabis ſanctū tuū videre corruptionē/ dicētis corpꝰa te ſanctificatū nō dabis videre corruptionem.cū igit talis ſctificatio in illo corpe fuit per miraculū qꝛ ꝑ illā vnionē ſacratiſſimā:⁊ illa iputrefactio fuit ꝑ talē ſctificationē ſm qͦd videt dicere gloſa.ſequit ꝙ talis icorruptio ſeu iputrefactio fuit ꝑ miraculū. ¶ Itē ſi corpꝰ xp̄i nō fuit ꝑ naturā putrefactū ꝓpter determinatū tēpꝰ ꝑmanētie ante tempꝰ putrefactionis qͦd xp̄s ꝓ̄uenit reſurgendo ſequit ꝙ ſi xp̄s tūc non reſurrexiſſet/ꝙ poſt modū ꝑ naturā corpꝰ eiꝰ fuiſſet putrefactū/⁊ ꝑ ꝯ̄ns ꝙ xp̄s aliqͩd dimiſiſſꝫ de eo qͦd aſſūpſit: qͦd eſt ꝯtra Dam̄.li.2.ca.3.ſi em̄ corpꝰ xp̄i deſijſſet eē corpꝰ deſiiſſet eē vnitū diuinitati ⁊ ꝟbū aliqͩd dimiſiſſꝫ eē qͦd priꝰ habuit ſibi vnitū. Et hoc ꝙ̄tū mihi videt ē magnoꝝ opinio / q̄ in hoīe poſuerūt duas formas: quarū vna ſcꝫ naturalis ad ſeparationē aīe itellectiue ſit naturaliter corrūpit ⁊ alia introducit.nec pōt iſta forma naturalis remanere aīa ſeparata etiā ad horā niſi miraculoſe ⁊ virtute ſupernaturali.q̄ ſit cū hoc ponūt ꝙ corpus xp̄i mortuum fuit vnū ⁊ idē numero cū corpe eiꝰ vnito nō solū vnitate diuini ſuppoſiti/ſed vnitate eiuſdem forme ſupnaturaliter ꝑmanētis naturalis tn̄. nō ſic autē in alijs hoībꝰ cōtingit:qꝛ corpꝰ btē virginis mortuū in hora ſepationis aīe fuit oīno aliud numero ꝑ aliā formā ſubſtātialē de nouo itroductā.⁊ ſm iſtos oportet ponere ꝙ in corpore xp̄i remanſit ſupnaturaliter et miraculoſe hmōi forma vel virtute ꝓ̄mi miraculi quo a verbo ſumpta fuit hec forma ſit cū materia: qꝛ nichil debuit deponere qͦd aſſumpſit etiam eodē miraculo ab vlteriori corruptiōe ꝓ̄ſeruabat:⁊ tūc eſſet ſoluta ꝙ̄ſtio ꝓdicta:qꝛ diceret ꝙ cauſa vlterioris incorruptionis nō fuit acceleratio reſurrectiōis hmōi corruptionē preueniētis ſed miraculoſa retētio talis forme ſic ſupnaturaliter retēte ⁊ reſeruate ratione cuiꝰ nō magis ꝓpinquū fuiſſet tale corpus corruptioni vſqꝫ ad mille annos ꝙ̄ in ipſa prima hora ſeparatiōis aīe ¶ Hoc autē declarat ꝑ quoſdā alios De gāda. qli.12.q.11 magnos:ſic ⁊ approbat quo ad primū ſaltē ſcꝫ ꝙ illa iputrefactio eſſet miraculoſa:qꝛ aliq̄ ſunt futura ſm cauſas naturales: ita ꝙ quātū eſt ex pte illarū cauſarū ꝓuentrēt ſi nō ipedirent:et alia dicunt eſſe futura ſcōm cauſas ſupnaturales q̄ poſſunt ipedire cauſas naturales ne ꝓducāt effectus ſuos.et ſi aliqͩd cōparet ad has cauſas ⁊ ad illas ſimplr diceret eſſe futurū qͦd eſt futurum ſm cauſas ſupnaturales:⁊ nō qͦd eſt futurū ſcōm cauſas iferiores. ſicut ſi ſint due cāe nālės/ ⁊ vna ſupior alia ſm virtutē.q̄ pōt ipedire actionē alteriꝰ: tūc qͦd eſt futurum reſpectu cāe ſupioris dꝛ eē futurū ſimplr:⁊ nō id qͦd ē futuꝝ ſm cās iferiores ipediēdas vel poſſibiles ipediri. Exemplū ponit ꝙ ſit vnus planeta q̄ ſm cauſalitatē ſuā ꝓducit pluuiā attingēdo ⁊ eleuādo vapores humidos: ⁊ ſit altꝰ planeta in alio ſigno habens ꝯtrariā ꝟtutē ⁊ maiorem: ꝓpter quā impediat ꝟtus alteriꝰ planete. ſed tunc querit vtrū pluuia futura ſit vel nō cōparando ad maiorē ꝟtutē fortioris planete : magis eſt dicēdū ꝙ nō ſit futura ꝙ̄ ꝙ ſit. ¶ Et ꝑ hoc ſoluit illa q̄ſtio qua q̄ri ſolet an dicat illud futurum ⁊ potētia eſſe qͦd eſt poſſibile ſm cauſas iferiores an illͦd qͦd ſm ſupiores. Et dicēdū ꝙ illud qͦd ſm ſupiores. exēplū ponūt iſti q̄ ſunt hmōi opīonis de Ezechia cui dixit yſayas ꝙ moreret:q̄ tn̄ poſt ꝙ̄ plorauerat/⁊ deū orauerat/ dictū eſt ſibi a dn̄o ꝑ yſayā ꝙ vltra viueret ꝑ qndecim annos Unde ꝓ̄monuit eū de morte ſm cauſas inferiores vt talis cōminatio eſſet ſibi cauſa orādi: vt ſic poſt merita ſua diuinitus viueret.ꝓ̄dixit ergo mortē ſuā ꝑ cauſas iferiores:tn̄ fuit ipedita ꝑ cauſam ſuperiorē:⁊ ideo ſimplr nō fuit mors ſua ꝓ tūc futura. Sic in ꝓpoſito corpꝰ xp̄i poſt mortē habuit cauſā itrinſecā ⁊ extriſecā putrefactiōis:ſi tn̄ xp̄s fuiſſet mortuꝰ ſenio/ veriſimile eſt ꝙ corpꝰ ſuum non fuiſſet putrefactū vel corruptū ꝓpter cauſam ſuperiorē impedientē actionē iſtā naturalē cauſarū qꝛ corpus illud fuit ſctificatū ex tali vniōe:dicēte etiā ꝓpheta/nō dabis ſanctū tuū videre corruptionē:et ideo ſimplr illͦd corpꝰ nū̄ꝙ̄ fuit putreſcēdum. ¶ Hec poſitio quantū ad ꝓ̄mum diſplicet God.de fontibꝰ in quoli. quibuſdā magnis:ꝙ̄tū vero ad ſecundū nō qbuſdā quo ad primū placet: ⁊ quo ad ſecundū non. ¶ Primi quibꝰ diſplicet ꝓ̄mū arguūt ꝯtra dictā poſitionē tanꝙ̄ incōuenientē:qꝛ excludit vniuocationē ⁊ vnitatem ſpeciei in corpe xp̄i mortuo ⁊ alioꝝ hoīm mortuoꝝ:et ponit diuerſitatē nimiaꝫ inter vnitatem corpis xp̄i viui ⁊ mortui ⁊ aliorū hoīm: q̄ nec auctoritate nec ratiōe videt haberi imo videt potius auctoritati ⁊ rationi aduerſari qꝛ rationabiliter videt ꝙ xp̄s veritatē mortis et que ipſam naturaliter conſequunt ſuſtinuit ſicut et alij.et putant ꝙ quantū ad accidētia exteriora que ꝑ ſenſum cōprehendunt:⁊ que magnā parteꝫ conferunt ad cognoſcendū ꝙ qd eſt nō fuiſſet inuenta notabilis diuerſitas inter corpus eiꝰ ⁊ corpus alioꝝ mortuorū cōſimilis diſpoſitionis ⁊ cōplexionis cū ipſo qui in eadē hora ſecum mortuꝰ

fuiſſent:et codē mō ſicut ipſe dicit etiam Dam.ꝙ
ola ꝑdicta q̄ ad nāles defectus ptinēt/ xp̄s volū
tarie aſſumpſit vel ſuſcepit. ¶ Talis etiã modꝰ
incorruptionis nonvidet̄ cōcordare ſcripture: q2
ex ſcripura tm̄ colligitur duplex corruptio. Una
eſt poſt mortē ⁊ p alias penalitates: de qua loquit
tur Dam. Alia eſt p reſolutionē in elemēta: vel p
corruptionē putrefactiuã. A prima nullꝰ poſuit
xp̄m exēptū: ſed a ſecūda/ ſicut nec inter iſtas me
dia icorruptio eſt ponēda in ſcriptura. Unī Dam.
3. libro. ca. 20. dicit/ſignificat etiā corruptio pfe-
ctam corpis in ea ex quibꝰ cōpoſitū diſſolutionē
⁊ deſtitutionē. hmōi autē corruptionis corpꝰ xp̄i
experimentū nō habuit vt pꝑheta dicit. Non da-
bis ſctm̄. ⁊c. ⁊ ideo videtur ꝙ in corpe xp̄i in hora
mortis vel ſeparationis fuit forma eiuſdē ratio-
nis cū formis q̄ in corpibꝰ alioꝝ hoim repeiunt̄
Et ꝙ illa forma fuiſſet corrupta/ ⁊ in elemēta re-
ſoluta ſi nature ꝓpꝛie fuiſſet derelicta ⁊ accelera
tione reſurrectionis non fuiſſet hmōi corruptio
ꝑuenta. ¶ Si querat̄ verū in corpe xp̄i in illo tri
duo fuerit aliqua modica alteratio diſponens ad
putrefactionē licet ibi nō fuerit putrefactio. Di-
cendū ꝙ incertū eſt/nec circa hoc eſt aliqd teme-
re aſſerendū. Sed certū eſt ꝙ xp̄s potuit q̄tum ſi
bi placuiſſet ꝑſeruare corpꝰ ſuū ab oi putrefactio
Scotꝰ diſ. pꝛi. q. ſ. ne vel alteratione. ¶ Aliqs vero placet primū ⁊
diſplicet ſecundū ſcȝ ꝙ nō nouo miraculo fuiſſet
hoc factū ꝙ corpꝰ ſuū ꝑſeruatum fuiſſet a putre-
factione: q2 verbū vniuit ſibi corpꝰ illud indiſſo-
lubiliter. ⁊ arguūt ꝙ imo nouo miraculo. nā paſſi
uum naturaliter appꝛoximatum actiuo naturali
ter patit̄: ita ꝙ ſi ipedit̄ p cauſam ſupnaturalem:
hoc erit p miraculū: ſicut patet de pueris in cami
no ignis ambulātibꝰ: ſed corpꝰ xp̄i poſt ſeparatio
nem aie fuit paſſiuū naturalr q2 nō fuit glorifica-
tū glīa aie q̄ tunc nō vniebat̄ ſibi. ſi em̄ corpꝰ illud
fuiſſet glorificatū q̄ñ vixit nō fuiſſet nouum mira
culum: imo miraculū fuit: q2 gloria aie nō redun-
dabat in corpꝰ eiꝰ: ſȝ aia ſepata a glīa aie nō redū
dabat in corpꝰ eiꝰ: nec corpꝰ eiꝰ tūc in triduo fuit
glificatū ⁊ habuit calorē itrinſecū ⁊ extrinſecū cor
ruptiuū: ⁊ p cōſequēs fuerūt ibi agētia ⁊ patiētia
appꝛoximata naturaliter. ſi ergo tunc nō egerūt
ad putrefactionē hoc fuit p nouum miraculū ex
hoc ꝙ actio eoꝝ fuit ipedita p cauſam ſupnatura
lem. vnde licȝ illic fuerit multū de myrra ⁊ aloes
et talibꝰ q̄ diu potuerūt ꝑſeruare corpus ſuum a
corruptione non tamen ſemper. ¶ Et ſi ad hanc
rationē diceret̄ cōcedēdo eā vſqȝ in finē ꝙ p mira
culū fuit q2 illa actio naturalis fuit ipedita p cau
ſam ſupnaturalē: ⁊ hoc cōcludit ratio: ſed ex hoc
nō habet̄ ꝙ nouo miraculo: ſed codeȝ miraculo q̄
vniuit ſibi corpꝰ. ¶ Cōtra. Nbū qđ aſſūpſit corpꝰ
nō ipeditū qn violēta agētia agerēt ī illud corpꝰ
viuū videt̄ habuiſſe corpus mortuū eadē ratione
nō ipeditū qn talia agētia poſſint in ipſum agere
cū nō videant̄ eſſe melioris conditionis mortuū
q̄ viuū: ſed nō obſtāte tali aſſumptione quaſi mi
raculoſe impedita fuiſſent talia agētia violēta ſi
agere nō poterāt in corpꝰ viuū. ꝗ ꝙ in corpꝰ mor
tuum nō poterant. verius tñ videt̄ ꝙ nullū nouū
miraculum illic fuerit. ſed ꝙ noua forma ſicut in
alijs ſucceſſerit: ⁊ ꝙ alteratio aliqualis ad putre-
factionē illic facta fuerit q̄tū breuitas tpis ⁊ aro
mata pmiſerunt: ⁊ ꝙ icineratio non fuit propter
aromata ⁊ breuitatē tēporis. ¶ Ad argumenta
ꝑncipalia reſpōdendū eſt. ¶ Ad pmū dicendū ꝙ Ad rōnes ꝑncipales
xp̄s nō aſſumpſit oēs defectus naturā cōſequen-
tes: puta culpā ⁊ ignorātiā: ſed ſolū ad redēptio-
nem cōferētes: ſed putrefactio nichil ꝯtuliſſet: q2
ſm̄ naturam irrationalē nō eſt meritum. ergo ⁊c.
¶ Ad ſecundū dicendū ꝙ reſurrectio eſt a mor- Ad ſcdm̄.
te cui accidit incineratio: et ſi eſſet verior reſur-
rectio a cineribꝰ nō tñ xp̄i debet̄ verior ſed cōue-
nientior ⁊ dignior nō ſolū ex pte termini ad queȝ
ſed ⁊ termini a quo: qđ nō eſſet ſi a putrefactione
incepiſſet. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ vera eſt maior Ad tertiū
de aſſumēte naturā ⁊ cōſequētia neceſſario: ſicut
aſſumēs cibū nō poteſt non aſſumere qualitates
conſequentes: ſecus eſt de xp̄o aſſumente naturā
qui ⁊ antecedens ⁊ cōſequēs aſſumpſit volūtarie
Unī nō aſſumpſit de defectibꝰ niſi q̄s voluit: nec
voluit coaſſumere putrefactionē quia nō decuit.
¶ Ad quartū dicendū ꝙ verū eſt ꝙ natura nichil Ad q̄rtū
incipit qđ nō poſſit pficere nō ſubito ſed tpe debi
to ſi nō ipediat̄: ⁊ ſic natura corpꝰ xp̄i putrefeciſ-
ſet finaliter niſi impedita fuiſſet. ꝙ autem non pu
trefecit: acceleratio reſurrectionis impediuit: et
ſpecies aromatice/vel miraculum vt dictum eſt.
¶ Ad quintum i contrariū dicendū ꝙ ſm̄ aliam Ad quītū
opinionē poteſt dici ꝙ etiam corpꝰ beate virginis
fuiſſet putrefactū niſi fuiſſet reſuſcitatū vl' q2 hoc
non eſt veriſimile cū deus minorum ſanctoꝝ cor
pora ſepe reſeruauerit icorrupta. poteſt dici etiā
ꝙ deus miracula non facit fruſtra: q2 ergo infra
triduū corpus maxime balſamatum nō eſt natum
putrefieri nec etiam multum ad putrefactionem
alterari ⁊ diſponi ideo añ reſurrectionem nō fuit
opus miraculo ſicut forte in corpore beate vgis
ſi vſqȝ ad. xl. dies eiꝰ reſurrectio fuiſſet dilata vt
vȝ in viſione ſancte elizabeth. ¶ Sextū cōceden Ad. 6. ⁊ 7
dū eſt ſimiliter ſeptimum/ ꝙ vero aliqui dicūt no-
uā formam nō ſucceſſiue ī corpore xp̄i. q2 chriſtꝰ
nichil aſſumpſit quod poſtea depoſuit. quicquid
ſit de cōcluſione de qua videbitur in ſequenti q̄-
ſtione ⁊ ſequenti diſtinctione. Reſponſio tamen
habet inſtantiam: q2 in xp̄o erat depditio humi-
di et fluxus partium materialiū et reſtauratio
deperditi vel nutrimentum q̄ et fuit de veritate
humane nature ſicut in alijs: q2 quicquid habet
eſſe per formam humanam eſt de veritate huma
ne nature. ſed totum quod fuit in chriſto de veri-
tate humane nature fuit aſſumptum ab eo in eſſe
ypoſtatico etiam ſcdm̄ iſtos: ꝗ fuit aliqd aſſūptū
ꝙ poſtea fuit depoſitum p depditionem vñ ridicu
lum eſt dicere ꝙ ſoluȝ carnem quā habuit in pue
ricia aſſumpſit ⁊ non illam q̄ p nutrimentū cōuer
ſa eſt. Similiter in paſſione ſanguinis/vel aliqd
huiuſmodi vt lacrime ab eo depoſita ſunt que pꝰ
ſuo corpori erant continua/non ſolum contigua
ſecūdum quoſdam. ¶ Principaliter. ergo nichil
aſſumpſit quod depoſuerit ſicut humanā naturā
ſed ex conſequenti aſſumpſit multa que depoſuit
ſicut conſequentia ad ipſam/non ſolū accidentia
ſed ⁊ partes materiales humane nature vt dictū
eſt et iſto mō in chriſto moriēte fuit noua forma
corpis mortui aſſumpta: q2 p ſe aſſumptio māſit
vnita ſolum materie prime que ſolū remanet aia
ſeparata. et ſic fuit aſſumpta ex neceſſaria conſe-
quētia: q2 ſicut in ſacramēto altaris directe ⁊ p ſe
etiam fit conuerſio in corpus chriſti: in animam

aũt ex naturali cõcomitantia ſic natura humana
a ꝟbo directe fuit aſſũpta ⁊ ꝑ ſe ſʒ ex naturali cõco
mitãtia vel cõueniẽtia illa forma q̃ naturaliꝛ ⁊ ne
ceſſario cõſeqtur materiã aĩe ſepate ⁊ nõ directe
fuit aſſumpta ꝓpter redemptionẽ noſtram ꝓpꝰ
quam fuit tota aſſumptio.

¶ Queſtio quarta.

Primum — Uarto querit̃ vtrũ corpꝰ xp̃i
fuit idẽ numero mortuũ ⁊ vi
uum. et arguit̃ ꝙ nõ / qꝛ Jo.
xi. dicit̃. Soluite tẽplũ hoc/
et in triduo reedificabo illud.
et hoc ſm̃ illũ euãgeliſtã di
citur de tẽplo corpis ſui / ſʒ ſi
corpꝰ xp̃i mãſiſſet idẽ nume
Secundũ — ro mortuũ et viuũ ſolutũ nõ
fuiſſet. quare. ⁊c. ¶ Itẽ corruptio vniꝰ eſt gñatio
alteriꝰ ex primo ⁊ ſcd̃o de gñatiõe: igit̃ cũ in xp̃o
fuit corruptio ꝑ mortẽ neceſſario fuit gñatio alte
rius forme alicuiꝰ. ſʒ nõ põt dici ꝙ alicuiꝰ alteriꝰ
forme q̃ƺ forme corporee / qꝛ in corpore mortuo nõ
apparet altera forma q̃ƺ forma corporea: ergo ne
ceſſario fuit introducta alia forma corpea / ⁊ ſi alia
forma corpea / ergo aliud corpꝰ ſm̃ nũerũ. q̃re. ⁊c.
Tertium. — ¶ Itẽ forma corpea in hoĩe eſt diſpoſitio neceſſi
tana ad aĩam / ſed modo eſt ita ꝙ ſtãte diſpoſitiõe
neceſſitãte ad aliquã formã de neceſſitate ſtat ipſa
forma: igit̃ ſi corpꝰ maneret idẽ nũero maneret ea
dẽ forma corpea nũero diſponẽs ad aĩaʒ in corpe
tali / ⁊ ſic ſeq̃ret̃ ꝙ xp̃s nõ fuiſſet mortuꝰ: ⁊ etiaʒ ſe
queretur ꝙ nullũ corpꝰ aĩarũ moreret̃ / imo ſemꝑ
eſſet viuũ / ſed conſequens eſt falſum. ergo. ⁊c.
Quartuʒ. — ¶ Itẽ aĩatũ ⁊ inaĩatuʒ genere differũt / ⁊ ſilr̃ mor
tuũ ⁊ viuũ / ſi igit̃ idẽ corpꝰ numero eſſet aĩatuʒ et
inaĩatũ et mortuũ et viuũ. ſeq̃ret̃ ꝙ idẽ nũero eẽt
Cõfirmatio. — diuerſum gñe qđ eſt ĩpoſſibile. ¶ Hoc cõfirmat̃
ꝑ Ariſtotelẽ ſcd̃o metaphiſice dicẽtẽ ꝙ ſicut idē
nũero eſt idẽ ſpecie ⁊ gñe: ⁊ ſi nõ ẽ idẽ gñe nec ſpe
Quintum. — cie idem nec nũero. quare. ⁊c. ¶ Itẽ q̃ñcũq̃ aliq̃
vniũtur ſic i aliquo ꝙ vtrũq̃ eorũ põt eſſe ꝑ ſe illa
vniũtur ꝑ accidẽs hoc põt haberi ab Ariſtotele
ſcd̃o phiſicorũ q̃ dicit ꝙ iſte hõ ⁊ medicꝰ vniũtur
ꝑ accidẽs: qꝛ iſte hõ põt eſſe ſine medicina et medi
cina põt eſſe ſine iſto hoĩe: qꝛ in alio hoĩe. ſʒ ſi cor
pus manet idẽ nũero poſt ſepatiõnẽ ab aĩa: tũc po
teſt manere ꝑ ſe ſine aĩa: ⁊ de aĩa intellectiua cer
tũ eſt ꝙ põt manere ꝑ ſe ſepata a corpe. quare aĩa
et corpus faciũt vnũ ſolũ ꝑ accñs / ſed cñ̃ſequẽs ẽ
falſum / quare ⁊ illud ex quo ſeq̃tur ſcʒ ꝙ maneat
idem corpus numero ſeperatum ab anima.
In oppõʒ — ¶ Oppoſitũ ſup illđ ꝓ ſal. Nõ dabis ſanctũ tu
um videre corruptionẽ. dicit gloſa corpꝰ a te ſan
ctificatũ nõ patieris corrũpi ⁊ caro nõ putrefiet
ſed reqeſcet. ergo. ⁊c. ¶ Itẽ in euangelio Jo. ꝙ
Joſeph poſtq̃ƺ mortuus fuit ieſus petiuit corpus
eius a Pilato: ſed ſi non fuit corpus idẽ numero
Reſpõſio. — non fuiſſet corpus ieſu ſed aliud corpus. q̃re. ⁊c.
¶ Reſponſio. tria ſunt vidẽda principalit̃. ꝑmo
vtrũ corpꝰ xp̃i fuerit idẽ viuũ ⁊ mortuũ numero.
Secundo vtrũ corpꝰ xp̃i mortuum ⁊ corpus alte
rius hoĩs fuerunt corpora mortua vniuoce. Ter
tio. vtrum in xp̃o hoĩe ſit pluralitas formarum.
1. articulꝰ — ¶ Quãtũ ad primũ dr̃ ꝙ in iſto oẽs cõueniũt ꝙ
corpus xp̃i fuit vnuʒ ꝓpter vnitatẽ ſeu ꝓpter idẽ
titatẽ diuini ſuppoſiti: qꝛ corpꝰ xp̃i mortuum ita
fuit ſubſtantificatũ in ſuppoſito verbi ſicut ⁊ cor
pus viuũ. Nunq̃ƺ eñ depoſuit qđ ſemel aſſumpſit
et fuit vnum ſcd̃m materiã. ſicut eñ in cõuerſiue
generatiõe elemẽtoꝝ manet eadẽ materia nume
ro: ſic in corpore viuo ⁊ mortuo manet eadem ma
teria numero. ¶ Aliud etiã eſt in quo omnes cõ
ueniunt ſcʒ ꝙ corpꝰ xp̃i viuũ ⁊ mortuũ reſpicien
do ad rationẽ vitalẽ ſiue ad vitã / non fuit idẽ ſpe — Opĩo q̃ eſt
cie mortuũ ⁊ viuũ. ¶ Sed deſcendẽdo in ſpecia — ſ. tho. q̃ñ. 2
li eſt diuerſitas opinionũ ⁊ cõtrouerſia. Quidaʒ — arti. 1.
eñ dicũt ꝙ corpꝰ xp̃i ſolũ fuit vnũ ꝓpter idẽptita — 3. di. 22. q.
tem ſuppoſiti / ⁊ ꝓpter vnitatẽ materie / ⁊ nõ pro — 1. ar. 23. ꝑte
pter vnitatẽ alicuiꝰ forme ſubſtãtialis eiuſdẽ nu — q. 50. ar. 5.
mero ꝑficiẽtis talẽ materiã corporeã. Q̃ʒ autem
poſſit dici vnũ ſiue idẽ corpꝰ ꝓpter vnitatẽ ſuppo
ſiti ꝓbant ex hoc ꝙ nos videmꝰ ꝙ licet ſuꝑficies
priꝰ exiſtẽs nigra / poſtmodũ facta alba / nõ poſſit
dici ꝙ maneat ſemꝑ alba vel nigra: tñ bñ põt dici
ꝙ maneat ſemꝑ colorata / ⁊ ꝙ manet idẽ coloratũ
qꝛ ſemꝑ manet ſuꝑficies eadẽ. eadẽ rõne ex parte
iſta erit cũ corpꝰ habeat rationẽ forme generalis
manẽte ſemꝑ eodem ſuppoſito q̃ƺtũcũq̃ fiat alia
forma corporea in illa materia corpis mortui po
terit dici ꝙ manebit idẽ corpꝰ. Q̃ʒ aũt poſſit idē
corpꝰ dici ꝓpter vnitatẽ materie ꝓbat̃ ꝑ Ariſtote
lẽ. 2. metaphiſice dicentẽ ꝙ q̃ ſunt vnum ſm̃ mate — Impugñ̃
riã: ſunt vnũ ſm̃ numerũ. ergo. ⁊c. ¶ Hec opinio — opĩnio ab
ab aliĩs non credit̃ eſſe vera. ⁊ ideo ꝯtra ipſam ar — aliq̃bꝰ.
guit̃ ſic. Q̃ñcũq̃ aliq̃d dicit̃ idem aliquale eſſe / — Primo.
oportet ꝙ illud ꝑ qđ dicit̃ aliq̃le eſſe ſit idẽ. Exẽ
plum. ſi aliq̃d dicit̃ albũ ꝑ albedinẽ / ad hoc ꝙ di
cat̃ idẽ albũ ꝑ totã diẽ / oportʒ ꝙ maneat eadẽ al
bedo ꝑ totã diẽ. ⁊ ideo ab Ariſto. hẽt̃. 5. phiſicorũ
ꝙ albedo corrupta in nona / ⁊ generata in veſpere
non eſt eadẽ albedo numero ſaltẽ. igit̃ cũ aliquid
dicat̃ eſſe corpꝰ ꝑ formã corporeã / ad hoc ꝙ dicat̃
idẽ corpꝰ oportet ꝙ maneat eadeʒ forma: et ſcd̃m
iſtos nõ manet eadẽ forma ſubſtãtialis q̃ priꝰ. er
go ⁊c. ¶ Itẽ nichil dicit̃ eſſe idẽ ſpecie cũ aliquo — Secundo
niſi cõueniat in eadẽ forma ſpecifica cũ illo. ergo
eadẽ rõne nichil dicet̃ eſſe ideʒ numero cũ aliquo
niſi habeat eãdẽ formã numero cũ illo: ſed corpꝰ
mortuũ ſm̃ eos nõ habet eandẽ formã cũ corpo
re viuo. ergo ⁊c. ¶ Itẽ ſi ꝓpter vnitatẽ ſuppoſiti — Tertio.
poſſet dici idẽ corpꝰ numero / cũ verbũ ipſum poſ
ſit aſſumere plures naturas: imo oẽs creatas na
turas: tũc oẽs creature eſſent eadẽ natura nume
ro: ſed hoc eſt incõueniẽs. ergo. ⁊c. ¶ Immo hoc
eſt ſpecialiter cõtra eos: qꝛ dicũt ſi ꝟbũ aſſumeret
plures naturas humanas ꝙ nõ eſſet xp̃s vnꝰ ho — Quarto.
mo ſed plures hoĩes. ¶ Itẽ omne illud qđ eſt eſ
ſentialiter idẽ numero eſt idẽ ſpecie. cũ igit̃ corpꝰ
mortuũ nõ ſit idẽ ſpecie eo ꝙ oĩs trãſmutatio ſb̃
eſt ad nõ idẽ ſm̃ ſpeciẽ ſed ad aliud ſm̃ ſpeciẽ. nõ
eñ corrumpit̃ aer vt inde generet̃ aer / ſed vt ge
neret̃ ignis. quare tale corpꝰ mortuũ non põt dici
idẽ numero. ¶ Rationes ꝓ alia opinione nõ cõ — Soluunt̃
cludunt. Nã licʒ vnitas ſuppoſiti poſſet dare ali — rões ꝑme
quã denolationẽ: nõ tñ põt dare oẽm ſicut in exẽ — opĩoĩs.
plo adducto. licet eñ de ſuꝑficie priꝰ nigra / poſt
modũ facta alba / poſſit dici ꝙ maneat coloratuʒ:
nõ tñ põt dici ꝙ maneat idẽ color. igit̃ ſilr̃ erit ex
parte iſta / ꝙ licet poſſit dici ꝙ maneret idẽ corpo
ratũ: nõ tñ põt dici ꝙ maneat idẽ corpus. ¶ Ad
aliud cũ dicit̃ ꝙ q̃ habẽt vnã materiã ſunt vnum
ſm̃ numerũ. dicendũ ꝙ verũ eſt de illis q̃ habent
eãdẽ materiã in eodẽ tꝑe et nõ in diuerſis tꝑibꝰ.

als ſeq̄ret φ aer ex quo fit ignis/ ⁊ ipſe ignis poſt
modū generat⁹ eſſent idē numero/ cum in eis ma
2.opinio. neat eadē materia numero. ¶ Alij dicunt φ cor
pus mortuum dicit̄ idē corpus numero/ nō ꝓpter
vnitatē alicui⁹ forme: ſed ꝓpter eandē materiam
et eādē q̄titatē. ponūt eñ φ ſicut ipſa q̄titas ex
tenſa habens partē extra partē dicit̄ corp⁹: ſic po
nunt φ ipſa materia extēſa ꝑ quātitatē/ habē etiā
in ſe aliā extēſionē q̄titatis/ licet nō ex ſe ſed ex
q̄titate dicit̄ corp⁹: ⁊ q: in corpe xp̄i mortuo fuit
eadē materia extēſa ſub eadem q̄titate: ideo po
tuit dici corp⁹ ⁊ etiā idē corpus numero: ⁊ q: non
ſolū dr̄ φ fuit idē corpus numero: ſed etiā φ caro
xp̄i mortua fuit eadē caro numero. ¶ Addunt vl
tra ⁊ dicunt φ caro nichil aliud eſt q̄ materia af
fecta ꝑ ipſas qualitates/ ita φ talis affectio nihil
reale abſolutū dicit vltra eſſentiaꝫ materie: ſicut
nec ipſa extēſio dicit aliq̄d poſitiuū abſolutū ſup
ipſā nudā eſſentiā materie. Et tūc ſicut pri⁹ q̄ſi in
corpe xp̄i mortuo māſerit eadē materia affecta ꝑ
qualitates. potuit ꝑ ꝯſequēs caro xp̄i mortua di
ci eadem ſcḋm numerum. ¶ Sed cōtra hoc pri
mo videt̄ eſſe vna auctoritas Auguſtini de vera
reli. ca. 18. vbi dicit φ nō pōt dici aliq̄d corp⁹ niſi
ꝑ ſpeciē ſue forme. quare ſm̄ Augu. nō poteſt di
ci materia extēſa ꝑ q̄titatē corp⁹ ſine forma cor
porea ſubſtātiali. ¶ Itē ſm̄ primū. 4. metheoro
rū. Caro eſt illud qḋ reſultat ex cōmixtiōe elemē
toꝝ. igit̄ ſi reſultat ex mixtione magis tenebit ſe
caro ex parte forme q̄ materie: ⁊ ita nō erit ma
teria. ¶ Itē ſm̄ apl'm ad Corin. Nō ōis caro ea
dē caro: ſed alia caro hōis: ⁊ alia caro piſcis. ſed
ſi caro nō eſſet niſi materia affecta: tunc cū mate
ria in ōibus iſtis inferiorib⁹ ſit eiuſdē rōnis/ ōis
caro eſſet eadē ⁊ eiuſdē rōnis: qḋ eſt contra apl'm.
nec poteſt dici φ ſit alia caro ꝓpter aliā affectio
nē: q: talis affectio nichil abſolutū poſitiuū dicit
ſm̄ eos ſup ipſam materiā. ¶ Item ſm̄ Dam. li
bro. 3. ca. 21. duplex eſt corruptio. Vna q̄ eſt ſepa
ratio forme a materia/ puta aīe a corpe: ⁊ hoc ſm̄
eū bene fuit in xp̄o. Alia eſt corruptio q̄ ē deſtru
ctio corpis mixti ſiue reſolutio in elemēta. et ſm̄
eū nō fuit in xp̄o: imo corpus ei⁹ huius corruptio
nis experimentū nō habuit: ſed ſi nō fuiſſet corp⁹
xp̄i mortuū idē numero ꝓpter vnitatē forme: ſed
ſolū ꝓpter materiā/ tunc in xp̄o fuiſſet corruptio
que eſt deſtructio corpis in elemēta: qḋ eſt contra
3.opinio. Dam. quare ⁊c. ¶ Alia eſt opinio φ corpus xp̄i
mortuū ⁊ viuū fuit nō idē nūero: q: nec vnū ꝓpt
vnitatē ſuppoſiti cū ſuppoſitū ſit extra eſſentiaꝫ
ipſius corpis. nec ꝓpter vnitatē materie/ cū ma
teria ſm̄ ſe nō habeat rōnē corporeitatis. nec pro
pter aliquā formā vnā numero exiſtentē in corpe
mortuo: q: in quolibet cōpoſito ſm̄ iſtos non eſt
niſi vna forma ſm̄ numerū. talis autē forma ſcḋm
iſtos ⁊ veritatē eſt aīa intellectiua q̄ fuit in triduo
a corpe xp̄i ſeparata: et alia forma ſcḋm ſpeciē in
eadē materia introducta. nec tñ debet dici ꝓpter
talē formā introductā de nouo in materia corpo
ris xp̄i/ φ xp̄s de nouo vniuit ſibi aliquā naturā/
⁊ φ aliquā naturā depoſuit. nā certū ē φ xp̄s ali
quādo fuit calefact⁹ et acq̄ſiuit de nouo ꝑ altera
tionē aliquā formā accidētalem. igit̄ xp̄s habuit
aliquā deꝑditionē: ex quo ꝑ mutationē faciebat
deꝑditi reſtaurationē: ⁊ tñ nō dicim⁹ φ xp̄s de no
uo vniuit ſibi aliquā formā accidētalē/ vel φ ꝑ ta

lem deꝑditionē depoſuit aliquā naturam: ⁊ certe
hoc nō ꝓpter aliud niſi q: antecedēter ⁊ quaſi vir
tualiter aſſumendo hūanā naturā ad quā ōia iſta
cōſeq̄bant̄ aſſumpſit in tali ṗma aſſumptione ōia
que poſtmodū ad ipſam cōſeq̄bant̄. Eodem ergo
mō erit in ꝓpoſito φ cū ad naturam ſequit̄ φ ipſa
corrupta alia forma introducat̄ in ei⁹ materiam
nō ꝓpter hoc φ alia forma introducta eſt i ei⁹ ma
teriā ⁊ vnita ipſi ſuppoſito dicit̄ verbuꝫ aſſumere
ſecundā formā de nouo: ſed ſolū erat ſibi vnitum
verbū ꝑ accidēs inq̄tuꝫ fuit vnitum illi materie
quam pficiebat tal'a forma de nouo introducta.
¶ Iſta opinio videt̄ aliq̄s eſſe erronea: q: eſt con Impugna-
tra ſacramēta eccleſiaſtica ⁊ ipa deſtruit. eſt ſcḋo tio hui⁹
cōtra euāgelia/ cōtra ſctōꝝ teſtimoniū/ et ꝯtra ſcri opinio-
ptura canonica. Qꝫ ſic cōtrauenit ſiue deſtruit ſacra nis
mēta iſta ꝓbat̄ ſic. Nā et ſi ita ſit φ in veteri lege
ſacramēta ꝑ aliud habuerūt ſignificātiā: ⁊ ꝑ aliō
efficiētiā ſeu efficaciā/ nō tñ in noua lege: q: ſacra
menta eccleſiaſtica ꝑ idē habēt ſignificātiā ⁊ effi
caciā: ſed ſic eſt φ ſacramēta noue legis habēt ef
ficaciam ꝑ ſanguinē ⁊ paſſionē xp̄i quare ⁊ ꝑ ſan
guinē xp̄i habent ſignificātiā. igit̄ cū ille ſanguis
ꝑ quē habēt efficaciā ſit ſanguis xp̄i: oportet etiā
φ ille ſanguis ꝑ quē hñt ſignificantiā ſit ſanguis
xp̄i: ſed ſanguis ꝑ quē habēt ſignificātiā fuit ſan
guis emiſſus de corpe xp̄i poſt mortē. oportꝫ igit̄
φ ſanguis ille fuit ipſi⁹ xp̄i: ſed nō potuit eſſe ſan
guis xp̄i niſi effluxiſſet de corpe xp̄i vero q̄re cor
pus xp̄i viuū ⁊ mortuū fuit idē numero. ¶ Pri
mū iſtoꝝ φ ꝑ ſanguinē xp̄i habuerūt efficaciā ip
ſa ſacramēta dicit Augu. de ciuitate dei libro. 10.
ca. 18. ¶ Secundū φ ꝑ ſanguinē poſt mortē emiſ
ſum habeāt ſignificātiā/ dicit in de ciuitate. c. 26.
et idē Augu. ſup illud pſal. Nūq̄d q̄ dormit. ⁊c. et
patet ꝑ illud Augu. φ ſicut de latere ade dormiē
tis formata ē eua: ſic de latere xp̄i mortui forma
ta ⁊ ſeorſum fluxerūt ſacramēta. aqua in remediū
ſanguis in preciū: et ꝓpter hoc ſeorſum cōſecrat̄
ſanguis a corpe/ ⁊ multa hmōi. ¶ Itē ſacramen
ta habēt iſtitutionē certā ⁊ materiā certā ⁊ ſiſr ef
fectū determinatū q̄ ōia ſunt in ſacramēto eucha
riſtie. ¶ Ex hoc ſic arguit̄. Certa iſtitutio ſacra
mēti iſtius fuit vt ꝑ vba iſta q̄ñ ꝓnūciant̄ (hoc eſt
corpus meū) cōſecraret̄ verū corpus xp̄i: ſed mo
do eſt ita ſm̄ oēs φ ſi fuiſſet in triduo facta ꝓnun
ciatio iſtoꝝ verboꝝ ſup debitā materiā cū debita
intētione fuiſſet ibi ꝯſecratio. quare fuiſſet ibi cō
ſecratū verū corpus xp̄i: ⁊ ꝑ ꝯſequēs fuiſſet idem
corpus numero ꝯſecratū qḋ xp̄s habuit viuens.
Chriſtus eñ dū vixit ſacramentū euchariſtie iſti
tuit. ſed dū vixit inſtituit φ fieret ꝑ illa verba pro
nunciata cōſecratio vera corpis xp̄i: quare in tri
duo fuit idē corpus numero. ¶ Scḋo oſtendit̄ φ
eſt cōtra euāgelia: q: Iohānis. 20. habet̄ φ chri
ſtus Thome dubitāti ꝓbauit reſurrectionē ꝑ vul
nus laterale. habet̄ etiā ibi φ dixit Thomas niſi
miſero digitū meū in latus ſuū/ nō credā. ex hoc
ſic arguit̄. Aut illud vuln⁹ laterale inflictū cor
pori xp̄i poſt mortē ſicut habet̄ ex eodē euāgelio
fuit ante reſurrectionē in eodē corpe xp̄i qḋ poſt
mortē reſurrexit: aut nō fuit in eodē corpe xp̄i qḋ
prius fuit viuū ⁊ poſt mortē reſurrexit. Si dicat̄
φ fuit i eodē corpe xp̄i/ habet̄ ꝓpoſitū: ſcꝫ φ fuit
idē corpus numero viuū ⁊ mortuū. Si autē dicat̄
φ nō fuit in eodē corpe xp̄i ante reſurrectionem/

ſed in aliquo alio corpe: tunc ſequunt̄ duo incōue
niētia. vnū ꝙ xp̄s ꝑ illud vuln⁹ laterale non ꝓba
uit intentū ſcʒ ꝙ reſurrexit idē corp⁹ qđ pri⁹ fuit
Nā ꝑ vulnus exiſtēs inflictū in alio corpe a cor-
pore xp̄i nō pōt ꝓbari ꝙ reſurrexit idē corp⁹ xp̄i
qđ prius fuit viuū: ⁊ ꝑ cōſequēs ſequit̄ ꝙ xp̄s non
ꝓbauit reſurrectionē ſuā diſcipulis ſuis: qđ ē cō
tra euāgeliū. Aliud incōueniēs ſequit̄ ꝙ xp̄s ex
quo nō ꝓbauit ꝙ reſurrexit idē corpus qđ pri⁹ ha
buit ꝑ vulnus tale qđ ante reſurrectionem fuit in
alio corpe ꝑ poſitū qđ ꝓbauit ex oſtenſione talis
vulneris lateralis oppoſitū/ hoc ſcʒ ꝙ nō fuit idē
corpus numero qđ reſurrexit. ex quo eñ tale vul
nus fuit i alio corpe ſicut ſupponit̄: nec ex hoc ꝓ-
batur fuiſſe idē corp⁹ nūero qđ reſurrexit: ⁊ ꝓba-
tur ꝑ oſtēſionē talis vulneris aliđ ſeq̄t̄ neceſſario
qđ ꝓbet̄ ꝑ tale vuln⁹ oſtēſum aliud corp⁹ a corpe
xp̄i ⁊ nō idē corp⁹: qđ ſilr̄ eſt contra euangelium.
¶ Hoc cōfirmat̄ ꝑ Augu. in epl'a a deo ꝑ fas. vbi
dicit ꝙ ꝑ talia vulnera non oſtendit aliud ꝓ alio.
Idē dicit Augu. ſup Iohā. omel'. iii. ¶ Et vltra
cōfirmat̄ ꝑdicta ratio ꝑ hoc: q2 poſtq̄ nō eſt natu-
ralis aſcenſus a mortuo ad viuū: ſicut eſt natura
lis deſcenſus a viuo ad mortuū nō eſt aliqua na-
turalis ordinatio/ nō poteſt ꝓbari ꝑ aliqđ qđ eſt
in mortuo ꝙ reſurrexerit idē corp⁹ numero quod
prius fuit viuū: licet ꝓpter naturalē deſcenſum a
viuo ad mortuū poſſet ꝓbari ꝙ corp⁹ mortuū exi-
ſtens nūc aliud ꝑ mortē ex poſitiōe fuit illud cor
pus qđ pri⁹ fuit viuēs. ¶ Hoc idem ꝓbat̄ ꝑ mul
tas auctoritates: qđ eſt cōtra ſctōꝝ teſtimonium.
Nā augu. cōtra felicianū dicit carnē in ſepulchro
non deſeruit quā in vtero virginis ſibi formauit
et habet̄ hec. 3. diſtinctione. 21. Idē dicit Augu.
epl'a. 60. ¶ Itē leo papa in ſermone de aſcēſione
dñi poſt beatā. ⁊c. ¶ Itē Augu in ſermone de ca
dē ſolēnitate q̄ icipit/ oia cariſſimi. ¶ Itē Dam.
libro. 4. ca. vltimo. ¶ Itē Dam. libro. 3 ca. 3. hec
eadē caro q̄ paſſa eſt reſurrexit. neutrū eñ partiū
depoſuit/ nō corpus: nō aiam. ¶ Itē Augu. de fi
de ad pe. In cruce dē hō fact⁹ ꝑpēdit: idē homo
latuit. ¶ Itē Grego. ſup illud Ioh. Maria ſta-
bat. exponēs illud Grego. de torrēte in via bibit.
dicit idē expreſſe ꝙ fuit eadē caro ⁊ idem corpus.
¶ Itē Hierony. ſup illud Ione. ſubleuabis me.
dicit idipſum corp⁹ ⁊ eandē carnē q̄ paſſa eſt reſur
gere dicim⁹. ¶ Quantū ſcʒ ꝙ ſit cōtra iura cano
nica patet de ꝯſecratione diſtinctiōe. 2. ca. reuera
mirabile. ⁊ eadem diſti. ca. oia q̄cunqȝ dñs voluit
fecit. ibi habet̄ illud corp⁹ ſane/ ⁊ illud corp⁹ vere
reſurrexit: q2 in ſepulcro iacuit ⁊ in cruce pepēdit
De gāda. ¶ Dicūt igit̄ iſti ꝙ fuit idē corp⁹ xp̄i mortuum ⁊
q̄li. 10. q. 8 viuū. ⁊ q2 nō poteſt poni ꝙ fuit idē numero corp⁹
xp̄i mortuū ⁊ viuū ponēdo tm̄ vnā formā in hoīe
ideo cōſequēter dicūt ꝙ i hoīe ſunt plures forme
¶ Dicūt tm̄ aliq̄ ꝙ corp⁹ xp̄i fuit idē nūero mor-
tuū et viuū ꝑ miraculū ⁊ ꝑ ꝓuilegiū ſpāle ſibi cō
ceſſum. in oī vero alio hoīe ſupnaturaliter loquē
do eſt aliud corpus numero mortuū ⁊ viuum. et
hoc ꝓbāt ꝑ talem rationē. nā licet in hoīe ſint due
forme ſubſtātiales/ ſcʒ forma corpea ⁊ aia itelle-
ctiua tm̄ in cōpatiōe ad materiā ſe hñt vt vna for
ma ꝑficiens: ⁊ in eodē inſtanti introducit̄ natura
liter forma corporea ꝑ generationē: ⁊ ipſa aia itel
lectiua ſupnaturaliter ꝑ creationeʒ q̄ diſponit ad
ipſam aiam intellectiuā: ⁊ ꝑ cōſequens qđ diſpo-
fuit ad ſeparationē aie intellectiue diſponit ad ſe
parationē forme corporee. igit̄ cū in morte fiat diſ
poſitio naturaliter ſicut ꝑ violentiā ad ſeparatio
nem aie intellectiue fiet naturaliter diſpoſitio ad
ſeparationē forme corporee. qđ eñ idiſponit ad
vnum/ idiſponit ad alterum. ex quo eadem diſpo-
ſitio diſponit ad vtrāqȝ formā. ⁊ ita ſequit̄ natu-
raliter ꝙ ſemꝑ corp⁹ mortuū ſit aliud nūero a cor
pore viuo niſi patiat̄ miraculū ſicut fuit in corpo
re xp̄i. ¶ Cōtra hoc ſic arguit̄ ab aliq̄s ſic hoc di
ctat ratio ꝙ ſi corp⁹ xp̄i mortuū/ ⁊ corp⁹ xp̄i viuū
fuit eiuſdē ſpeciei ꝙ corp⁹ xp̄i mortuū ⁊ corp⁹ pe-
tri mortuū ſint eiuſdē ſpeciei. magis eñ videntur
cōuenire corp⁹ xp̄i mortuū ⁊ corp⁹ petri mortuuʒ
q̄ corp⁹ xp̄i mortuū ⁊ corp⁹ xp̄i viuum: ſed modo
ita eſt ꝙ corp⁹ petri nō manet idē ſpecie mortuuʒ
ꝓpter ſeparationē forme corporee/ cum ſemꝑ fiat
tranſmutatio ad aliud ſcđm ſpecieʒ/ ⁊ introduca
tur alia forma ſm ſpeciē ſeparata forma corpea.
et ſic nō manēt idē ſm ſpeciē corp⁹ petri mortuū ⁊
viuū: ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſequit̄ ꝙ corp⁹ petri mortuū et
corp⁹ xp̄i mortuū differāt ſpecie: vel ſeq̄t̄ ꝙ ſi cor
pus xp̄i mortuū ⁊ corp⁹ petri mortuum differunt
ſpecie/ ꝙ corp⁹ xp̄i viuum ⁊ corp⁹ petri viuum dif
ferunt ſpecie: qđ videtur eſſe abſurduʒ. ¶ Unde
breuiter dicit̄ ꝙ ſicut corpus xp̄i mortuū ⁊ viuū
fuit idē ſpecie ⁊ nūero: ſic corp⁹ petri fuit idē ſpe-
cie ⁊ numero mortuum ⁊ viuū. nec eñ ꝑ aliud pōt
ꝓbari de corpe xp̄i ꝙ fuit idē numero viuū ⁊ mor
tuū q̄ de corpe petri. ſicut eñ ꝑ lineamēta vel hu
iuſmodi talia potuit ꝓbari de corpore xp̄i ꝙ fuit
idē numero viuum et mortuum: ſic ꝑ lineamenta
⁊ talia poterit ꝓbari de corpe petri ꝙ fuit idē nu
mero. hmōi autē ꝓbatio manifeſta ꝑ ſenſum non
eſt repudianda ſicut dicit ꝯmētator. 8. phiſicoruʒ
Experimentū eñ ſermonū verorū eſt vt ꝯueniāt
rebus ſenſatis. ¶ Dicūt ergo ꝙ ſicut corpus xp̄i
et etiā cuiuſcūqȝ pri⁹ fuit formatū naturaliter/ et
poſtmodū aia intellectiua creata ⁊ infuſa tali cor
pori: ſic naturaliter vt dicūt pri⁹ ſeparat̄/ vel ſepa
rata fuit aia itellectiua: et tm̄ adhuc manebat idē
corp⁹ numero qđ pri⁹ fuit naturaliter formatum
q̄ ipſa aia intellectiua eſſet infuſa/ tendēs tm̄ ha-
bitualiter ad putrefactionē ⁊ etiā actualiter q̄tū
eſt de ſe niſi aliunde fuit ꝓſeruatū/ ſicut fuit de cor
pore xp̄i. ¶ Primū iſtoꝝ q̄rum ad formationem
ꝙ pri⁹ corpus ipſum naturaliter fuit formatū/ di-
cit Augu. de eccleſiaſticis dogmatib⁹ ca. 13. i vna
auctoritate q̄ incipit/ dicim⁹ corpus tm̄ ꝑ ꝯſtructio
nem. ¶ Secundū vero ſcʒ ꝙ ſeparata aia intelle
ctiua adhuc manet idem corpus/ dicunt habere a
Dam. in logica ſua. ca. 24. de forma. et icipit au-
ctoritas. vnaqueqȝ eñ hoīm hypoſtaſis cōſtituta
eſt. ⁊c. ¶ Ad primū ꝑncipale dicēdū ſm aliquos Ad ꝑmuʒ principale
ꝙ illud argumētū nō eſt ad ꝓpoſitū: nā ex hoc qđ
habet̄ ibi hoc et illud/ oportet ꝙ demōſtrēt idem
corpus: ita ꝙ ſicut ly hoc demōſtrat corp⁹ viuum
ſic ly illud demōſtrat idē corpus numero mortuū
qđ pri⁹ fuit viuū. ¶ Uel dicendum ꝙ q2 corp⁹ cō
iunctum aie habet quaſi quodā modo ligamentū
cum aia. ideo dicit xp̄s ſoluite tēplum hoc. et nō
dicit corrumpite: vt ſic ſit ſenſus/ ſoluite. i. facite
ꝙ aia nō habeat ligamētū cū corpe: nec ecōuerſo.
et ego excitabo illud. et iſte modus exponēdi pōt
haberi a Dam. libro. 4. ca. vltimo. ¶ Ad ſecun- Ad ſcđm.
dum dicendum ꝙ iſta maior habet veritatem qñ

fuit mutatio a contrario in contrarium:non autē
habet veritatē qñ ſit mutatio ab habitu in priua
tionē. exēplū de luce in medio: q̄ ſi corrūpaf non
ꝓpter hoc ſit aliqua forma poſitiua in medio. mo
do aūt ſcōm Augu. ad felicianū/mors xp̄i aſſimi
laf illi mutationi q̄ eſt ab habitu in priuationem:
ꝛ q̄ eſt a luce ad tenebras. ¶ Vel dicif q̄ ſemp ha
bet veritatē in ſubſtātialib⁹ vel imediate vel me=
diate. imediate habet veritatē in inalatis ſicut pa=
tet in elemētis. in alatis vero habet veritatē me=
diate/nō tñ imediate. et hmōi ratio eſt: q2 ex quo
ſunt diuerſe forme in aliquo alato aliq̄d pōt idiſ
ponere ad vnā q̄d nō indiſponit ad aliam: ꝛ ꝑ ꝯſe=
quens nō ſit pfecta corruptio ꝛ reſolutio totalis
imediate vſq3 ad materiā pͥmā: licet ipſum corp⁹
ſemp habeat actualē tendentiā ad pfectā corru=
ptionē vt inde poſtmodū aliq̄d generef aliud: et
ita mediate in alatis corruptio vnius eſt genera=
tio alteri⁹/licet nō imediate. ſic eñ in entib⁹ pfe=
ctis ſunt multe corruptiones impfecte: ꝛ ſolū vl=
tima eſt pfecta/ que corruptione facta ſequif ge=
Ad tertiū neratio alteri⁹. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ forma
corporeitatis ꝑ ſe nō eſt diſpoſitio ad aīam intel
lectiuam: ſed forma corporeitatis ſub certa armo
nia: et q2 iſta armonia pōt tolli licet nō tollaf for=
ma corporea ipſa hinc eſt q̄ pōt ſepari aīa intelle
ctiua/ſtāte adhuc forma corpea. ¶ Et ſi arguaf
cōtra hoc q̄ cū forma corpea ſit diſpoſitio ad ar=
moniā/ſicut ipa armonia ad aīam intellectiuam:
quare ſtāte ipa forma corpea ſtabit armonia/et ꝑ
cōſequens aīa intellectiua. ¶ Dicendū q̄ nichil
ꝓhibet q̄ ſtāte forma corpea aliq̄d fiat q̄d idiſpo
nat ad armoniā/ꝛ nō indiſponat ad formā corpo
reā. exēplum/q2 ꝛ ſi ita ſit q̄ ſupficies ſm ſe ſit diſ
poſita vt recipiat albedinē/ nichilominus ſtante
ſupficie pōt fieri aliq̄d q̄d idiſponat ad albedinē:
q̄ autē talis armonia ſit diſpoſitio ad aīam itelle
Ad q̄rtū ctiuā dicit Auicē 6. naturaliū pte. 1. ca. 4. ¶ Ad
quartum dicendū q̄ eſſe diuerſum genere poteſt
fieri trib⁹ modis. Uno eñ modo eſſentialit̄ ſicut
forma lapidis et ipa aīa differunt gñe. Alio mo=
do pōt eē ꝑ iformationē ex vtraq3 pte: ſicut mate=
ria cōſimilis vel eadē ſucceſſiue exiſtēs ſub forma
lapidis ꝛ forma vitali ſc3 ipa aīa differūt genere
ꝑ informationē. Tertio mō pōt aliq̄d eſſe diuer=
ſum genere ex vna parte ꝑ informationē/ꝛ ex alia
parte nō ꝑ informationē: ſicut eadē materia ꝑ ſe
exiſtēs ſine forma/ꝛ poſtmodū exñs formata dif=
fert genere a ſeipſa inq̄ntum ſic cōſideraf ſine for=
ma/ꝛ poſtmodū ſub forma. ¶ Per hoc ad argu=
mentū dicendū q̄ idē numero nō pōt eſſe diuer=
ſum genere eſſentialiter: bene tñ idē numero pōt
eſſe diuerſum genere ꝑ informationē ex vtra pte:
et ꝑ iformationē ex altera pte tñ. In ꝓpoſito au
tem idē corp⁹ numero fuit diuerſū genere ꝑ ifor
mationē ex vna pte ſolū inq̄tū idē corp⁹ fuit ꝑus
tum forma vitali/ꝛ poſtmodū fuit ſine tali forma
Ad confir ¶ Ad cōfirmationē autē dicendū q̄ accipiendo
mationē idē vniformiter dñ verū eſt q̄ illud q̄d eſt idē nu=
mero eſt idē ſpecie ꝑ eſſentiā: ꝛ ſi nō eſt idē ſpecie
ꝑ eſſentiā nō eſt idē numero ꝑ eſſentiā. ꝛ ſic intel=
ligit ariſtoteles. intelligēdo tñ diffor miter nō ha
bet veritatē. Nā illud q̄d nō eſt idē ꝑ informatio=
nē ſpecie/dñ tñ eſt idē numero eſſentialiter: ſicut
fuit i ꝓpoſito: q2 corp⁹ xp̄i viuū ꝛ mortuū nō fuit
idē ſpecie ꝑ iformationē/licet idē numero fuiſſet

ſentialiter: q2 mā ſit in corpe xp̄i mortuo eadē for=
ma corpea q̄ pri⁹ fuit cū aīa itellectiua. ¶ Ad vl Ad vlti.
timū dicendū q̄ qñ vtrūq3 pōt eſſe ſine alio modo
pfecto/vel alter eoꝝ: tunc habet veritatē q̄ vniū=
tur ꝑ accidēs ſicut eſt in exēplo adducto de medi=
co ꝛ hoīe. qñ autē neutrū pōt eſſe ſine alio mō pfe
cto: tunc nō habet veritatē. ſic autē eſt in ꝓpoſito
q̄ aīa exiſtēs extra corp⁹ nō habet modū exiſten=
di pfectū: imo ſēp inclinaf ad corp⁹ tāq3 hñs ipfe
ctam exiſtentiā. ¶ Quantū ad ſecundū ꝓncipa= 2. articul⁹
le vtrū corp⁹ xp̄i mortuū ꝛ corp⁹ alteri⁹ hoīs mor
tuū ſtati poſt mortē añ vlteriorē reſolutionē fue=
rint corpa mortua vniuoce. Et videf q̄ ſic ita vt
oppoſitū ponere ſit erroneū: q2 ſicut ſe habet vi=
uum ad viuū/ſic mortuū ad mortuū: ſed ponere q̄
corp⁹ xp̄i ꝛ alteri⁹ hoīs viua nō ſint corpa vniuo=
ce ſm vniuocationē ſpēi/ita ſc3 q̄ nō ſint vni⁹ ſpe=
ciei eſt erroneū. ergo ꝛc. ¶ Preterea ſicut xp̄s vi
uus ꝛ alius homo viu⁹ fuerūt hoīes viui vniuo=
ce ita xp̄s mortu⁹ ꝛ ali⁹ homo mortu⁹ fuerūt ho=
mines mortui vniuoce/ꝛ cōtrariū dicere eſt erro=
neum. ſed ſicut ad rationē hoīs viui ptinet corp⁹
ꝛ aīa coniūcta adinuicē: ſic ad rationē hoīs mor=
tui ptinet corpus et aīa abinuicem ſeparata: ꝛ ſic
xp̄s habuit corp⁹ ſepatū ab aīa qñ fuit mortuus:
et mortuum corp⁹ vniuoce ſicut aliī hoīes mortui
¶ Cōtra/in corpus xp̄i mortuū nō fuit noua for
ma itroducta in morte: alioq̄n fuiſſet noua aſſum
ptio: ſed in morte alteri⁹ cuiuſq3 hoīs introducif
noua forma/cū corruptio vni⁹ ſit generatio alte=
rius. ergo nō fuit vna forma ſubſtātialis ſpecie in
ambobus: nec ꝑ conſequēs fuerūt vniuoce corpa
mortua. ¶ Reſpōſio. Primo ponenf opiniones
de vnitate forme. ¶ Prima q̄ ponit vnā formā 1. opio q̄ ē
in oībus: ita q̄ nec in xp̄o nec i quocūq3 hoīe nec ſc̄i thome
in aliis re ponunt niſi vnā formā ſubſtātialē: et po
nunt q̄ tā in xp̄o q̄3 in alio hoīe introducif noua
forma in morte in materiā quā prius aīa informa
bat. ¶ Alia ponit in oī hoīe ꝛ in oīb⁹ aliīs ſaltem 2. opinio.
exceptis elemētis plures formas: ita q̄ poſterio=
re ſeparata vel corrupta remanet illa q̄ ꝑus adue
nerat. ¶ Et ſi obiiciaf cōtra eos q̄ natura nō in=
tendit ꝓncipaliter corruptionē ſed ex ꝯſequēti: q2
ſc3 diſponēdo ad formā introducendā reddit ma=
teriā indiſpoſitā ꝑori forme: ꝛ ꝑ ꝯſequēs corrūpi
tur ꝑor forma ꝑ accidens ꝛ introducitur ſecunda.
¶ Poteſt dici ſm eos q̄ agēs corrūpēs vnā for=
mam diſponit materiā ad aliā nō ſtatim itrodu=
cendā: ſed poſtea facta vlteriori reſolutiōe ꝛ ꝯple
ta reſolutione/generaf vermis vel elementū vel
aliquid aliud. ¶ Tertia opinio. in oībus aliīs ab 3. opio q̄ ē
hoīe ponit vnicā formā ſubſtātialē: ſed in homine Henri. de
ponit plures: vnā ſc3 eductā de potētia materie: ꝛ gan. vbi. ſ
aliā creatā ab extra: ꝛ ponit q̄ iſte due forme ſimul
naturaliter itroducūf: ꝛ ſi ſc̄ū vna ſc3 aīa rōnalis
ſeparaf alia corrūpif ſi dimittaf ſue nature. Vñ
ponūt q̄ in aliīs hoībus a xp̄o ꝑdicta forma edu=
cta de potētia materie in ſepatione aīe corrumpi
tur: in xp̄o aūt ponūt q̄ fuit miraculoſe detenta.
Unde ponūt in aliīs hoīb⁹ a xp̄o nō fuiſſe idē cor
pus numero viuū ꝛ mortuū: ſed in xp̄o ponūt cor
pus xp̄i viuū ꝛ mortuū eſſe idē numero/nō ſolum
q̄ntum ad ſuppoſitū: ſed etiā q̄ntū ad formā ſubſtā
tialē. ¶ Alia autē opinio q̄ ponit plures formas
in oīb⁹/ponit q̄ idē corp⁹ numero manet in aliīs
ſicut in hoīe xp̄o. ꝛ hoc patet ꝑ articulū condēna=

tum in anglia vbi dꝛ ꝙ coꝛpꝰ cuiuſlibet ſcti vel hominis anteqū ſit ꝑ putrefactionē mutatū in aerem vel elemēta nō eſt idē numero cū coꝛpe eiꝰ viuo niſi ſꝫ qd ſcꝫ rōne materie cōis ſicut ſunt vnū q̄ i iuicē trāſmutanꝛ: ſicut caro ⁊ vermis ⁊ rōne accñtis cōis ſcꝫ quātitatis. ſimplr aūt eſt diuerſum coꝛpꝰ moꝛtuū a viuo ſpē ⁊ nūero qꝺ habeꝛ ꝑ erroꝛe nec vꝫ qꝺ dicunt illi de tertia pōne ꝙ ille articulꝰ ē cōdēnatus inquātū ſequiꝛ ex vnitate foꝛme: qꝛ pꝛoꝛſus nō habetur ꝑ erroꝛe ꝙ coꝛpꝰ xp̄i ⁊ cuiuſlibet hoīs ſit aliꝺ viuū ⁊ aliꝺ moꝛtuū: ſꝫ ſit erroꝛ ponere ꝙ coꝛpus xp̄i ɋ̄tū ad ſuppoſitū nō ſit idē viuū et moꝛtuū in quo nō eſt ſimile de alijs hominibꝰ.

Scḋo ſciendū ꝙ poſitio q̄ ponit coꝛpꝰ xp̄i moꝛtuū et alioꝝ hoīm dici vniuoce ſꝫ ſpeciē eādē ɔuenientioꝛ eſt ſcḋm fidē ꝙ coꝛpus xp̄i qꝛ fuit in ɔceptione vnitū aīe: lꝫ ſupnaturalr a ſpū ſctō diſponeretur: tñ ſm fidē cōueniēs eſt ꝙ habuit ſimilē diſpoſitionē cū alijs coꝛpꝛibus hūanis. ita ꝙ ſuppoſita diſpoſitione ſupnaturali naturaliter vniretꝛ aīa coꝛpi ſic diſpoſito ⁊ vniformiꝛ ſicut i alijs. ergo ſimiliter aīa eiꝰ ſepata remāſit coꝛpus eius in ſimili diſpoſitiōe quātū ad ea q̄ ad coꝛpꝰ ptinent ſicut alia coꝛpoꝛa hominū.

Obiicitur ɔtra de gādauo.

Itē illi de tertia poſitiōe dicunt ꝙ illa foꝛma q̄ educta ē de potētia materie reſpectu aīe remāet: ſed nulla foꝛma naturalr pōt ſepari remanēte diſpoſitione q̄ ē neceſſitas. ergo nec aīa xp̄i ſuppoſita tanta paſſiōe fuiſſet ſepata naturaliꝛ ex quo remanet foꝛma diſpoſitiōis q̄ eſt neceſſitas: ⁊ ſic moꝛs eius non fuiſſet naturalis.

Sꝫ dicūt ꝙ imo ꝙ alie diſpoſitiōes eiꝰ neceſſitales q̄ diſponebāt ad vtrāq̄ foꝛmā ꝑ paſſionē fueꝛant coꝛrupte ⁊ ſic materia erat impꝛopoꝛtionata vtriq̄ foꝛme. Unde ſepatio aīe fuit naturalis: ſꝫ retētio alteriꝰ foꝛme fuit miracſoſa. Sꝫ nō vꝫ pͥmo: qꝛ ex q̄ illa foꝛma educta eſt pͥncipali diſpoſitio manēte illa ſepatō aīe nō fuit ex toto naturalis. Scḋo. quia cū alia accñtia nō diſponāt ad aīaꝫ niſi mediāte illa foꝛma q̄ poniꝛ neceſſitas ad aīam. lꝫ eius retentio eſſet miracſoſa ipaꝫ tñ retētā conſeq̄tur ſua ꝓpꝛietas naturalis q̄ eſt retinere aīam in materia: ſicut ſi potentia viſiua ſit ſupnaturaliter in oculo naturalr tñ hō videt ꝑ eam: et ita moꝛs xp̄i ⁊ ſeparatio aīe erat ita inaturalis ſicut ſi fuiſſet facta nulla vulneratiōe in eiꝰ coꝛpoꝛe ſicut dicit Dam. li. 3. c. 17. In greco paſſio ſigt: famē/ſitim/⁊ cōſimiles paſſiōes: ⁊ etiā moꝛtem qua ſeparaꝛ aīa a coꝛpe etiā in plenā reſolutionē i elementa. ⁊ dicit ꝙ xp̄s ſuſtinuit famē/ſitim/⁊ moꝛtē ſicut alij hoīes: ſed nō reſolutionē ⁊ puluerizationē in elementa q̄ eſt ꝑ putrefactioneꝫ: ⁊ ita vult ꝙ coꝛpus eius moꝛtuū ſit vniuoce dictum cū coꝛpe moꝛtuo alteriꝰ hoīs ſimili moꝛte moꝛtui.

Ex his pꝫ q̄ via ſit erronea: qꝛ cum ſalus ſit contra rectitudinē agendoꝝ ⁊ credendoꝛū. et erroꝛ dicatur ꝑ receſſum a recta via. declinatio a veritate i alijs ſcientijs eſt ſimplr falſitas. ſed in theologia eſt erroꝛ et ratio opꝫ alterā iſtaꝝ opinionū eſſe erroneā ſed erroꝛ iſte non eſt culpabilis donec veritas ſit manifeſtata per eccleſiam: illa tamē opinio que dicit vniformitatem in coꝛpoꝛe xp̄i cū alijs ſiue hoc ſit per inductionem noue foꝛme: ſiue ꝑ retentionem antique videꝛ magis cōueniens fidei: ⁊ alia magis erronea erroꝛe penali nō tñ heretica debꝫ dici. donec ꝑ eccleſiā veritas declareꝛ. Unde non aſſero vnitatem nec pluralitatē foꝛme. lꝫ tenereꝫ

vnitatē vt ꝓbabile q̄ddā: qꝛ rationes que pꝛobāt vnitatem in alijs ab hoīe concludunt etiam in homine. Si autem tenerem pluralitatem libentius tenerē illam q̄ ponit ꝙ vna ſepata naturaliter remaneat alia in xp̄o et in alijs q̄ aliam.

Unde ſuſtinendo vnitatē foꝛme pōt dici ad rationem in cōtrariū ꝙ aliq̄d poteſt dici aſſumi a xp̄o dupliciter. Uno modo ꝑ ſe ⁊ directe vniendo ipm ſibi in eodem eē hypoſtatico. ⁊ ſic nichil de nouo aſſumpſit/nec ſic aſſumptū depoſuit.

Alio modo large et per accidens/ſcꝫ ipſi per ſe aſſumpto vniri: et ſic multa accidētia aſſumpſit ⁊ depoſuit. Unde lꝫ illa noua foꝛma eſſet de nouo inducta ⁊ per ſe aſſūpto vnita non tamē pꝛopꝛie fuit aſſumpta nec per ipſam debuit dici xp̄s alterius ſpeciei eſſe q̄ pͥus ita ꝙ non fuerit tm̄ homo ſed alterius ſpeciei innominate. ⁊c.

3. articlꝰ.

Quantum ad tertium. pꝛimo ponentur rationes et auctoꝛitates pꝛobātes in xp̄o pluralitatē foꝛmarum. Et ſecūdo ponentur rationes quoꝛūdā ad oppoſitum. Tertio. reſponſio eoꝛū ad pꝛimas rationes.

Rñſiones pbātes vͥuerſitateꝫ foꝛaꝝ i codē ɔpoſito Pͥīa rō.

Reſponſiones pꝛobantes ſpecialiter pluralitatem foꝛmarum in homīe xp̄o ſunt hee.

Coꝛpus xp̄i fuit formatū a ſpiritu ſctō: ⁊ hoc i inſtāti: ⁊ ꝑ ɔñs creauit in eo ſpiritꝰ ſanctꝰ foꝛmā coꝛpeitatis: qꝛ fecit q̄cq̄d feciſſet virtus gñatiua pr̄is ex toto ⁊ illud qꝺ feciſſet virtus gñatiua pr̄is in tp̄e ⁊ cū pctō fecit ſpūs ſctūs i inſtanti et ſine pctō et illa foꝛma coꝛpoꝛeitatis remanſit cum aīa rationali i xp̄o: vt ꝓbabo: g̃ i xp̄o fuerūt plures foꝛme.

Pꝛobatio minoꝛis: qꝛ ſi illa foꝛma coꝛpeitatis fuit coꝛrupta aut fuit coꝛrupta in inſtanti infuſionis aīe aut in alio inſtāti. nō in alio inſtanti: qꝛ illꝺ inſtans ꝓceſſiſſet inſtās infuſionis aīe aut fuiſſet ſecutū nō poteſt eſſe quod pꝛecederet: quia tunc inter illud inſtans ⁊ inſtās infuſionis aīe fuit. tempꝰ mediū: qꝺ falſum eſt tā qꝛ ſeq̄reꝛ ꝙ in eodē inſtanti i q̄ ſpūs ſanctꝰ foꝛmauit coꝛpus infuſa nō eēt aīa. tū qꝛ in iſto tp̄e materia nullā foꝛmā haberet: qꝛ ſi habuiſſet aliquā foꝛmā q̄reret de illa ſicut de pͥma vtꝝ remāſit cū aīa aut fuerit coꝛrupta. Et ſi coꝛrupta in quo inſtanti fuit coꝛrupta. Si aūt illud inſtās coꝛruptiōis foꝛme fuit ſecutū inſtans infuſionis aīe: ſeq̄tur ꝙ pͥma materia fuit aliq̄ tp̄e ſimul cū aīa: ⁊ ꝑ ɔñs habeꝛ ꝓpoſitū. i inſtanti aūt infuſionis aīe nō pōt coꝛrumpi: qꝛ tunc fuit coꝛpus foꝛmatū a ſpū ſancto ⁊ ꝑ ɔñs tunc habuit illā foꝛmā coꝛpoꝛeitatis quam ſpiritus ſanctus ei contulit. Relinquitur ergo ꝙ illa foꝛma remanſit ſaltem aliquo tp̄e in xp̄o cum aīa.

Preterea. auctoꝛitate eccleſie ⁊ multi ſancti dicunt chꝛiſtū habuiſſe coꝛpus a matre ſua: ſed coꝛpus dicit aliquā foꝛmam ſubſtantialem. g̃ chꝛiſtus habuit a matre ſua aliquā foꝛmā ſubſtātialē pꝛeter animā manente tamen cū ipa aīa.

Preterea. multe auctoꝛitates ſanctoꝛū dicūt xp̄m habuiſſe tres naturas ſcilicꝫ diuinitatē aīam ⁊ carnes. ergo illꝺ qꝺ caro includit eſt aliq̄d pͥter aīaꝫ ſed caro includit aliquā foꝛmā ſubſtātialē. ergo xp̄s habuit aliquā foꝛmā ſubſtātialē pͥter aīam. ⁊ ſic idē qꝺ pꝛius.

Preterea. coꝛpus xp̄i idē fuit viuū ⁊ moꝛtuū: ſꝫ hoc nō eſſet niſi remāſiſſet aliq̄ eadē foꝛma ſubſtantialis in coꝛpoꝛe eiꝰ moꝛtuo. q̄ fuerat in viuo. ergo ſaltē in coꝛpoꝛe eius viuo ſūt et fuerunt plures foꝛme.

Si dicas ꝙ non immo ꝙ fuit reſolutio vſq̄ ad pꝛimam materiam et ꝙ fuit introducta noua foꝛma.

5 ¶ Contra. ſicut albedo vt videt̄ nō ſupponit pro
ſuppoſito: ſed eius denolatiuū: puta albū: ita vt
videtur corpus nō ſupponit ꝓ ſuppoſito hn̄te na-
turā corpeā. ſed hoc qđ dico corpeū qđ eſt denola-
tiuū deſcendit ab hoc qđ dico corp⁹: ſed nō pōt di-
ci idē corpus niſi ꝗtum ad id ꝓ quo hoc qđ dico
corpus ſupponit. ergo nō pōt dici idē corp⁹ ꝓpter
6 idētitatem ſuppoſiti. ¶ Preterea. ſup illō Caro
mea requieſcet in ſpe. dicit gloſa Non deficiat i inte-
ritu. ſed qđ nō deficit nec corrūpit̄. ergo caro xp̄i
nō fuit corrupta in morte. ſꝫ hoc nō eſſet niſi remā-
ſiſſet eadē forma carnis in carne mortua q̄ fuerat
in viua. ergo eadem forma remāſit vtrobiq̄. ⁊ ſic
idē qđ ꝑus. nec pōt dici ad hec ꝙ fuit eadē ꝓpter
vnitatē ſuppoſiti qꝛ caro nō ſupponit ꝓ ſuppoſi-
7 to. ¶ Preterea. ſi dicas qđ illud verbū gloſe in-
telligit̄ de corruptione q̄ eſt putrefactio vel pulue-
rizatio. nō aūt qn̄ i morte xp̄i fuit facta reſolutio
vſq̄ ad primā materiā. ¶ Cōtra. Auguſtin⁹ dicit
in ſermone de aſſumptiōe btē virginis ꝙ ꝑuilegi-
um xp̄i fuit nō corrūpi ſm̄ carnē quātū ad corru-
ptionē ſit mētio in predicta gloſa: ⁊ de q̄ dicit ꝑs.
Non dabis ſanctū tuū videre corruptionē. ſꝫ non
incinerari vel non putrefieri. nō fuit ꝑuilegiū xp̄i
qꝛ (vt pie credit̄) hoc ꝯtulit pie matri ſue v̄gini be-
ate: quā vt pie credit̄: ſatis cito poſt mortē reſuſci-
tauit. ergo predicta gloſa ⁊ ꝑdictus textus nō lo-
quitur de putrefactione vel incineratione.
8 ¶ Preterea. Auguſtinus dicit ſup illō ꝑs. De⁹
deoꝝ locutus eſt. ⁊c. deo ⁊ hoi q̄ eandē carnē / ean-
dē formā oſtendit palpabilē poſt reſurrectionem
quā viderāt i cruce: ⁊ q̄ iacuerat in ſepulchro. ꝑ ea-
dē caro fuit mortua i ſepulchro: ⁊ viua poſt reſur-
rectionē: ſꝫ hoc nō fuiſſet niſi eadē forma ē q̄ caro
ſubālis remanſiſſet in viuo ⁊ in mortuo. ꝑ. ⁊c. vt
9 prius. ¶ Preterea. btūs Hylarius dī. z. de trini-
tate. c. 6. ꝙ xp̄s mortuus eſt caro ſpoliata. ⁊ loqt̄
ibi de ſpoliatione qua caro fuit ſpoliata ab anima
ex hoc ſic arguit̄ idē numero eſt qđ ꝑus eſt veſti-
tū ⁊ poſtea ſpoliatū: ſed caro chriſti viua fuit veſti-
ta ipſa aīa: caro vero mortua fuit ſpoliata ipſa aīa
ergo caro viua ⁊ mortua fuit eadē caro numero:
x et ſic idē qđ ꝑus. ¶ Preterea. ꝑuatio ponit ſbm̄
licet ſubiecti neget formā. ſed caro ſpoliata ponit
carnē. ſed non poneret carnem imo negaret ſi eſſe
carnis corrūperetur ⁊ nō maneret in ſepatione aīe
ergo eadem caro ⁊ idē eſſe carnis qđ erat cū aīa
remanſit in morte: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſequitur idē qđ ꝑus.
xi. ¶ Preterea. xp̄s aſſumpſit corpus a mr̄e virgine
ſed non pōt dici qđ aſſumpſit ab ea ſuppoſitum. ꝑ
rationē actus credendi ad deum vt ad obiectum creditum. credere autē deo. dicit autē cōparationē actus credēdi ad deum ſicut ad rationē ſeu ad cauſam mouentē ad credendum: ꝛ q2 idē eſt act⁹ q̄ tendit in obiectum ſub rōne ei⁹ formali: iō vnus et idē actus eſt credere deo ꝛ credere deum. credere autē in deum dicit habitudinē actus credendi ſeu tendendi ad deum tanq̄ ad finē quē fides oſtendit ꝛ ad q̄d charitas inclinat. Unde credere in deum eſt idē ꝙ credendo amare ꝛ credendo ꝛ amando in deum ire ꝛ tendere. ꝛ hij ſunt duo actus duorum habituum fidei. ſ. ꝛ charitatis vt de ſe patet. ❡ Quantum ad ſcdm̄. ſ. q̄s actus ſit certioꝛ fidei vel ſcientie dicit̄ multipliciť. Uno mō ꝙ duplex ē certitudo. q̄dā euidentie. ꝛ ſic ſcire certius ē q̄ȝ credere: q2 qđ ſcimus euidens eſt / nō autē qđ credit̄. ❡ Alia eſt certitudo adheſionis: ꝛ ſic credere certius eſt q̄ȝ ſcire: quia credens firmius adheret creditis q̄ȝ ſciens ſcitis. ❡ Sed illud non videt̄ verū ꝓpter duo. Pꝛio: q2 firmitas adheſionis ipꝛopꝛie dicitur. certitudo em̄ nō ſtat cum falſitate: firmitas autē adheſionis q̄n̄q̄ȝ eſt de falſis: vt patȝ de hereticis et alijs q̄ ꝑtinaciter adherent falſis opinionib⁹. ergo firmitas adheſionis nō hȝ ꝓpꝛie rōēȝ certitudinis. ❡ Scdm̄ eſt ꝙ firmitas adheſionis adhuc maioꝛ videtur eſſe in actu ſcientie q̄ȝ fidei: illi em̄ firmius adheremus a quo difficilius recedimus: ſȝ hō difficilius recedit a ſcientia ſi ſit vere ſciens: ꝛ ſciat ſe ſcientē eſſe q̄ȝ a fide. ab iſta eī videmus hoīem frequenter recedere. ergo firmitas adheſionis videt̄ maioꝛ eſſe in actu ſcientie q̄ȝ in actu fidei. ❡ Alio modo dicit̄ ꝙ aliq̄d pōt dici certi⁹ eſſe. Uno modo ſcdm̄ ſe: alio mō q̄ ad nos. Pꝛimo credere eſt certius q̄ȝ ſcire q2 credita puta deū eſſe trinū ꝛ vnū ꝛ talia ſunt certioꝛa ſcdm̄ ſe q̄ȝ ſcita a nobis. Scdo mō eſt econuerſo: q2 certius eſt ſcire q̄ ad nos q̄ȝ credere. ❡ Sed nec iſtđ videtur valere: q2 licet iſta diſtinctio poſſet habere locū in ſcitis ꝛ creditis: ſicut dicit pħs ſcdo metaphiſice ꝙ ſubſtātie ſepate ſunt certioꝛes ſcdȝ ſe ſubſtātijs ſenſibilibus q̄uis non nobis imo min⁹ tñ in habitibus et actibus non poteſt habere locū iſta diſtinctio. Cuius ratio eſt q2 habit⁹ eſt diſpoſitio hn̄tis ꝛ actus eſt eius ꝑfectio i cōꝑatione ad obiectū. et ideo non eſt certioꝛ actus vel habitus niſi ꝓpter hoc ꝙ obiectum ſit nobis certius q̄uis poteſt dici nobilius ex ſola nobilitate obiecti et pȝ hoc ex textu pħi. ꝑmo de aīa in ꝑncipio vbi diſtinguit nobilitatē ſcientie i ignobilitatē q̄ eſt ſcdȝ certitudinē ꝛ in illā q̄ eſt ex nobilitate obiecti ꝙ non eſſet ſi certitudo ſcīe eēt ſcdm̄ certitudinē obiecti. tunc em̄ oīs ſcīa q̄ eſſet nobilioꝛ quo ad obiectum eſſet nobilioꝛ q̄ ad certitudineȝ: q2 obiecta q̄ ſunt nobilioꝛa ſcdm̄ ſe ſunt certioꝛa vt diuina / certitudo ergo actus vel habitus nō eſt ex certitudine obiecti ſcdȝ ſe ſȝ ex mō quē habit⁹ ponit circa habentē et act⁹ ei⁹. habit⁹ em̄ nō req̄rit̄ niſi ꝓpter modū vt dictū fuit ꝑus q̄ modus eſt in hn̄te ꝛ nō in obiecto: q̄uis ſit ꝑ ꝯꝑationē ad obiectū / ſȝ circa vnuȝ ꝛ idē obiectuȝ pōt talis mod⁹ variari. ꝛ ꝑ ꝯn̄s certitudo ſicut pȝ de ſcientia et opinione que poſſunt eſſe in eodē. nullo ḡ mō ē act⁹ vel hit⁹ certioꝛ niſi ſit certioꝛ q̄ ad nos. ❡ Dicenduȝ eſt ḡ aliter ꝙ q̄uis aliqđ creditum puta deuȝ eē trinuȝ et vnuȝ / ſit ſm̄ ſe certius et notius q̄ȝ multa ſcita de creaturis / tamē ſimplr̄ ꝛ vlr̄ habitus ſcīe ꝛ actus ſunt certioꝛes et notioꝛes fide et actu ei⁹ extēſiue et intēſiue. Extēſiue q̄dē / q2 illđ qđ hȝ plures modos certitudinis eſt certius extēſiue. ſȝ ſic eſt de ſcīa reſpectu fidei. q2 ſcīa ꝛ actus eius hn̄t certitudinē euidētie et adheſionis / ſi tñ debeat dici certitudo / fides autē hȝ certitudinē adheſiōis. ḡre. ꝛc. ❡ Intēſiue autē q2 certius ē ꝙ ē dubitatiōi ipermixtius / ſed ſcīa nullo mō pōt habere ꝑmixtā dubitationē. Fides autē pōt hr̄e modūȝ dubitatiōis ꝑmixtum ꝛ ſalua fide. ergo videt̄ ꝙ ſcīa ſit certioꝛ intenſiue q̄ȝ fides ❡ Itē cōſtat ꝙ certioꝛ eſt ſcīa beōꝝ q̄ȝ fides credētium. ſȝ iſtđ non eſt ex rōne obiecti qđ eſt idē in vtroq̄ȝ. ſ. diuina eſſentia ꝛ diuīa veritas. ſȝ ſolum rōne diuerſi modi q̄ tendit intellectus in deum viſum et creditum. ergo in ꝓpoſito certioꝛ eſt ſcientia quā habemus de deo / puta ꝙ eſt vnus q̄ȝ fides quā habem⁹ de ipſo. puta ꝙ ē trinus ꝓpter certioꝛē modum q̄ tendit intellect⁹ in ipſum ꝑ ſciētiā magis q̄ȝ ꝑ fidē. ❡ Sed iſti arguunt contra ſe duplr̄ ꝛ ſoluunt pꝛimo ſic. ſicut ſe habet habitus ad habitum. ita act⁹ ad actum. ſed habitus fidei eſt certioꝛ ſcīa ſcdm̄ Auguſtinuȝ. xiiij. de trini. q̄ dicit ꝙ nihil eſt hoī certius ſua fide: ergo actus fidei eſt certioꝛ actu ſcientie. ❡ Itē q̄to medium cauſans cognitionē eſt certius tanto cognitio eſt certioꝛ / ſed diuina veritas ſeu auctoꝛitas ꝑ quam credim⁹ eſt certioꝛ quacūq̄ȝ rōne humana ꝑ quā ſcimus. ergo cognitio fidei eſt certioꝛ cognitione ſcientie. ❡ Ad pꝛimū dōm. ꝙ Auguſtinus non intendit dicere ꝙ fides ſit certioꝛ alijs habitib⁹ ita ꝙ ꝑ fidē certificet̄ hō de creditis ſicut ꝑ ſciētiā de ſcitis: ſed vult dicere ꝙ hn̄s fidem ita eſt certi⁹ habere fidē de quocunq̄ȝ alio ē cert⁹: credens em̄ expitur ſe credere: ꝛ ꝑ ꝯn̄s habere fidem nihil enim eſt certius expimento ad qđ hȝ fieri reſolutio alioꝝ vt habeat̄ plenioꝛ certitudo. ❡ Ad ſȝ dōȝ ꝙ q̄n̄ mediū cauſans cognitionē eſt certi⁹ non ſolum in ſe ſȝ etiā quo ad nos. tunc cognitio ē certioꝛ vt declaratū fuit ꝑus alias nō: diuina aūt auctoꝛitas licȝ ſit certiſſima i ſe ꝓpť quā credim⁹ non tñ q̄ ad nos vel nobis q̄liter em̄ credimus ꝙ deus dicat ea q̄ credimus nō niſi ꝙ ſic tenet eccleſia. Unde ſicut alia credita tenemus ſola fide ſic tenemus ꝙ dictū ſacre ſcripture ſit vallatum diuina auctoꝛitate. ❡ Inq̄rendo aūt de his pꝛima opinio Thome pōt teneri ad ꝑmū dōm ꝙ certitudo euidentie nō pōt ſtare cū falſitate: ſȝ certitudo adheſionis ſic ꝛ ita eſt equocatio de certitudine q̄ adhuc cum dicitur ꝙ certitudo euidentie non poteſt ſtare cum falſitate. verum eſt de euidentia ſimpliciter ꝛ abſolute dicta. non autem de euidētia q̄ eſt ſuppoſito curſu nature tātum ꝛ nō alit̄: q2 iſta ſtat cum falſitate cū deus poſſet facere oppoſitū. ❡ Ad ſecundum dicenduȝ tripliciter. Pꝛimo ꝙ firmitas adheſionis ē duplex: vna iuris alia facti Illa iuris eſt maioꝛ in fide: quia homo plus tenetur adherere his q̄ ſunt fidei pꝛo quibus etiam defendendum debet ſe moꝛti exponere: non autem pꝛo his que ſunt ſcīe ſic opꝫ: ſicut facti ſācti ſunt martyꝛes pꝛo fide: non autem ſicut philoſophi ꝓ veritate ſcientifica exponebant ſe moꝛti vt pictagoꝛas q̄ reus moꝛtis factus ē apud athenienſes quia vocauit ſolem lapidem ardētem. Ceteri autem pꝛopter ſcandalum populi ydola venerabantur quāuis ſcirent nichil eſſe numinis in ſtipite adheſio autem facti eſt firmioꝛ in ſciētia q̄ȝ i fide.

Inq̄rit doctoꝛ de dictis Durādi: et ꝑmo ꝯtra durādū iuſtinēdo opinionē. ſ. thōe.

¶ Scḋo pōt dici q̄ duplex eſt adheſio.ſ. intelle-
ctus et voluntatis. Prima maior eſt in ſcia. ſcḋa
maior in fide: q2 cum his q̄ ſunt ſcientifica hō non
adhereat niſi ꝑpter rōnē. ſtatī quando ſoluit̄ ſi-
bi rō ſua ⁊ adducit̄ noua quā neſcit ſoluere ceſſan
te cauſa: non plus adheret: ſed fidei etiā facta ra-
tione in cōtrariū quā neſcit diſſoluere: ⁊ ſi nullam
rationē habeat propter auctoritatem dei vult ad
herere et nō recedere: ſed captiuare intelligentiā
¶ Tertio pōt dici firmior adheſio ī fide q2 ſtabili
or adherentia: q2 nullus inuit⁹ pōt priuari fide in
fuſa ſed ſcientia acq̄ſita inuitus priuari pōt per lō-
gam egritudinem. qñ ergo dicitur in illo firmior
adheſio a quo difficili⁹ recedit̄ verū eſt inquātū
hmōi qñ vltra dicit̄ q̄ hic eſt ſcia verū eſt de facto
ſecus eſt de iure ⁊ q̄ ad malos/nō q̄ ad bonos et q̄
ad voluntarios nō quo ad inuitos. ¶ Scḋa opi-
nio pōt ſuſtineri cū iſto additamento q̄ dicatur fi-

Suſtinet doctor ſecūdā opinionē recitatā a Durādo ⁊ impugnatam

des certior non certitudine euidentie ſed infalli-
bilitatis. ¶ Ad primum dḋm: q̄ habitus ⁊ actus
non poſſunt dici certiores niſi faciant ſubiecto ob
iectum certius: ſed facere certius eſt dupl'r vel cla
rius notū qḋ min⁹ eſt vel infallibilius cū eſſe verū
ſit ſimpliciter ꝑfectio intellectus quāto habitus et
actus ſunt veriores et infallibiliores ⁊ min⁹ poſ-
ſunt fallere ⁊ decipere ſubiectū tāto aūt certiores
ſunt: ſic aūt eſt h̄. ⁊c. ¶ Ad ſcḋm dicendū q̄ nō ſe-
quitur ſi eſt obiectū certius q̄ habitus ſit certior
niſi cum hoc ponatur q̄ obiectum equali certitu
dine q̄ eſt cauſet habitū q̄ nō opꝫ ī hītibus cauſa-
tis a creaturis: ſed ī habitu cognitiuo a deo cauſa
to imediate: ſiue ſit de deo ſiue de creatura: q2 im-
poſſibile eſt deum fallere/neceſſe eſt ipſum eſſe in
fallibilē: hoc aūt hꝫ fides ex ꝑte obiecti inquātū
primū obiectū eius eſt nō ſolū certiſſimū in ſe ſed
etiā eſt certiſſimum in ſe in cauſando habitum in
fallibilem. ¶ Per idē pꝫ ad tertiū: q2 de eodē ob-
iecto pōt eſſe opinio ⁊ ſcia ⁊ fides ſm̄ q̄ eſt per di
uerſa media: ſed ſi iſta tria ſint a deo ſolo ⁊ imedi
ate lꝫ differant in certitudine euidentie: ſunt ta-
men equalia in certitudine infallibilitatis: q2 nul
lus habitus a deo infuſus poteſt eſſe falſus.

¶ Tertia opinio pōt ſuſtineri de ſcia ſcḋꝫ q̄ phs
eam deſcribit q̄lis tamē non eſt aliqua ſcia hūani
tus inuenta: ſed de ſcientia humanit⁹ inuēta falſa
videtur. Et tunc ad p̄mam rōnē eſt dicendū q̄ il-
le eſt certior habit⁹ extenſiue q̄ hꝫ plures modos
certitudinis pauciores hꝫ aūt fides certitudinē
adheſionis: vt dicit prima opinio/ ⁊ infallibilita-
tis q̄ in fide ſemꝑ ſunt ꝑfectius: ſcientia aūt pōt
habere falſitatē: ⁊ tūc nō debet habere adheſionē
nec nūc hꝫ euidentiā dictam ſimpl'r. nō eñ aſtrolo
gus habuit euidētiā de curſu ſolis qñ ſtetit tꝑe
Joſue ſed habuit ſuppoſito curſu nature.

¶ Ad. 4. dḋm q̄ dubitationi eſt ꝑmixti⁹ ē cer
tius certitudine euidentie/non infallibilitatis q2
contingit magis dubitare de infallibilioribus.

¶ Ad tertiū dḋm q̄ deū eſſe terminū ⁊ vnum li-
cet ſit eque infallibile: ſicut oē certū credi'ū tñ in
quantū hmōi noticia eſt ꝑ creaturas fallibiles
⁊ id eſt fallibile quātū ē de natura habitus nō ob-
iecti ¶ Vñ ē alia opinio q̄ ſcia ē certior ſimpliciter

Alia opinio.

omni fide ſi accipiatur proprie: q2 ſic eſt illorū q̄
impoſſibile eſt aliter ſe habere ſimpl'r. ⁊ ſic ꝓcedit
tertia opinio ⁊ ſic eſt vera: etiam extenſiue ⁊ intē
ſiue: ſed ſi accipiat̄ ſcientia ꝓ habitu naturaliter
acquiſito ꝓut reputat̄ cōiter ſcientia vt phiſica ⁊
metaphiſica ⁊ hmōi. ſic ē certior ſimpliciter fide ac-
quiſita: ſed fide infuſa eſt certior certitudine eui-
dentie: q2 illam habet: ⁊ ſi nō ſimpl'r tñ ſuppoſito
curſu nature: non enim phiſic⁹ habet euidentiam
ſimpliciter q̄ virgo non pariat/aut q̄ mortuus non
reſurgat cū hoc ſit falſum: ſed fides de ſe non ha-
bet hanc euidentiā nec illā/ certitudinē aūt adhe-
ſionis hꝫ magis ⁊ minus eo modo quo dictū eſt ī
prima opinione: ſed certitudīe infallibilitatis ha
bet maiorē ſciaꝫ ſuppoſito curſu nature. fides au
tem infuſa maiorē ſuppoſita dei ordinatiōe. Un-
de ſi cōſideret̄ ſimpl'r neceſſariū ex cauſis ꝓpriis
videt̄ fides infuſa/q̄ inquātū hmōi eſt a deo eſſe
ſimpliciter magis neceſſaria et infallibilis a veri
tate: ⁊ idē eſſet de opinione a deo infuſa/q̄ inquan
tum opinio poſſet falli: ſed nō inquantū a deo: ſed
ſciētia humana etiā de re eque neceſſaria: puta de
vnitate dei q̄ non min⁹ eſt infallibilis q̄ꝫ trinitas
dei: q2 tamē eſt per media fallatia pōt eſſe inquan-
tum hmōi magis fallibilis q̄ꝫ fides de reſurrecti
one mortuoꝝ ⁊ alioꝝ credibiliū q̄ ſunt ſimpl'r con
tingentia. ¶ Quantū ad tertiū de forma fidei ꝓ

Tertiū principale. Durādus q. 8. ⁊ 9. huius diſt.

cedunt ſic aliqui circa q̄ſtionē iſtā tria vidēda ſūt
Primū qualit̄ fides format̄ per charitatē Scḋm
an eadē fides numero poſſit eſſe formata ⁊ infor-
mis. Tertium eſt in q̄bus iueniat̄ fides informis.
¶ Quātū ad p̄mū ſciendū eſt q̄ virtus vl' actus
virtutis moralis poteſt cōſiderari dupl'r. Uno mo
do ſcḋm eſſe nature. Alio modo ſcḋm illud q̄ eſt
ſcḋm eſſe morale/ſic actus virtutis infuſe vel vir
tus puta fidei poteſt conſiderari dupliciter. Uno
modo ſecundū illud qḋ eſt in eſſe nature Alio mo
do ſcḋm illud qḋ eſt in eſſe meritorio. ¶ Primo
ꝯſiderando fidem vel actū fidei nichil eoꝝ forma
tur ꝑ aliud: q2 forma vel ꝑfectio aduenit ꝑfectibi
li: ſed nichil ſcḋm eſſe nature aduenit potētie ꝑfe-
cte per habitum niſi actus eius q̄ eſt vltima ꝑfe-
ctio naturalis. ergo nec charitas nec aliquid aliḋ
eſt forma fidei vel actus eius cōſiderando eam ſꝫ
eſſe naturale ¶ Si aūt cōſideret̄ ſm̄ eſſe merito
riū: ſic caritas pōt dici aliquomodo forma fidei ⁊
actus ſui/niſi q̄ diſtinguendū eſt de forma q̄ aliq̄d
dr̄ forma ꝓprie ſcḋm.ſ. q̄ īheret ⁊ denoīat ſubiectum
ſicut color de forma corꝑis. ¶ Alio mō dr̄ aliquid
forma large q2 denoīat licꝫ nō īhereat: ⁊ ſic caritas
pōt dici forma fidei ⁊ ceteraꝝ virtutū quantū ad eē
meritoriū: q2 actus eaꝝ ſunt ⁊ dicunt̄ meritorij q2
imꝑantur a charitate/ſine qua non habent ratio-
nem meriti. ⁊ ſic patet primū. ¶ Quantū ad ſcḋꝫ
dicendū q̄ eadē fides numero pōt eſſe īformis ⁊
formata q̄ pꝫ dupl'r: primo q2 deſtructo poſteriori nō
debet prius deſtrui: ſed charitas eſt poſterior fide
quare deſtructa charitate poteſt remanere fides
eadem. ¶ Scḋo q2 charitas nō eſt forma fidei in
herēs ſed extrinſeca/nō īformat fidē nec actū ei⁹
q̄ ad eſſe nature: ſed q̄ ad eſſe meritorium. ergo ea
deſtructa deſtruunt̄ fides et actus eius quantum
ad meritū: ſed nō quantū ad id qḋ eſt naturaliter
et ſic patet ſcḋm. ¶ Quantū ad tertiū eſt ad de-

Durand⁹ q. vlti. huius diſtin. In q̄b⁹ ē fides.

clarandū aliqḋ dubiū: clarū eſt q̄ fides informis
manet in oībus viatorib⁹ peccātib⁹ ſolū contra bo-
nos mores ⁊ charitatē. Cui⁹ rō ē q2 fides p̄ncipa
liter datur pro ſtatu vie. per fidem enim ambula-
mus. vt dicitur. ij. Cor. v. ergo cum fides poſſit
eſſe informis vt probatum fuit ſecundo articulo

magis eſt poſſibile ĩ viatorib⁹: ꝙ̃ ĩ illis q̃ ſunt in termino. et rurſus magis poſſibile eſt hoc in peccantib⁹ ſolū contra caritatē ⁊ bonos mores/ꝙ̃ in peccantibus contra fidē: qꝛ talia pctā videntˀ repugnare ſolū caritati: nō aūt fidei. Unde ex quo poſſibile eſt fidē eſſe informē in aliquo: magis eſt ponēda in iſtis ꝙ̃ in alijs. ¶ Dubiū aūt eſt an ſit in demonib⁹ qui ſunt in t̃mino obſtinatiōis: ⁊ an ſit in hereticis q̃ peccāt nō ſolū ꝯtra caritatē: ſed etiā contra fidē. Q̄ŏ aūt ſit in demonib⁹ ꝓbatˀ ſic qꝛ oēs angeli fuerūt creati in gr̄a ⁊ ĩ dictū fuit ſecūdo libro: ſed in puris viatorib⁹ nō eſt gr̄a ſine fide ſine qua impoſſibile eſt placere deo vt habetˀ Hebreoꝝ.xi. ergo ĩ oīb⁹ angelis fuit fides a ꝑncipio. ſi aūt tūc/ergo ⁊ nunc ſaltē in demonib⁹. Probatio ꝯñe. qꝛ fides habita ab angelis ante peccatū nō potuit ꝑ pctm̄ amitti: niſi rōne ſtatus vel act⁹. non ratione ſtatus qꝛ ſcꝫ ſunt in termino: quia in oibus damnatis qui ſunt in termino: ſicut demones/manet fides. ergo ſtatus non tollit fidē niſi q̃ ponit viſionē: ſi tñ ille tollat/talis autē nō eſt ſtatus obſtinationis ſed btitudinis. quare. ⁊c. Nec ratiōe act⁹: qꝛ actuale pctm̄ demonū nō fuit ꝯtra fidem. ¶ Si autē dicatˀ ꝙ ꝑpt neutrū deſinit eſſe fides in eis: ſꝫ ꝑpt hoc qꝛ aſſentiūt nūc his q̃ ſunt fidei ꝑpt euidētiā ſignoꝝ ⁊ nō ꝑpt auctoritatem diuinā cui ſoli fides innititˀ ſicut demones credebant xp̄m eſſe filiū dei: qꝛ ſic docebat ⁊ doctrinaꝫ cōfirmabat talib⁹ ſignis q̃ nō poſſunt niſi a deo fieri. ¶ Contra. ſignum ꝑ qđ q̇s inducitˀ ad fidē nō euacuat fidē ſed magis eā ꝯfirmat: ſed miraculū eſt hmōi vt patet ex varijs locis ſcripture. dicitur eñ Exodi.14. ꝙ poſt diuiſionem maris rubri: et ſubuerſionē egyptioꝝ timuit popul⁹ deū ⁊ crediderunt dn̄o. ⁊ iterū dicitˀ Joh.2. ꝙ poſt miraculum cōuerſionis aque in vinū crediderūt diſcipuli in eū. ⁊ Joā.11. dicitˀ ꝙ poſt reſuſcitationeꝫ lazari multi iudei q̃ viderāt crediderūt in eū. Et alibi dixit. Si opa nō feciſſem in eis que nemo ali⁹ fecit: peccatū nō haberēt. et Joh.4. niſi ſigna ⁊ prodigia videritis: nō creditis. ergo ſigna ⁊ miracula ad fidē inducunt: ⁊ eā habitā non euacuāt ſed potius cōfirmāt. ſi ergo in demonib⁹ in ꝑncipio fuit fides nō amiſerūt eā ꝑpt ſigna q̃ viderūt a xp̄o fieri. et hoc eſt verū de fide ꝙ̃tum ad habitū/ꝙ̃tum autem ad actū nō manet in eis fides: qꝛ aſſentire ſolū ꝑpt ſigna viſa cōueniētia intellectui vel ipſum inducētia ꝓ ſe nō eſt act⁹ fidei. Act⁹ eñ fidei eſt aſſentire ꝑpt auctoritatē diuinā. ſi ergo demones nunc ſolum aſſentiunt propter ſigna/ patet ꝙ iſte actus non eſt fides. ¶ Eſt autem probabile ꝙ ſic ſolum aſſentiant ſcđm opinionem que ponit ꝙ demones ſunt obſtinati in malo cum non poſſint in actū bonū/non ſolū bonitate meritoria ſed nec bonitate q̃ ex genere eſt ⁊ circūſtātijs. credere autem aliquid ꝑpter auctoritatē diuinā q̃ ꝑprie eſt actus fidei/eſt actus bonus ⁊ laudabilis: quē demones ſm̄ opiōnē illā nō poſſunt exire in actū fidei/lꝫ in eis remaneat hit⁹, ſi q̇s tñ in eis fuerit a ꝑncipio qđ dico: qꝛ aliq̇s poſſet dubitare an fuerit fides in eis ꝙ̃uis fuerint creati in gr̄a: qꝛ ſi cōſtaret ꝙ aliq̇d eſſet dictū a deo/de illo vt ſic nō eſſet fides nec fidei adheſio/ſed ſciētia: qꝛ cōſtat per certiſſimā rationeꝫ qꝛ de⁹ nō pōt mētiri nec dicere falſum nec ex ignorātia nec ex malicia. ſi ergo cōſtaret euidēter deū dixiſſe aliq̇d/ cōſtaret ſcien-

tifice illud eſſe verū. in ſpeciali eñ viderem⁹ clarā cōnexionē terminoꝝ. ¶ Si autē demonib⁹ in ſua creatione fuit aliq̇d reuelatū de credibilibus videtˀ ꝙ potuerunt cognoſcere q̇s eis reuelauit: qꝛ nō homo/qꝛ nondū erat creat⁹: nec vnus angelus alteri/qm̄ q̇libet ꝑciperet ſcꝫ reuelās ⁊ cui reuelaretˀ. nō eñ latēt eos actiōes quas habēt ĩ inuicē. reſtat ergo ꝑ locū a diuiſione ꝙ ſcirēt deū ſibi reuelare/quo ſcito de cōcluſione reuelata non eſſet neceſſaria fides cū de ea haberētˀ ſciētia. ⁊ ſic poſſet heſitari an in demonib⁹ eſſet fides. nec cogit ratio ſupradicta: ſcꝫ ꝙ in viatorib⁹ nō eſt gr̄a ſine fide. hoc verū eſt de hoīb⁹ q̇b⁹ aliter nō cōſtat de reuelatione diuina niſi qꝛ credunt. angelis eñ aliter cōſtat. ſi igitˀ eis fuiſſet reuelatuꝫ a ꝑncipio ſue creationis/fuiſſet in eis meritū ſꝫ hūc modū nō in credēdo ſed in obediēdo ꝓcepto diuino iuxta modū dictū in.2. libro. et ſic xp̄s in quo nō fuit fides meruit fact⁹ obediens vſqꝫ ad mortē. vt dicitˀ Philip.2. ¶ De hereticis aūt an ſit in eis fides cū aliq̇b⁹ articulis credāt ⁊ aliq̇b⁹ diſcredāt/tenetˀ ꝙ nō. Cui⁹ rō eſſe pōt: qꝛ habit⁹ infuſus amittitˀ ꝑ vnicū cōtrariū actū/licet nō ſit ita de acq̇ſitis. Caritas eñ amittitˀ ꝑ vnum pctm̄ mortale: qꝛ quilibet act⁹ peccati mortalis repugnat caritati. Silr̄ ſpes amittitˀ ꝑ vnicū actum deſperationis: ſed in hereticis eſt act⁹ repugnās fidei infuſe. ergo in eis nō eſt fides. ¶ Inq̇rendo aūt de his/de demonib⁹ dicunt tria. Primum videtˀ eſſe falſum

Inquirit doctor de dictis durandi.

Primo qꝛ oīb⁹ modis q̇b⁹ effectiue corrūpitˀ habit⁹ acq̇ſit⁹ meritorie/ corrūpitur habit⁹ ĩfuſus. ſic eñ effectiue generatˀ ⁊ intēditˀ ille ꝑ act⁹ ſimiles/ et remittitˀ ⁊ corrūpitur ꝑ act⁹ ꝯtrarios: ſic habit⁹ infuſus meritorie ꝑ hmōi gñatur ⁊ corrūpitˀ ⁊ intēditˀ ⁊ remittitˀ vel ſaltē corrūpitˀ: qꝛ de remiſſione eſt dubiū: ſed habit⁹ acq̇ſit⁹ ſm̄ eos corrūpitur ꝑ longā ⁊ ſolā ceſſationē actuū effectiue. qꝛ multas amicitias inappellatio ſoluit. ergo habit⁹ infuſus meritorie. Certū eſt eñ ꝙ caritas nō ſolum ꝑ cōmiſſionē/ſed ꝑ ſolā omiſſionē pdi pōt ⁊ vnicā: qđ nō poſſet eſſe de habitu acq̇ſito: ſꝫ ſm̄ eos ĩ demonib⁹ nō pōt eſſe act⁹ fidei ſuppoſita eoꝝ obſtinatione. ergo cū ꝑ q̇nqꝫ milia annoꝝ ꝑ ceſſationē actus fidei acq̇ſite ipſa fuiſſet corrupta effectiue ꝑ ceſſationē actuū infuſe demeritorie ipſa eſt corrupta ſi a ꝑncipio fuit infuſa. ¶ Preterea ꝑ vnicum actum cōtrariū tollitˀ virt⁹ infuſa: ſed demones ⁊ dānati nō ſolū carēt actib⁹ virtutū: ſed etiā habēt actus oppoſitos/ ſicut nō ſolum nō diligūt deum ſed odiūt. nō ſolū nō credūt: ſed diſcredūt quicq̇d diſcredere poſſunt. ⁊ vbi nō poſſunt diſcredere: tūc vellēt in deſpectū dñi nō credere ſi eſſet poſſibile. et ſic nec fidem nec alium habitum infuſum habere poſſunt q̇n auferri poſſit. ¶ Ad probationem ꝙ nō eſt propter ſtatum actum miraculum. dicendum ꝙ eſt propter ſtatum cum peccato oppoſito fidei/quo non ſolum nulli aſſentiunt ꝓpter dei reuerentiam: ſed omnia faciunt in irreuerentiam: et nulli aſſentiunt niſi coacti: qđ non eſt in alijs q̃ nō ſunt in termino. ¶ De ſecūdo dicūt ꝙ in eis non eſt actus fidei /et hoc eſt verum: ſed ratio ſua habet inſtantiam. qꝛ ſi aſſentire propter auctoritatem diuinam eſt actus fidei. ergo ſi immediate a deo ſit facta eis reuelatio de illa haberent fidem: nō qđ niſi ꝓptˀ auctoritatem dei aſſentiunt cuius contrarium dicunt in ſequenti concluſione

ſed ipſi intelligunt ꝙ aſſentire propter auctoritatem dei non facientem euidentiam ſit actus fidei aliter non. Nichilominus verum eſt hoc qđ in primo articulo dicunt ꝙ miraculum viſum vel euidentia temporalis ſuperueniens non aufert habitum fidei: quia ſi quis habens fidem de vnitate ⁊ ſimplicitate dei addiſcat demonſtrationes hoc probantes/non propter hoc pdit fidem priſtinā nec ſimpliciter nec quo ad hoc: quia non propter contrarietatem formalem cum non ſint vni⁹ generis fides infuſa et ſcientia acquiſita. ꝓpter qđ videtur poſſe perdi fides acquiſita: nec propter contrarietatem virtualem meritoriam: niſi quis ſic vellet dicere quaſi alias non crederetur⁹ niſi poſſet hoc p rationem videre qđ non eſt in eo: qui ꝓpter hoc addiſcit vt firmi⁹ credat/et fidem defendat. ℂ Qđ etiā patet experiētia: quia tali demōſtratione acquiſita niſi de ipā nō recolet aſſentiet tamen ſtatim propoſita propoſitione de vnitate dei p ſcripturam/deus vnus eſt. quem recolit nō propter mediū demōſtrationis de quo nūc recolit. hoc autē non eſt p fidem nouā. ergo p antiquā quam non pdidit. ℂ De tertio qđ a ꝑncipio non fuit fides in eis: poteſt dici ꝙ imo ſcḋm cōmunē opinionem. ℂ Ad rationem dicendum ꝙ ſine aliqua reuelatione credibilium poteſt fides infundi ſicut in paruulis baptizatis: et ſic ceſſat tota obiectio. Ulterius poteſt dici ꝙ ſicut non omnib⁹ quibus fides infundit̄ fit reuelatio: ſed maioribus p quos alijs predicat̄. aut ſicut nunc myſteria gratie reuelant̄ a deo medie et tertie hierarchie mediante. ſic reuelatio fidei quo ad neceſſaria angelis ad ſalutem puta ſaltem de beatitudine ſupnaturali meritis obtinenda fuit facta immediate a deo ſoli lucifero: et ille non potuit habere fidem propter rationem factam: ſed eo mediāte omnibus alijs qui bene ſciuerunt hanc reuelationē eſſe a creatura potēte mentiri: tenebant̄ tamen ei credere ſicut nos apoſtolis ⁊ ꝓphetis: et etiam credendo potuerunt mereri et non credendo demereri. vnde ⁊ in illo poſſet poni primum peccatum eorum: niſi ꝙ contrarium habet cōmunis opinio ſed ſicut fuit omnibus pfectior ſapientia naturali et gratia gratum faciente/probabile videtur ꝙ fuit gratia gratis data reuelatione primus illuſtratus: propter quod et grauius peccauit/ et ad peccatum alios facilius traxit: et tunc in ipſo nō fuiſſet fides: ſed in alijs nichilominus in ipſo qui a deo imediate reuelationem accepit: vel in alijs ſi fuerūt plures hoc ipſum remanet: quia obliuio in eis non cadit ſed coactus aſſentit/non in dei reuerentiam vt prius: ſed iſtud aſſentire magis ordinat in dei deſpectum. ſed licȝ ipſe vel alij habuerunt reuelationem de credibilibus ad ſe ptinentibus: non tamen oportet de credibilib⁹ ad nos ptinentibus ꝙ habuerunt a principio reuelationem. Illa ergo que nunc credunt/credunt quidem inuoluntarie vel ex miraculis: quia ſciuerūt facta vel ex reuelatione ſibi a deo a principio facta/vel ex experientia quam habent de inferno: de quo ſi a principio habuerunt fidem: nunc habent viſionē. ℂ Ad argumēta principalia ſolutum fuit in primo articulo.

ℂ Queſtio quinta.

Quinto querit̄/vtrū virtutū theologicarum ſit idem obiectum formale: et generaliter vtrū de eodē obiecto re et ratione poſſunt hꝛi diuerſi habitus. ℂ Et arguit̄ ꝙ nō: quia ad eaque ſunt genere altera/ſunt ꝑticule aīe genere diuerſe. 6. ethicorū. ergo ad id qđ idem re ⁊ ratione gn̄e ⁊ ſpecie indifferēs eſt vnus tantum habitus: q2 ſi oppoſitum in oppoſito/et propoſitum in propoſito. — Primum

ℂ Item potentie diſtinguunt̄ p actus ⁊ act⁹/p obiecta. 2. de aīa. ergo ad vnitatem obiecti formalis eſt tantū vnus habit⁹. — Secundū

ℂ Et confirmat̄ p phm ꝑmo poſteriorū. vna eſt ſcientia vnius gn̄is obiecti. ⁊c. ⁊ p ariſtotelem. 3. de aīa. ſecant̄ ſcientie quēadmodū et res de qb⁹ ſūt. — Cōfirmatio.

ℂ In oppoſitū arguit̄: q2 diuerſe potētie poſſunt hꝛe idem obiectū re et ratione. ergo ⁊ diuerſi habitus. anecedēs patet de intellectu ⁊ voluntate: q2 enī voluntas nō poteſt ferri niſi in cognitū ſm Auguſtinum. 10. de trinitate. ca. 1. In omne in qđ fert̄ volūtas ſub ꝗ rōne fert̄/neceſſe eſt ferri itellectum. cōſequētia patet: q2 nō min⁹ diſtinguunt̄ potentie diuerſe ꝗ̄ diuerſi habitus. — In oppōȝ

ℂ Item vnum agens equiuocum poteſt in effectus ſpecie differentes: ſicut eadem ꝟtus ſolis in gn̄ationē equi et hominis: ſed obiectum eſt agens equiuocū reſpectu diuerſoꝝ habituum. ergo. ⁊c. — Secundū

ℂ Hic dicendum ꝙ licet cōmunis opinio tenere videat̄ ꝙ nec habitus nec duo actus nec due potētie ſpecie differentes poſſint hꝛe idem obiectū re ⁊ ratione: videt̄ tamen ꝙ probabilit̄ poteſt teneri oppoſitum. — Reſpōſio

ℂ Contra qđ ſic videt̄ ꝓcedendum eſſe: q2 ꝑmo adhibēda eſt quedā diſtinctio que eſt vniuerſalis ad propoſitū. Scḋo videndū eſt ꝙ ē in quibuſdā neceſſe potētias vel habitus paſſiones vel actus ſpecie differentes hꝛe obiecta diuerſa ſaltē ratione formali. Tertio ꝑſuadendum eſt ꝙ in quibuſdam non videt̄ hoc eſſe ponendū/et oportet plures hoꝝ hꝛe idem obiectum re et ratione.

ℂ Quantum ad primum ſciēdum eſt ꝙ quedam ſunt potētie aīe diſpate ⁊ diuerſe nullum p ſe ordinem adinuicem habentes niſi forte pfecti ⁊ impfecti ꝓut vna dicit̄ pfectior alia: ſicut ſunt potentie partis nutritiue et ſenſitiue et ſenſus exteriores comparati ad inuicē: vt viſus/auditus/ et alij tres. Quidam autem ordinē habēt: ſicut ſenſus interiores ⁊ exteriores ſenſitiue potētie cū intellectu. nā potentie ſenſitiue iteriores: ſicut ſenſus cōmunis ⁊ phantaſia non poſſunt eſſe in actu niſi prius natura ſint in actu ſenſus exteriores vel aliquis illorum: nec intellect⁹ ſine phantaſia vel ſaltem ſine ſenſu exteriori vt aliqui dicunt ponentes ꝙ intellectus poteſt eſſe in actu/phātaſia nō exiſtēte in actu/ dūmodo ſenſus exterior ſit in actu. ꝓpt̄ hoc qđ cōmētator dicit. 3. de aīa. imaginatiua/cognitiua/⁊ mēoratiua nō ſunt niſi loco virtutis ſenſitiue. ⁊ ideo nō indiget eis niſi in abſentia ſenſibilis. quoꝝ primū videt̄ eſſe veri⁹/ſcȝ ꝙ itellectus non poſſet eſſe in actu/phantaſia nō exiſtēte in actu: ꝓut phs ⁊ commentator pluries dicūt maxime in eodē 3. de aīs vt patet ibidem expreſſe. — Primum principale.

ℂ Sed eſt intelligendū ꝙ ordo iſte de quo nunc agit̄ non eſt oīno eſſentialis ⁊ p ſe ꝓ ꝗ̄to nō inuenit̄ in oī natura intellectuali: nam in deo non ſunt

ſenſus interiores nec exteriores: nec etiā in ange
lo: ꝛ tñ in eis eſt itellect⁹. quidā ꝟo habēt oino or
dinē eſſentialē ꝛ ꝑ ſe ꝛ inſeparabilē: ſicut ſenſus ꝛ
appetit⁹ ſenſitiu⁹: nā vbi ſenſus ibi appetit⁹ vt dꝛ
2. de aīa. qđ nō hꝫ dubiū ꝑcipuū de eſtimatiua. vbi-
cūqꝫ eñ eſt virt⁹ eſt imatiua ipoſſibile eſt nō eē ap
petitū. et eodē mō dicēdū de itellectu ꝛ appetitu
intellectiuo. vbicūqꝫ eñ ſiue in deo ſiue in crea-
tura eſt itellectio: ibi ē ꝛ appetit⁹ itellectiu⁹ vt de
ſe patet. ¶ Et qđ dictū eſt de potētijs / veritatem
videt̄ hr̄e ſuo mō in habitibus. habitus eñ itelle
ctuales ſpeculatiui nō vident̄ hr̄e ſic ꝑ ſe ordinē
ad hit⁹ morales vel etiā inter ſe: vt mathematica
cū phiſica: vl' logica cū arithmetica / ſicut hr̄t mo
rales iter ſe vel cū prudētia. Et idē videt̄ de paſ-
ſiōib⁹. nō eñ talē ordinē adiuicē hr̄t ſpes ꝛ ira vel
timor ꝛ ira / vel audacia ꝛ amor: ſicut deſideriū ꝛ
delectatio / vel amor ꝛ delectatio / odiū ꝛ triſticia.
Idē etiā appet de actib⁹: qꝛ ſm ꝙ potētie ſunt ad
inuicē ordiāte vel hit⁹ / ſic oportꝫ ſuo modo ꝛ act⁹.
et hoc de p̄mo. ¶ Quantū ad ſecundū eſt intelli

Secundū principale

gendū ꝙ eoipſo ꝙ potētie de qb⁹ dictum eſt / ſunt
diſparate adinuicē: nec vt tendūt in obiecta ordi-
nem habēt: ſicut ſunt viſus ꝛ tact⁹ / audit⁹ / olfa-
ctus et guſt⁹: neceſſe eſt ipſas hr̄e obiecta rōe for-
mali differētia: vt patet expreſſe in dictis ſenſib⁹
et ſimilit' in virib⁹ interiorib⁹ reſpectu itellectus
licet eñ ad ipſum ordinet̄ modo p̄dicto: eo tñ mō
quo ſunt potētie organice nō poſſunt hr̄e obiectū
tāte abſtractionis ꝛ ambitus ſicut intellect⁹: et ꝑ
ꝯñs oportet obiecta differre formalit' ꝛ realiter:
qꝛ in multis inuenit̄ obiectū intellect⁹ ad ꝙ vires
ille ſe nō extēdūt vt patet in naturalib⁹ ꝛ ſpiritua
libus oib⁹. ¶ Idē patet in nutritiua ꝛ ſenſitiua
earum eñ obiecta realiter differūt vt ex ſe patet.
Et idē eſt videre in habitib⁹. Nā phiſica ꝛ mathe
matica nō ſunt de eodem obiecto formali. phiſica
eñ eſt de qualitate ſenſibili et de motu / de q̄titate
ꝟo vt eſt ꝯiūcta motui ꝛ qualitatib⁹ ſenſibilib⁹
et vt eſt res corꝑis phiſici. Mathematica ꝟo non
detminat de qualitate ſenſibili: nec de q̄titate ip-
ſa vt eſt res corꝑis phiſici. vt dꝛ. 2. phiſicoꝝ. Idē
patet de phiſica ꝛ morali ſcientia / ꝛ vniuerſaliter
de hitib⁹ ſpeculatiuis ꝛ moralib⁹. ¶ Patet etiā
de paſſionib⁹ quibuſdā. nō eñ eſt idē obiectū for-
male timoris ꝛ ire: qꝛ tūc poſſent eſſe ſimul timor
et ira: qđ eſſe nō pōt dicēte pho. 2. rethorice. Im-
poſſibile eſt ſimul timere ꝛ iraſci. Et idē patet in
plurib⁹ alijs. ¶ Eodē aūt mō eſt de actib⁹: opor-
tet eñ loqui de ipſis ꝯñter potētijs ꝛ habitib⁹ vt
dictū eſt pri⁹. ¶ Quantū ad tertiū ſciendū eſt ꝙ

Tertium principale

ſicut a quibuſdā magnis ponit̄ de intellectu ꝛ vo
lūtate ꝙ habēt idē obiectū materialiter ꝛ forma-
liter ꝛ maxime ſi ponant̄ habere obiectū equalis
ambitus ꝑut videt̄ quibuſdā ꝓpter eorū abſtra-
ctionē: ita videt̄ dicendū de quibuſdā alijs: puta
paſſionib⁹ / ꝛ habitib⁹ / ꝛ potētijs. ¶ Et vt pateat
p̄mo de potētijs / mirū videt̄ ſicut magni dicūt / ſi
vis appetitiua ꝛ ſenſitiua nō habeāt idē obiectuꝫ
materialiter ꝛ formaliter cū eſtimatiua: ꝛ loquor
ſpecialiter de vi eſtimatiua. obiectū eñ eſtimati-
ue vt cōiter dicit̄ eſt intentio non ſenſata ꝑtinens
ad bonum vel malum: puta amicitia ꝛ inimicitia
vtilitas / nocumentū / ꝛ vtiliter / cōueniens ꝛ nocu
mentum. Idem autē videt̄ eſſe formale obiectum
appetitus ſenſitiui: qđ patet in manifeſtis exem-
plis. ouis eñ ꝑ eſtimatiuā ſuā ꝑcipit lupum natu
re inimicum ꝛ offenſiuum. conſtat autem cuilibet
qđ materiale eſt in obiecto eſt lup⁹ vel ei⁹ q̄titas
vel figura vel color vel aliquid tale. formale autē
eſt inimicitia eius vel cōtrarietas / vel diſcōueniē
tia: qđ patet ex hoc ꝙ eum fugit: qꝛ talē eū ꝑ eſti-
matiuā ſuā ꝑcipit. non fugit autē eū vt cōiter di-
cit̄: ꝛ bene ꝓpter indecētiā coloris / aut figure / vel
aliqđ hmōi: ſed p̄ciſe vt inimicū ꝛ offenſiuum. er
go inimicitia talis eſt formalis in obiecto eſtima
tiue: ſed null⁹ pōt dicere quin iſta eadem ratio
formalis in obiecto appetit⁹ ſenſitiui. refugit
eñ ipſum cōcupiſcibilis ouis p̄ciſe qꝛ inimic⁹ et
offenſiuus nature. clarum ergo eſt ꝙ vis eſtimati
ua ꝛ appetitus ſenſitiuus habēt idē obiectum for
male: ꝛ conſtat ꝙ etiam idē materiale et formale
ſiue re, ꝛ hoc oēs concedunt. ergo due potētie ha
bēt idē obiectum materiale ꝛ formale / ſiue re ꝛ ra
tione idē. Hoc idē patet in agno qui ꝑ eſtimati-
uam cognoſcit matrē vt amicam ꝛ cōuenientem
ſue nature tanq̄ formale obiectum ꝛ vt ſic eam ꝑ
appetitum ſenſitiuum appetit ꝛ deſiderat / ꝛ ꝑ mo
tum ꝓgreſſiuum ad eam currit ꝑut ꝑ eſtimatiuā
dirigit̄ ꝛ ꝑ appetitum impellit̄. ¶ Idē oino pa-
tet in yrūdine que ꝑcipit paleā vt materiale obie
ctum ſed vt valens ad nidificandum tanq̄ forma
le / ꝛ vt ſic eam appetit ꝛ demum colligit. ꝛ idē po
tes facere ꝑ ſingula diſcurrēdo obiecta appetiti-
ue ꝛ eſtimatiue. Scđo patet idē in paſſionib⁹ ap-
petitus ſenſitiui. amor eñ deſiderium / ꝛ delecta-
tio videtur habere idē obiectū materiale ꝛ forma
le. Illud eñ videt̄ eſſe obiectū formale qđ ſm ſe
attingit̄ a potētia paſſione ꝛ habitu: ꝛ quo nō exi
ſtente nichil rei attingit̄ ab illis. color eñ eſt for
male obiectū viſus: et hoc ſm ſe attingit̄ a viſu ꝑ
ſuū actū: vel ſi materiale attigat̄ / puta lapis vel li
gnum: hoc eſt p̄ciſe ratione illi⁹ / ꝛ quo remoto ni
chil ligni vel lapidis attingit̄ a viſu. In propoſi-
to igit̄ gr̄a exēpli ponat̄ vinuꝫ eſſe qđ amat̄ / deſi-
derat̄ / ꝛ in quo delectatio habet̄. hoc eñ eſt aliqđ
materiale / puta ſubſtātia vini / dimēſiones eius ꝛ
color / vel aliqđ tale. formale ꝟo eſt dulcedo ſiue
bonus ſapor vini. hoc eñ eſt qđ ꝑ ſe q̄rit appetit⁹:
et quo nō exiſtēte nō quererent̄ alia. cōſtat aūt ꝙ
null⁹ diceret niſi poſſeſſionē vt dicit ph̄s p̄mo ethi
coꝝ. ꝙ aliud formaliter appetitus deſideret in vi
no / aliud amet / ꝛ i alio delectet̄. expert̄ eñ q̄libet
in ſeipſo ꝙ vini ſubſtātiā vel dimēſionē vel cetera
hmōi materialiter amat deſiderat / ꝛ appetit: et ꝑ
delectationē amplectit̄: ſed ipſam dulcedinē ipm
bonū ꝛ cōuenientē ſaporē vini formaliter deſide
rat amat ꝛ in ipo delectat̄. ꝛ ideo dicit̄ in prouer-
bio. Deſideriū ſi cōpleat̄ delectat aīam: qđ nō eſ-
ſet verū ſi aliud eſſet formale deſiderij obiectuꝫ et
delectationis. ſi eñ cōpleat̄ naturalis appetitus
viſus ꝙ ſit cū viſus eſt in actu vidēdi ꝛ ꝑcipit ali-
quid pulchrū viſibile nō ꝓpter hoc delectat̄ ꝛ ſa-
tiat̄ guſtus: vel eius appetitus naturalis nō ob-
ſtante ꝙ illud viſibile ſit materialit' guſtabile / pu
ta lac vel vinum vel aliquid hmōi. qđ manifeſte
ideo contingat qꝛ non eſt formale obiectum puta
color ꝛ ſapor. ſi ergo non eſſet idem obiectū non
ſolum materiale verū etiā formale delectationis
et deſiderij: nūq̄ propter deſiderium compleri de
lectaret̄ anima: cuius cōtrariuꝫ dicit auctoritas
illa. ¶ Et idem poteſt induci faciliter de amore

qꝛ non delectaẜ aliquis in aliquo nõ amato. Nec
obſtat ſi dicaẜ ꝙ differunt obiecta deſiderij et de-
lectationis vt abſens ⁊ pñs: qꝛ hec non poſſunt
eſſe formales rationes obiectoꝝ. Qđ patet pmo
qꝛ abſentia eſt pura negatio ⁊ priuatio: priuatio au
tem vel negatio non poteſt eſſe cauſa poſitiui. ob-
iectum autē ꝑ ſuā rationē formalē eſt cauſa paſſio
nis/ qꝛ paſſio nõ eſt niſi motus appetitus inconue-
niēs vel nociuum ꝓſequendū vel fugiendū. ergo
abſentia nõ põt eē ratio formalis in obiecto deſi
derij/ qđ ē qđā paſſio poſitiua. ¶ Scđo qꝛ due ra
tiões formales ſunt due cāe ꝓncipiatiue ꝑ modū
cauſe formalis et rõnis agēdi licet forteſſis nõ ꝑ
modū efficiētis: qꝛ efficiēs eſt cauſa vt qđ: forma
lis ſ̄o vt quo. ſed abſentia vel pñtia nõ ponunt
variationē vel diuerſitatē in cauſa. Dicit em̄ phs
in. 5. metaphiſice ⁊. 2. phiſicoꝝ. ꝙ eadem cauſa eſt
ꝓncipiū contrarioꝝ. qͥ em̄ pñs eſt cauſa huius/
hanc abſentē dicim⁹ cauſam cõtrarij: vel abſentia
gubernatoris/ nauis ſubmerſionis cuius erat p̄-
ſentia cauſa ſalutꝫ. ergo pñtia ⁊ abſentia nõ poſ
ſunt eſſe formales rationes obiectoꝝ. ¶ Nec ob-
ſtat ſi dicaẜ ꝙ hic variaẜ effect⁹ ſm abſentiā ⁊ pre
ſentiā: nā ꝑ abſentiā ſubmergiẜ nauis/ ⁊ ꝑ pñtiā
ſaluaẜ: qꝛ ſalus nauis eſt aliqđ poſitiuū ergo ha-
bet cauſaꝫ poſitiuā/ nõ quidē pñtiā hoīs guber
natoris vt eſt hõ vel vt eſt albus vel muſicus vel
in loco cõſcriptiue: ſed vt gubernator/ nõ quideꝫ
vt gubernator habitu: ſed vt actu gubernās. ꝑ ip
ſum actū gubernādi eſt cauſa ſaluationis nauis.
ſubmerſio nauis nõ eſt aliqđ poſitiuū ſaltē in ꝯpa
ratione ad nautā. et ideo abſentia nõ habet rõnē
cauſe/ ſed defectus cauſe: ſicut ⁊ ſubmerſio nõ eſt
effect⁹: ſꝫ priuatio effect⁹ vel ſalutis nauis. ¶ Ter
tio qꝛ idē eſt obiectū formale deſiderij qđ deſide-
rās ꝑ ſe ⁊ ſm ꝙ hmõi deſiderat: ſed deſiderans ꝑ
ſe et ſm ꝙ hmõi nõ deſiderat abſentiā rei ſed deſi
derat bonitatē ei⁹. ergo bonitas eſt formale in ob
iecto deſiderij et nõ abſentia: et hec eadē vt viſum
eſt et vt de ſe patet eſt formale in obiecto delecta-
tionis. habēt ergo deſideriū et delectatio idē for-
male obm̄. ¶ Si qͥs aūt dicat ꝙ abſentia oīno re
quiriẜ qꝛ nichil deſideraẜ niſi abſēs. ergo videẜ eē
formalis ratio in obiecto. Dicendū ꝙ hoc nõ ſeq
tur. Nõ ſequiẜ/ ſubſtātia ꝓ uſu de neceſſitate reqͥri
tur ſi delectat: ergo ſubſtātia eſt formale/ imo ſa-
por eſt formale in obiecto ⁊ ſubſtātia reqͥriẜ mate
rialiter. ⁊ ſilr qđ eſt magis ad ꝓpoſitū. nõ ſequiẜ/
materia nõ põt appetere formā niſi. ſ. eſt priuata. er
go abſentia vel priuatio eſt formale in obiecto ap-
petitus materie. materia em̄ appetit formā ſm ꝙ
hmõi, et nõ abſentiā forme vel ei⁹ priuationē. Vn-
de priuatio nõ eſt quid formale in obiecto appetit⁹
materie/ nec forte materiale: ſed qđdā neceſſariū
ꝑ accidēs vt ꝯmētator dicit pmo phiſicoꝝ. magis
ſe tenēs ex parte ſubiecti vel materie qͣ̄ ex pte ob
iecti appetitus eius. niſi em̄ materia eſſet priuata
forma nõ appeteret eā: ꝓ nõ tn̄ appetit priuationē. et
ſilr eſt in ꝓpoſito. abſentia em̄ bonitatꝫ deſidera
te nõ ſe tenet ex parte obiecti nec materialiẜ nec
formaliter ſed ex parte ſubiecti ſiue ſuppoſiti deſi
derantis. niſi em̄ in eo eſſet priuatio vel abſentia il
lius bonitatis nõ eā deſideraret: nec tn̄ eā deſide
rat abſentiā ſed de ipſa affligiẜ. ¶ Tertio poteſt
idē declarari in quibuſdā habitibus. nõ em̄ vide
tur ꝙ fides ⁊ caritas poſſint habere diuerſum ob

iectum formaliter. illud em̄ qđ fides formalr cre
didit eſt aliquid reale: ⁊ qđ caritas formaliẜ dilig. t
eſt etiā reale: qꝛ habit⁹ reales ⁊ poſitiui nõ tēdunt
formaliter in nichil vel i ens ſm aīam ſeu in ens
rationis: ſed idipſuꝫ reale quod fides formaliter
credit/ ⁊ dictat eſſe diligēdum/ caritas diligit ⁊ ni
chil aliud. ergo habēt idē obiectū formale. ¶ Et
cõfirmaẜ ratio: qꝛ ſi ſic nõ eſſet/ fides nõ poſſet di
rigere intētionē ſiue volūtatē in finē vltimū/ ſeu de
bitum. Viſus em̄ licet poſſet eſſe ⁊ interduꝫ ſit de
eodē obiecto materialr cū appetitu puta de lacte:
qꝛ tn̄ nunqͣ̄ eſt de eodē formaliẜ ꝑcipue cū appeti
tur ad guſtandū/ ⁊ vt dulce nunqͣ̄ vt ſic põt dirige
re appetitum in ſuuꝫ obiectum: qꝛ formaliẜ viſus
nõ cognoſcit dulce. eodē igiẜ modo ſi fides nõ ſit
de eodē formaliẜ cū caritate non poterit dirigere
actum ſuū: ⁊ ſic nõ tēdet in creditum ſm ꝙ hmõi.
⁊ ꝑ ꝯſequēs nõ merebiẜ qꝛ tēdet in obiectū a caſu
vel eo modo quo appetitus naturalis rei inanimate
tēdit in ſuum obiectū ſine cognitione dirigēte ab
intra ſeu cõiuncta. ¶ Itē põt apparere in prudē-
tia reſpectu virtutis moralis/ maxime ſi reſpectu
cuiuſlibet virtutis moralis eſſet prudētia: ſic tot
eſſent prudētie quot eſſent virtutes morales. In
idē em̄ formaliẜ ⁊ adequate tēderet virt⁹ moralis
et prudētia ſibi correſpondēs. ⁊ põt hoc deduci oī
no ſicut pri⁹ deductū eſt de fide ⁊ caritate. ¶ Si
vero virtutib⁹ omnibus moralib⁹ reſpõderet vna
prudētia vt videẜ eſſe de intentione phī in fine. 6.
ethicoꝝ. ſic nõ tēderet prudētia ⁊ virt⁹ moralis in
idē/ nec erunt de eodē adequate: nõ tn̄ ſicut diſpa-
rate ſe habebunt ad ſua obiecta ſicut nutritiua et
ſenſitiua. vel viſus ⁊ audit⁹ qͥ nūqͣ̄ eſſe formaliter
poſſunt circa idē obiectū ſiue adequate ſiue inade-
quate: habebunt ſe pot⁹ ad inuicē ſicut ſenſus cõ-
munis ⁊ particularis qͥ habēt obiectum differēs
non diſparate ſed vt vniuerſale et particulare. ob
iectum em̄ ſenſus cõmunis eſt ſenſibile in cõmu-
ni. ſed obiectū viſus in ſpeciali eſt ſenſibile in ſpe-
ciali vt color ⁊ auditus ſon⁹. ꝑcipit aūt ſenſus cõ
munis formaliẜ colorē ⁊ formaliẜ ſonū: qꝛ dat dif
ferentiā inter ea/ vt ſic ꝙ nõ poſſet eſſe niſi forma-
liter ⁊ ſm ꝙ hmõi ea ꝑciperet: ſed nõ ꝑcipit ea ade-
quate. qꝛ neutrū eoꝝ eſt obiectū adequatū ſenſus
cõmunis/ cū ꝑcipiat alia nõ contēta ſub illis puta
odorē et ſaporē. Eodē em̄ mõ erit de prudētia re
ſpectu virtutis moralis ſi ponatur vnica reſpectu
omnium. qꝛ ſcđm hoc prudētia erit de agibili ſiue
de bono humano in cõi. ſingule aūt virtutes mo-
rales de aliquo agibili in ſpeciali. ⁊ ſic erūt vel eē
poterunt ꝑ ſe ⁊ formaliẜ de eodē ſed nõ adequate
vt dictū eſt pri⁹ de ſenſu cõmuni et ſenſibilib⁹ par-
ticularib⁹. Vel forte ſcđm aliquos eſſet aliter vt
ſic obiectū prudētie nõ ꝯparaẜ ad obiecta virtutū
vt totum vniuerſale ad partes ſubiectiuas: ſed vt
totū integrale ad partes integrales. ¶ Quarto
poteſt manifeſtari idē de opinione reſpectu ſcien-
tie. licet em̄ opinio nõ ſit habit⁹ virtuoſus: qđ patꝫ
ex hoc ꝙ nõ numeraẜ inter qnqꝫ itellectuales vir
tutes de quib⁹ agiẜ. 6. ethicoꝝ. ⁊ tn̄ ſi eſſet virtus
neceſſario eſſet virtus intellectualis qꝛ eſt in intel
lectu: ipſa tn̄ videẜ eſſe diſpoſitio quedam vel ali
quid imꝑfectum in genere habitus. ſicut em̄ ſciē
tia acquiritur ex demõſtratione: ſic opinio agge-
neraẜ ex rationibus thopicis et ꝓbabilib⁹. videẜ
autem ꝙ neceſſe ſit dicere ꝙ opinio et ſciētia/ vel

opinio ⁊ intellectꝰ ꝗ eſt habitus ꝓncipioꝝ/ſint
de eodē nō ſolū materialiter ſꝫ formalr̄. ¶ Pri-
mo quidē ꝙ ſciēs aliquā cōcluſionē/puta tēpꝰ eſſe
paſſionē motus/vel motū nō eſſe niſi in corpe/vel
quācunqꝫ aliā: pōt iudicare de aliquo habēte opi
nionē de eadē cōcluſione qꝛ ip̄fecte eā nouit. hoc
autē nō poſſet niſi ille haberet de obiecto illo for-
maliter opinionē de quo alter hꝫ ſciētiā quācūqꝫ/
nō verſent circa idē materialr̄. viſus eñ vel hñs
viſum ſm ꝙ hmōi nō pōt iudicare ſi guſtꝰ vel ha
bens guſtū pfecte vel impfecte pficit guſtabile vt
de ſe manifeſtū eſt: qḋ pciſe videt̄ ide cōtigere qꝛ
nō habēt idē obiectū formale. cōſtat eñ ꝙ idē ma
teriale habēt. idem eñ materialr̄ eſt lac qḋ viſus
formaliter pcipit vt albū: guſtus vt dulce. eodem
ergo modo eſſet in ꝓpoſito/ꝙ habēs pfectā ſcien
tiam de cōcluſione aliqua nullo mō poſſet iudica
re ꝙ habēs opinionē de eadē impfecte cognoſce-
ret eā niſi eſſent de eodē formalr̄. oportet ergo ꝙ
de eodē obiecto nō ſolū materialr̄ ſed etiā forma
liter ſint ſciētia ⁊ opinio. ¶ Scḋo qꝛ de olbꝰ for-
maliter videt̄ eſſe ſciētia vel intellectꝰ niſi de ſin-
gularibꝰ ⁊ futuris ꝯtigētibꝰ. De vniuerſalibꝰ eñ
que vt ſic ſunt icorruptibilia: ac p hoc nec ſingula
rium nec cōtingētiū videt̄ eſſe intellectus ⁊ ſcien
tia formalr̄ ⁊ ſm ꝙ hmōi. ſi ergo de eodē formali
ter nō poſſet eſſe ſciētia ⁊ opinio/ ſeq̄ret̄ ꝙ nullus
poſſet hr̄e opionē niſi de ſingularibꝰ ⁊ futuris cō-
tingētibꝰ/qḋ manifeſte cōſtat eſſe falſum. nā opi-
nio habet̄ ꝙ ols voluntas creata eſt nobilior itel
lectu/⁊ ecōuerſo. ⁊ ꝙ ols ala ſit idē cū ſuis poten
tijs/et ecōuerſo. et ſic de infinitis alijs. patet autē
ꝙ hec nō ſunt ſingularia nec futura cōtingētia: ſꝫ
vniuerſalia ⁊ ppetua ſm ꝙ hmōi. ꝙ etiā de talibꝰ
ſit opinio patet ex. 5. ethicoꝝ. vbi phs dās differē
tiam inter electionē ⁊ opinionē dicit ꝙ electio eſt
eoꝝ que in nobis. opinio vero videt̄ circa ola eſſe
tā circa eterna ⁊ impaſſibilia ꝗ̄ ꝯtra ea ꝗ i nobis.
ergo neceſſe eſt dicere ꝙ opinio ⁊ ſcientia/vel opi
nio ⁊ intellectus ſint de eodē obiecto formaliter.
¶ Tertio qꝛ phs ad eandē cōcluſionē frequēter
inducit rōes logicas ⁊ ꝓbabiles/⁊ phiſicas/ana
leticas demōſtratiuas. vt patet. 3. phiſicoꝝ. ad ꝓ-
bandū infinitū actu nō eſſe. ⁊. 8. eiuſdē ad ꝓbādū
motum circularē eſſe cōtinuū ⁊ ppetuū. ⁊ p̄mo ce
li ⁊ mū. ad ꝓbandū ꝙ nō poſſit eſſe corpꝰ infinitū.
⁊ p̄mo poſterioꝝ. ad oſtēdendū ꝙ ſit ſtatꝰ i p̄dica-
mentis. Cōſtat aūt ꝙ demōſtratiue rōnes gene-
rāt ſciētiā. ꝓbabiles autē ⁊ dyalectice opiniones.
Vanū autē et ridiculū videt̄ dicere ꝙ ad eandem
cōcluſionē ſolū materialr̄ qꝛ tūc cōcluderet̄ ideꝫ
p vtraſqꝫ rōnes. ſicut eñ albū et dulce ſunt i lacte
ſolū materialr̄ ⁊ p accidēs/idē nō aūt formalr̄: ⁊
ꝓpt̄ hoc albū cognoſcit̄ ab vna potētia: dulce vo
ab alia: nec habēt rōnē eiuſdē cogniti: ſed diuerſi.
ita in ꝓpoſito ſi rōnes demōſtratiue cōcluderent
idē materialiter tñ cū thopicis vel dyalecticis nō
tendēt in idē cognitū: ſꝫ demōſtratiue poſſent cō-
cludere ꝙ corpꝰ non pōt eſſe infinitū/ ⁊ thopice ꝙ
nō pōt eſſe circulare/vel ꝙ nō pōt moueri/ vel ali
quid hmōi. ſi eñ eſt idē ſubiectū erit idē p̄dicatū.
ꝓpoſitio eſt nō ſoluꝫ materialr̄ ſed formalr̄ vna.
et ſic cōcludūt iſti magis tāꝗ̄ ꝓbabile ꝙ due po-
tentie/⁊ duo habitꝰ/⁊ duo actꝰ differētes ſm ſpe-
ciē poſſunt eſſe de eodē obiecto re et rōne ſiue ma
terialr̄ ⁊ formalr̄: licet nō ſemp ita ſit. ſed vnum

ꝙ ſemp oportet ꝙ ſit aliqua diuerſitas vel ex pte
potētie vel ſubiecti/vel ex pte medij/ vel ex pte tē
dendi in obiectū. ¶ Quicqḋ ſit de multis hic di- Cōtra di-
ctis nō videt̄ verum ſalua doctoris huiꝰ reueren- cta obijcit
tia/ꝙ fides ⁊ caritas habeāt idē obiectū ſub eadē doctor.
ratione formali: qꝛ nō intelligo habitꝰ vel poten-
tias hr̄e idē obiectū formaliter. ſi ſolū in aliqḋ in
qḋ tendit vnū formaliter tendat aliud. ſed ꝙ vna
formalis ratio ſit vtriqꝫ ſub qua fert̄ p̄mo in ali-
quid/⁊ ſub cuiꝰ rōne ola quecūqꝫ ſunt ſub ambitu
eius ꝯtinent̄. ſic autē nō pōt dici de fide et carita
te. Obiectū eñ formale caritatis eſt bonū diuinū
incōtū bonū/cū habitꝰ caritatis ſit habitꝰ pficiēs
voluntatē/vt patuit in p̄mo libro. Obiectuꝫ aūt
fidei eſt illud idē ſub rōne nō viſi ⁊ nō apparētis.
Eſt eñ fides ſubſtātia ſperādaꝝ rerū argumentū
non apparentiū. ad Hebre. 11. p hoc eñ diſtinguit̄
fides a quocūqꝫ alio. ¶ Preterea ſi eadē rō for-
malis et adequata eſſet in obiecto fidei et carita
tis: ſicut caritas nō de aliquo eſt niſi ſub rōne bo
ni ſic etiā fides. cōſtat autē hoc eſſe falſum ⁊ cōtra
Auguſti. in encheridion. c. 4. vbi dicit ꝙ fides eſt
bonaꝝ ⁊ malaꝝ rerū: ſpes aūt ⁊ caritas bonaꝝ tñ
¶ Preterea illi habitꝰ nō habēt idē obiectū for-
maliter quoꝝ vnꝰ eſt incōpoſſibilis alteri: ⁊ hec vi
det̄ eſſe planiſſima. ſi eñ eſt eadē formalis rō ipſa
faciēte repugnātiā i vno: faciet repugnātiā i alio:
ſed formalis ratio obiecti fidei facit fidē incōpoſ-
ſibilē viſioni ſeu habitui glie/nō autē caritas. er-
go caritas et fides nō habēt idē obiectū formali-
ter. ¶ Nec motiua ad hoc vident̄ valere. licet eñ
idē ſit qḋ fides credit ⁊ caritas diligit: non tñ eſt
eadē ratio ſub qua hoc credit et illa diligit. credit
eñ vt nō viſum: ſed diligit vt bonū. quis et illam
formalr̄ rōnē obiecti caritatis fides credat: tamē
aliud eſt ꝙ illa ratio ſit qḋ cognitū p fidē: ⁊ id ſub
quo diligit̄ vel cognoſcit̄. ¶ Nec eſt ſile in aliquo
de fide et caritate ex vna pte ⁊ viſu ⁊ guſtu ſeu ap
petitu ex altera. viſus eñ non pōt dirigere appeti
tū: qꝛ nō cognoſcit rōnē formalē ſub qua appetitꝰ
fert̄ in dulce ſeu lac: fides autē ſic qꝛ ſunt pfectio-
nes potentiaꝝ ſe inuicē ſupponētiū/ ſicut itellectꝰ
et volūtatis. Unde forte oīno cōſimilr̄ eſſet dicē
dum de fide et caritate i ter habitꝰ ⁊ iter itellectū
et volūtatē inter potentias. ⁊ cōſimilr̄ credendū
de prudētia reſpectu olm ꝟtutū moraliū ſiue ſint
vna/ ſiue ſint diuerſe: qꝛ licꝫ formalis rō i obiecto
ꝟtutis moralis etiā ſi habeat vnā pticularē pru-
dentiā ſibi reſpondentē ſit cognita a prudētia: nō
tñ eſt formalis ratio ſub qua cognoſcit̄. ꝓpter qḋ
nō ſine cauſa dicit phs. 6. ethicoꝝ. ꝙ practice mē-
tis obiectū vel bonū eſt verū vel falſum confeſſe
habēs appetitui recto. Falſuꝫ etiā credo qḋ acci
piunt de opinione ⁊ ſciētia ꝙ habeāt ideꝫ obiectū
formaliter. ⁊ hoc pōt ꝓbari hic accipiēdo etiā di-
cta ipſoꝝ: qꝛ plus diſtāt iter ſe ⁊ magis opponunt̄
inuicem ſcientia ⁊ opinio/nec maiorem habēt cō
nexionē ꝗ̄ phiſica ⁊ mathematica / hec eſt plana:
ſed ille non ſunt de eodem ſubiecto ſub eadē rōne
formali. ergo nec ſcientia ⁊ opinio. Maior patet:
et minorem ponunt ipſimet. ¶ Item habitus qui
ſunt de eodem et ſub eadem ratione formali ſunt
inuicem cōpoſſibiles vt patet ſcḋm eos: qꝛ prudē
tia ⁊ virtꝰ moralis ſunt de eodem ⁊ cōpoſſibiles/
et caritas ⁊ fides ſcḋm eos: ſed ſcientia et opinio
ſunt incompoſſibiles, ergo ⁊c. ¶ Item que diſtin

guunꝰ ex parte formaliū rationū obiectoꝝ ⁊ ꝑ cō
tingens et neceſſariū nō ſunt eiuſdē rationis for-
malis in obiecto: q2 contingens et neceſſariū dif-
ferunt genere. 10. metaphiſice: ſed opinio ⁊ ſcien-
tia ſunt hmōi dicēte pħo p̄mo poſterioꝝ de ſcien-
tia. cuius eſt ſciētia ſimplr̄ hoc eſt impoſſibile aliꝰ
ſe habere. ⁊ idem. 6. ethicoꝝ. oēs opinamur q̄ ſci
mus īpoſſibile habere ſe aliter. Et de opinione p̄
mo poſterioꝝ in fine dicit. relinquiꝰ opinionē eſſe
circa verū ⁊ falſum ſed cōtingēs aliter ſe habere.
Hec autē eſt acceptio imediate ꝓpoſitionis ⁊ nō
neceſſarie. ¶ Itē habit⁹ q̄ diſtinguunꝰ ꝑ media/
diſtinguunꝰ ex obiectis formalibus: ſed opinio ⁊
ſcientia ſunt hmōi etiā ꝑ eos. ergo. ⁊c. Maior pa
tet q2 media ſumunꝰ ex formalib⁹ rationib⁹ obie-
ctoꝝ: q̄ ſic declaraꝰ. mediū in demōſtratione po
tiſſima eſt q̄ q̄d ē ſubiecti vt ſupponiꝰ. q̄ q̄d eſt
autē cōuertiꝰ cū eo cui⁹ eſt. ⁊ ſic diuerſificato me-
dio demōſtrationis potiſſime diuerſificaꝰ diſtinꝰ
tum q̄ eſt ſubiectū. Similiꝰ in demōſtratiōe q2/
mediū eſt effectus ꝓprius ⁊ imediat⁹ q̄ ita cōue-
nit huic ſcibili q̄ nō alteri: puta hoī act⁹ rationā-
di. ita q̄ variato tali ꝑ ſe effectu et nō ꝑ accidens/
variaꝰ obiectū q̄ eſt cauſa talis effect⁹. igiꝰ oīs
demōſtrationis mediū reſpicit ſuū obiectū ſic/q̄
cū non ſtat idē mediū nō ſtat idē formale obiectū
q̄ erat illius demōſtrationis. ⁊ loquor de medio
ꝑfecto q̄ cōnectit oēs ꝑ ſe cauſas in demonſtra-
tione ꝓpter quid. vel oēs ꝑ ſe effectus in demon-
ſtratione quia. ſed vbi eſt medium ꝓbabile: nō eſt
medium demōſtrationis: q2 medium ꝓbabile eſt
aliud a medio demonſtrationis. ergo opinio ha-
bens mediū ꝓbabile/ ⁊ ſcientia habēs mediū ne-
ceſſariū/ nō habēt idē formaliter obiectū. ¶ Itē
magis videnꝰ cōuenire in obiecto formali ſcien-
tia ꝓpter quid/ ⁊ q2/ cū ſint de vna re: q̄ ſcientia ⁊
opinio. Et ratio videꝰ eſſe: q2 tā mediū demōſtra
ſtrationis q2/ q̄ mediū demōſtrationis ꝓpter q̄d/
reſpicit idē ſubiectū ꝓut ſm naturā ſue ſpeciei eſt
a quolibet alio diſtinctū: vt q̄ q̄d eſt hoīs reſpi-
cit ſic hoīem q̄ nulli alteri cōuenit. Silr̄ effectus
ꝓprius ⁊ accidētia ꝓpria reſpiciunt hoīem: vt ri-
dere riſibile et rationari ſic q̄ nō cōueniunt alij al
teri. Mediū aūt ꝓbabile ſumiꝰ a quib⁹ q̄ poſſunt
tā illi q̄ oppoſito cōuenire: ⁊ ita videꝰ magis poſ
ſe cōuenire ſcientia ꝓpter q̄d ⁊ q2/ q̄ ſciētia ⁊ opi
nio. ⁊ hec fuit maior. ſed ſciētia ꝓpter q̄d ⁊ q2/ nō
habēt idē formale obiectū. ergo nec ſcientia ⁊ opi
nio ſiue fides. Probaꝰ autē minor. p̄mo ſic. Idē
ſub eadē ratione nō eſt pri⁹ et poſteri⁹: ſed hō ſm
q̄ ꝯparaꝰ ad mediū demōſtrationis ꝓpter q̄d/ eſt
poſterior ſm rationē cognoſcendi ſuo q̄ q̄d eſt ⁊
ſuo medio: ⁊ ſpecialiter ſi mediū icludat oēs cau
ſas q̄ naturaliter ſunt priores ipſo: ſm ꝟo q̄ ꝯpa-
raꝰ ad mediū demōſtrationis q2/ ſic eſt prior natu
raliter: q2 cauſa naturaliꝰ prior eſt ſuo effectu. er-
go alia eſt ratio rei vt eſt obiectū demōſtrationis
quia/ ab ea ſm q̄ eſt mediū demōſtrationis ꝓpter
quid. ¶ Scdō ꝓbaꝰ idē: q2 q̄n aliquis ꝯparaꝰ ad
aliqua diſtīcta realiter quoꝝ vnū nō habet neceſ
uerſalium eiuſdem rationis poteſt eſſe in fideli iu=
ſto et peccatore nõ aut quantum ad cognitionem
particularem et ſicut in habitibus acqſitis nunq̄
ſeparãtur ab inuicē habitus ĩ appetitu et habitus
talis in intellectu ita etiam in infuſis et ſic habi=
tus voluntatis qui dicitur caritas non ſeparatur
a tali cognitione particulari in intellectu.ſꝫ illud
1.Io.2.vocatio docet de omnibus glo.que tenen
da ſunt.⁊c. ❡ Et ſic nũquã poteſt eſſe virtus appe
titus acquiſita niſi aſſit vere talis virtus cogni=
tiua acquiſita.ita etiam eſt intelligendum ĩ ꝑpoſi
to circa infuſos et ſm hoc dicunt ꝙ in intellectu
reſpectu ſupnaturalium erit duplex habitus.vn⁹
q.generalis fidei infuſe.alius magis ſpecialis .q.
cuiuſdã prudentie infuſe q̄ tñ non ꝯſueuit diſtĩgui
et ſeorſum poni: qꝛ ſemꝑ cõnexa cum caritate ⁊ id̾
ſemper ſub caritate apprehenditur et ratione illi=
us dicitur aliquo modo fides prius informis per
caritatem habens hĩtum includentē formari.
❡ Quinta concluſio eorum eſt ꝙ forte poſſet di= 5.cõcluſio
ci ꝙ talis habitus cõgnoſcitiu⁹. q.particularis q̄
requiritur ad eſſe caritatis ē aliqd̾ donoꝝ ſpũſſci
❡ Sexta concluſio ꝙ charitas acquiſita differt 6.ꝯcluſio.
numero ⁊ ſpecie ab ĩfuſa. quod probat̄ ſimili mõ
ſicut de fide probatum ⁊ dictũ eſt ĩ primo articulo
❡ Septima concluſio eſt illorum ꝙ non videtur 7.conclo:
inconueniens qd̾ eo modo quo eſt quidam habit⁹
dicatur habit⁹ generalis cõſimili generalitate q̄
generalis eſt caritas. ❡ Quantum ad tertium Terti⁹ ar=
de obiecto caritatis acqſite ⁊ ĩfuſe eſt duplex opio ticulus
Prima dicit ꝙ licet actus amicicie acquiſite ⁊ ca 1.opinio.
ritatis poſſint eſſe idem obiectũ et vnum materia
liter ſiue ſm ſubſtantiam/non tamen formalr̄ ⁊ in
eſſe moris ſicut dictũ eſt circa fidē acqſitã ⁊ ĩfuſã
vñ act⁹ formalr̄ differunt non obſtante ydẽtitate
obiecti vnius ſꝫ materiã:qꝛ ſm diuerſã rationem
formalem cadit ſub cognitione intellectus ſm ꝙ
ĩformat̄ habitu fidei ĩfuſe ⁊ ſꝫ aliã ſꝫ ꝙ informat⁹
eſt habitu fidei acquiſite ⁊ ex hoc vlteri⁹ ē dicẽduꝫ
ꝙ cũ obiectũ volũtatiſ ſit bonũ apphẽſũ ſm ꝙ ap
phẽ ſuis. ſm aliã rationē eſt aliqd̾ obiectũ volũta=
tis ſm quod ĩformata eſt habitu caritatiſ ⁊ ſm qd̾ ē
informata alio habitu acqſito. ❡ Alij dicũt ꝙ nõ 2.opinio.
ſolum caritati acqſite ex actibus et infuſe ē idem
obiectum formale ymmo etiã ſimplicit̄ ⁊ gñaliter
eſt formale et primum obiectũ dilectionis natura
lis ⁊ ſupnaturalis qd̾ ꝑbat̄.7.mediis. ❡ Primo
ſic:qꝛ de⁹ ē obiectũ caritatis ſub nobiliſſima rõne
diligẽdi ſed hmõi eſt ratio ſũmi boni ſub qua etiã
eſt obiectũ amicicie naturalis.ꝗ.⁊c. Non enim rõ
beatificantis ē ꝑfectiſſima.qꝛ ꝑius ⁊ ꝑfectius ē bon⁹
ĩ ſe q̄ꝫ bon⁹ alij.nõ ei ē bon⁹ alij niſi q̄tũ illud alid̾ ē
capax ꝙ ē finitũ et ꝑ h̾ ꝙ eſt bon⁹ ĩ ſe cãt bonitatē ĩ
alijs etiã naturalē ⁊ ſupnaturalē vnde etiã rõ natu
ralis dictat eũ plus eſſe diligendũ propter bonita
tē ſuã q̄ꝫ ꝑꝑ bõitatē creatã qꝛ illa ē cã hui⁹ ⁊ potior
❡ Preterea ſi non eſſet deus beatificatiu⁹ adhuc
eēt ex caritate diligẽd⁹:ſed ſi eſſet beãficatiu⁹ ⁊ nõ
ſummũ bonũ non eſſet ſimplr̄ diligẽdus .ſi eni bo
nũ diligibile.ꝗ ſũmũ bonũ ſumme diligibile:qꝛ ſi
cut ſimplr̄ ad ſimplr̄ ita magis ad magis et ma
xime ad maxime/quãuis iſtaꝫ ratio hẽat inſtantiã
in creaturis . quia non patet ꝙ angelus inferior
plus diligat ſuꝑiorē q̄ꝫ ſeipſum. ❡ Tertio: qꝛ de⁹
eſt obiectũ charitatis.ſicut fidei ⁊ ſpei cum omnis
virtus theologica habeat deum pro imediato ob=
iecto:iſꝫ deus eſt obiectum fidei ſm ꝙ eſt in ſe veri=
tas prima ⁊ nõ ſm cõparationē ad creaturã.ꝗ.⁊c.

¶ Quarto: qꝛ actus eiuſdē ſpeciei ſm ſubſtantiā hñt obiectum formale ideo cum actus habeāt ſpeciē ab obiecto ſic. ſ. ꝙ licet differentiū ſpecie poſſit eſſe idem obiectum formale vt ſciendi et opinandi non tñ econuerſo ꝯuenientium ſpecie põt eē differens obiectū formale: ſꝫ dilectio ſupernaturalis vie ꝛ naturalis non differunt ſpecie in genere nature alias poſſet homo ſcire ſe habere caritatem et ipſe habitus eſſet potentia ſ. ſcilicet poſſet in aliquē actū potentis cum eo in quē non poſſet ſine eo ipſa potentia. ergo. ꝛc. ¶ Preterea amor amicicie pcedit amorē cõcupiſcentie. maxime in deo qui p ſe eſt diligendus non ꝓpter aliquid. ſꝫ diligere deū inquãtū ē communicatiu⁹ eē naturalis ꝛ ſupnaturalis ē diligere deū dilectione pertinente ad amorem concupiſcentie. ergo tā rõ naturalis ꝙ̃ fides dictat deū eſſe plus diligendum. quia bonus in ſe et ſummum bonum. ¶ Sexto illud eſt primum et p ſe obiectum caritatis in qd̃ reducuntur oīa diligenda ex caritate. hic aūt eſt de⁹ ſm ꝙ ē in ſe ſummum bonum: qꝛ deus eſt bon⁹ ideo ſum⁹ qui tamē poſt deum nos plus diligimus. ergo. ꝛc. nõ ergo. qꝛ beatificans. ¶ Septimo qꝛ ſub eadem rõe ē de⁹ obiectum dilectionis ſue et noſtre qꝛ caritas in nobis accipit ordinem a deo ſed ipſe ē primū obiectū ſue dilectionis ſcd̃m ſuā bonitatē formalē infinitam ſm quā faciat ſuum appetitū et nõ ſm bonitatem ſuā cauſalē eē naturalis vel ſupnaturalis q̃ cū ſit

Contra ſecūdā opinionē obiicitur. finita non ſaciaret. ergo. idē qd̃ prius. ¶ Sed contra iſtam opinionē pro pͥma opiniõe obiicit quattuor medijs que ſimul ſoluentur. pͥmo: qꝛ de⁹ ē obiectū ſub perfectiſſima ratione ſed pfectior eſt illa qua deus conſideratur vtroqꝫ modo. ſ. vt ſummum bonum in ſe ꝛ cõmunicatiuum ipſius: quia vtraqꝫ ratio per ſe et precise ſumpta eſſet ſufficienter dicēs ſibi rationem diligētis ergo coniuncta eſt magis dans illud: ergo. et cetera.

Solutio. ¶ Et dicendum ꝙ non eſt deus magis diligend⁹ intenſiue ꝓpter has duas rõnes ꝙ̃ ꝓpter pͥmā tm̃ ſed pluribus rõnibus: quarꝫ tñ pͥma eſt cā ſecunde

2 ¶ Scd̃o ſic illud idem qd̃ ſperat illud ex charitate amatur: ſed ſpes habet ꝓ obiecto beatitudinem creatam. ergo et charitas. ¶ Solutio. ſpes pertinet ad amorem concupiſcentie. vnde pro obiecto ſperato hꝫ rē creatā ſed pro obiecto a quo ſperat illam habere: ꝛ in quem ſperāt habet rem increatā caritas tñ ptinet ad amorem amicitie. Unde primum obiectum eius non eſt res cõcupita nec res vi dans rem concupitam: ſed res ipa cui cõcupiſcitur vt amicus: ꝙ autem ſpes ptineat ad amorem cõcupiſcentie. patꝫ quia de eodem ſunt ſpes ꝛ deſiderium ¶ Tertio / quia actus ſequētes formas ſpe

3 cie differentes videntur ſpecie differre et obiecto ſicut motus grauium et leuium ſunt ad oppoſita obiecta: ꝛ differunt ſpecie / ſicut ꝛ leuitas ꝛ grauitas: ſed dilectio naturalis cõſequit cognitionem naturalē ꝛ habitū metaphiſice / ſupnaturalis vero cognitionem fidei et habituꝫ virtutis infuſe. ergo

Solutio. ꝛc. ¶ Solutio maior eſt vera de actibus ꝯñtibus cauſaliter ꝛ p ſe: qꝛ diuerſarꝫ cauſarꝫ particularitꝫ ſunt diuerſi per ſe effectus: ſed actus cognitionis naturalis et ſupernaturalis in via nõ differūt ſpecie habitus vero fidei et metaphiſice et ſimiliter habitus caritatis et amicicie naturalis differunt ſpecie ſm ꝙ non ſunt per ſe perfecta cauſa horum actuum cum ſine habitibus ſint idem actus ſpecie ideo. ꝛc. ¶ Quarto: qꝛ formalis ratio obiecti in moralibus ſumitur a fine ſed dilectionis naturalis non poteſt eſſe obiectum finis niſi naturalis caritatis vero eſt ſupernaturalis: quia vita beata in patria dilectionis aūt naturalis felicitas in via. ergo. ꝛc. 4

Solutio. ¶ Solutio. minor ē falſa de fine vltimo: quia de⁹ diligēd⁹ eſt propter ſe. nõ pp aliud. vnde finis principalit̃ intentus in vtraqꝫ dilectione eſt deus in ſe et non felicitas creata nec vie nec patrie: quia finis quo reducitur in finem eius in omnibus ad que eſt amor amicicie. ſecus autem in his ad que eſt amor concupiſcentie: qꝛ cõcupiſco guſtare cibū nõ propter cibuꝫ ſꝫ cibū propter guſtum deū aūt diligo non propter videre eum ſed videre deum ordino in ipſum deum.

3. opinio. ¶ Tertia opinio videtur probabilior habēs tres

1. cõcluſio. cõcluſiones Prima ꝙ amicicia ad deum acq̄ſita ex puris naturalib⁹ accepta in actu vel ꝓ habitu habet aliud obiectū formale a caritate infuſa et eius actu: qꝛ cum ex puris naturalibus circūſcripta oīni reuelatione nõ poſſit ſciri aliq̄s conuicti⁹ creature rationalis ad deū qui tamē eſt de ratione amicicie / inde ē ꝙ huius amoris de⁹ nõ poteſt eē obiectū ſub ratione amici ſub qua nunc poteſt apprehendi ſed per fidem infuſā vel prudentiam ꝙ̃ caritas infuſa ſequit̃ de⁹ ſub tali ratione apphenditur ꝛ p cõſequens amat̃. vñ obiectum caritatis īfuſe eſt de⁹ ſub rõne ſūmi boni amici vel amicabilis obiectū vero amoris pure naturalis ē ſub rõne ſummi boni nõ amici nec amicabilis. Per qd̃ p꞉ꝫ reſpõſio ad omnes rõnes ſcd̃e opinionis: qꝛ oēs ſupponunt ꝙ deus ſub rõe pciſa ſūmi boni ſit obiectum vtriuſqꝫ amoris qd̃ falſum ē / nec ſeq̄tur ſi de⁹ diligitur p caritatē primo ſub rõe amici ſūmi ꝙ ſit amor cõcupiſcentie: qꝛ amic⁹ nõ amat̃ ꝓpter cõuictum ſꝫ econuerſo: licꝫ amet̃ ſub ratione amicabilis cū q̄ eſt cõuictus ꝛ ſocietas. ¶ Scd̃a ꝯcluſio 2. cõcluſio eſt ꝙ ē idem obiectū formale caritati infuſe et caritati acquiſite quod eius actibus: quia idem eſt obiectum actuum et habituum per ſe: qꝛ nichil agit vltra ſuam ſpeciem maxime immediate qd̃ dico ꝓpter habitus pͥncipiorꝫ ꝛ cõcluſionū et actuū ipſorum quorꝫ ſm quoſdam non eſt idem obiectum formale licet vn⁹ ſit cā alterius: qꝛ hoc nõ eſt immediate ſed intercidunt media duo genera actuum.

¶ Alius enī act⁹ eſt conſideratio principii / alius eſt actus cõſideratio concluſionis: ſed hic ſupponitur ꝙ immediate actib⁹ caritatis īfuſe generetur caritas acq̄ſita nulla dilectione niſi caritate infuſa concurrēte propter ꝙ idem eſt penit⁹ obiectū vtriuſqꝫ. et idē videtur dici de caritate acquiſita ex dilectione informi prout ibi ſit ex fide informi infuſa vel acquiſita non errante: qꝛ ſub eadem ratione ſ. ſummi amici diligit deum fidelis peccator ꝛ iuſtus ymmo etiam hereticus qui non errat circa articulum de vita eterna nec deſperat de ea.

¶ Tertia concluſio ꝙ non videt̃ eſſe idem formale obiectum caritatis vie et patrie: qꝛ cuꝫ vtriuſqꝫ 3. cõcluſio. ſit obiectum ſub ratione pͥmi ꝛ ſummi amici tamē alterius rõnis ē eius amicabilitas in via ꝛ in patria per conſequens ꝛ obiectuꝫ: conſtat enī ꝙ alius eſt conuictus ad deum in via per gratiā / alius in patria per gloriam / nec per hoc ſequit̃ ꝙ caritas excidat qꝛ hoc eſt pp diuerſum modum eſſendi et habēdi obiectum. ſicut intellectus anime ſeparate et cõiuncte eſt idem habens tamen diuerſuꝫ obiectuꝫ ꝓpt

diuerſum modū eſſendi. ¶ Ad argumentū prin-
cipale dicendum ꝙ differūt eſſentialiter etiā ſi nō
differrēt ex parte obiecti: qꝛ de eodē obiecto etiā
formali: ex poſſunt eſſe actus ⁊ habitus differen-
tes: ſicut patet in habitib⁹ ⁊ actib⁹ ꝯtrarijs: qꝛ nō
eſſet cōtradictio niſi eſſent vni⁹ ⁊ eiuſdē ſcōm idē.

¶ Queſtio tertia.

Tertio querit/ vtrū aptitudo
naturalis ad caritatē acqui-
ſitā trāſmutet in eā qñ ipſa
acqrit. Et videt ꝙ ſic: qꝛ ſic
inſunt virtutes aīe ex natu-
ra ſicut forme in materia: ſꝫ
in materia eſt aptitudo natu
ralis q̄ tranſmutat in formā
vt aliq̄ dicūt: ergo ſīr eſt in
Contra. virtute. ¶ Cōtra: qꝛ aptitudo materie ad formā
nō ē niſi naturalis potētia materie ad formā q̄ eſt
ipſa materia: ſed illa nō fit forma. ergo nec aptitu
Reſpōſio do ad virtutē fit virt⁹. ¶ Reſpōſio. De aptitudi
ne ad virtutē acq̄ſitā q̄ eſt in potentia aīe/ ſuo mō
loquēdū eſt ſicut de aptitudine materie ad formā
1.opinio. naturalē/ de qua ſunt opiniones. ¶ Prima opio
eſt ꝙ in materia eſt vnū q̄d reale qđ ſm ꝙ diuerſi
mode pficit. efficit qñq; forma elemētaris: qñq;
forma mixti ial ati: qñq; aīa vegetatiua: qñq; aīa
ſenſitiua. et illō dicebāt eē ichoationē forme i ma
An ſit po teria ¶ Sed hoc eſt impoſſibile ſm alios. Primo
nere ichoa- qꝛ ſeq̄ret ꝙ p eādē formā re diuerſificatā ſm intē
tionē for ſum ⁊ remiſſum aliq̄d eſſet nūc aqua/ nunc ignis/
marum. nūc plāta/ nūc aīal/ qđ eſt abſurdū. qꝛ forme diuer
Contra. ſarum ſpecierū differūt pl⁹ q̄ intēſum ⁊ remiſſum
qꝛ intēſum ⁊ remiſſum ſemp ptinēt ad eandē ſpe-
ciē. cōparatio em̄ ꝓprie eſt indiuiduoꝝ eiuſdē ſpe
2 ciei. 7. phiſicoꝝ. ¶ Scđo: qꝛ oīs generatio eſſet
intēſio ⁊ remiſſio illi⁹ forme ⁊ eſſet p ꝯñs motus.
3 ¶ Tertio: qꝛ oīs forma etiā ſubſtātialis recipiet
magis ⁊ min⁹: qꝛ ſm p̄dictā poſitionē oīs forma
eſt realiter illa forma ſm diuerſos grad⁹ intenſio
4 nis ⁊ remiſſionis. ¶ Quarto: qꝛ aut illa forma ē
qñq; forma accidētalis/ aut nō: ſi nō. ergo forma
accidētalis non habet inchoationē in materia/ et
ita q̄trū ad formā accidentalē ſequunt ꝯtra iſtos
oīa incōuenientia q̄ ſequunt cōtra illos q̄ vniuerſa
liter neg. u. rūt inchoationē forme. ſi autē illa eſt
qñq; accidētalis: tunc ſequit ꝙ idē eſt qñq; forma
accidētalis/ ⁊ qñq; ſubſtātialis/ qđ eſt abſurdum
5 qꝛ qđ ſe eſt nulli accidit. 1. phiſicoꝝ. ¶ Quīto: qꝛ
ſi oīs forma q̄ itroducit in materiā reqrit ichoa-
tionē/ nec ſit niſi vnū quid qđ eſt inchoatio reſpe-
ctu oīm formarū q̄ cauſant in eadē parte materie
cū ſimul introducant plures forme in materiā. ſ.
ſubſtātiales ⁊ plures accidētales/ ſequit ꝙ vel ſit
dare aliquā vel aliquas formas in materia q̄ non
habēt inchoationē in ea: vel ꝙ vnū ⁊ idē re pficiat
vt ſimul ſit forma ſubſtantialis ⁊ plures alie for-
6 me ſubſtātiales ⁊ accidētales. ¶ Sexto: quia ſic
oēs forme q̄tūcūq; oppoſite eēnt vna forma: qꝛ
q̄cunq; vni ⁊ eidē ſunt eadē/ iter ſe ſunt eadē: nec
ex vno indiuiſibili nō corrupto ſꝫ pfecto/ poſſunt
2. opin.o. ꝓduci plura realiter diuerſa. ¶ Secūda eſt opio
ponentiū cū p̄mis inchoationē formarū in mate-
ria dicunt tñ ꝙ illa ichoatio nichil aliud eſt q̄ ip-
ſa eſſentia forme ſub eſſe incōpleto: ita ꝙ quelibet
forma q̄ introducit in materia p̄exiſtit in ea eſſen-
tialiter ſm eſſe incōpletū/ cooperat agēti ꝓducē-

ti ipm in eſſe cōpletū: ⁊ facit eſſe motū naturalē ⁊
p hoc etiā forma cauſat ex aliquo/ ⁊ nō fit de ni-
chilo ſicut forme ſupnaturales. ¶ Hāc autē opi Contra.
nionē aliq̄ reprobāt. qꝛ eſſe iſti⁹ forme pōt dici mul
tipliciter. Ideo q̄runt ab iſtis vtrū p hoc ꝙ dicūt
eſſentiā forme ſm eſſe incōpletū p̄exiſtere in ma-
teria intelligāt formā tm̄ eſſe in materia in poten
tia: ita ꝙ nichil actu eſt de eſſentia forme in mate-
ria/ ⁊ tūc ſequit ꝙ nō poterit cooperari aliter ſm
illud: qꝛ forma nō pōt eſſe principiū agēdi niſi eſ-
ſentia forme ſit in aliquo actu. ¶ Sequit etiaꝫ ſi
forme compeiit fieri ꝙ ipſa fiat ex nichilo/ qđ ipſi
volūt vitare. Aut itelligūt ꝙ forma actu eſt i ma
teria: ita ꝙ i materia ē eſſentia forme ſꝫ actu incō-
pleto: ita ꝙ cōpletū et incōpletū accipiant nō ſm
eſſe in actu ⁊ in potētia: ſꝫ ſm eſſe in actu nūc im-
perfecto nūc pfecto. tunc querit de illo incōpleto
qđ ponit eſſe in materia/ ⁊ de cōpleto quod reſtat
vtrū differāt ſm cōpletū et incōpletū in diuerſis
ſpecieb⁹. et ſi ſic/ ſequit ꝙ nihil forme acq̄rēde eſt
in aliquo actu in materia. nā formarū ſpecie diffe
rētiū vna nichil eſt alteri⁹: aut ſm cōpletū ⁊ incō
pletum eiuſdē ſpeciei/ ⁊ ſic nō poſſunt differre niſi
ſm differētiā partis ⁊ toti⁹/ ſicut tota albedo ali-
cuius toti⁹ corpis differt a determiata parte eiuſ-
dē albedinis/ vel ſm intenſum ⁊ remiſſum. ſi diffe
rant ſicut pars ⁊ totū/ ſequit ꝙ nullū corp⁹ poſſit
de nouo recipe aliquā formā niſi aliqua pars ei⁹
ſit actu informata aliqua parte illi⁹ forme/ puta ꝙ
nullū corp⁹ poſſit calefieri niſi aliqua pars ei⁹ eſ-
ſet actu calida: qꝛ forma nō pōt habere tales par
tes q̄titatiuas niſi ſm ptes ſubiecti/ qđ ridiculo
ſum ē valde. Si aūt differāt ſm itenſum ⁊ remiſſū
Primo ſequit ꝙ oīs forma q̄ iducit in materia re
cipiat magis ⁊ min⁹/ qđ eſt incōueniēs ⁊ ꝓpt oēs
formas ſubſtātiales ⁊ ꝓpter quaſdā accidētales:
que nō ſuſcipiūt mag͛s ⁊ min⁹. Sequit etiā ſcđo
ꝙ generatio ſubſtātie ſit mot⁹ vel ſaltē poſſit eſſe
motus: qꝛ acq̄ſitio forme recipiētis magis et mi-
nus/ eſt vel pōt eſſe ſucceſſiua maxime qñ itrodu
cit in materia exiſtente ſub cōtraria diſpoſitione
Tertio ſequit ꝙ nunq̄ fiat aliq̄d ex non ſimplici
ter tali tale/ puta ex nō calido ſimplr calidum: ſed
ſemp fiet ex min⁹ tali tale. Quarto ſequit ꝙ idem
erit ſimul calidū et frigidū/ bos ⁊ aſinus ⁊ oīa: qꝛ
oportet ſm hoc eſſentias oīm formarū q̄ poſſunt
iduci in aliqua parte materie eſſe ſemp in illa par
te materie saltē ſm graduꝫ remiſſum: ſed eſſentia
albedinis q̄tūcunq; remiſſa facit ſubiectū ſuū for
maliter albū. et ſīr eſt de alijs formis. ergo qđli
bet eſt oīa/ et oīa in oīb⁹. ¶ Tertia eſt opinio di-
centiū ꝙ eſt ponere in materia aliqđ purū poſſibi 3.opinio.
le cōuertibile in formas naturales q̄ ob hoc dicū
tur educi de potentia materie: non autē in ſupna-
turales vt eſt caritas/ grā/ ⁊ hmōi. ⁊ ideo ille dicū
tur induci in materiā. ¶ Sed hec poſitio eſt impoſ
ſibilis ſicut in alijs videt. qꝛ illud purū poſſibile Contra.3.
aut eſt idē ſubiecto cū materia/ aut nō. ſi nō: ergo opinionē
eſt aliq̄d extra materiā p ſe: nec p ꝯſequēs forma
in quā cōuertit tale potētiale vniet materie p con
uerſionē talis pure potētialis in eā. Si aūt eſt idē
ſubiecto cū materia/ oportet ꝙ alterum ipſoꝝ ha
beat rōnē actus/ alterū rōnē potētie: ſed materia
p̄ma nō pōt habere rōnē act⁹ iherētis aliter. ergo
illud qđ dꝛ purū potētiale eſt act⁹ in forma. ¶ Si
dicas ꝙ illud purū potentiale nūq̄ eſt niſi in for-

ma in quã cõuertiť ⁊ informat materiã incõꝑtã cõ
uertiť. ¶ Cõtra qꝛ nichil põt dici ꝯuerti in aliud
niſi qñqꝫ in ſe habeat eſſe diſtinctũ ſaltẽ eſſentiali
ter ab alijs: qꝛ qꝺ qñqꝫ nõ eſt in ſe aliqꝺ reale diſti
ctum ab alijs nõ diciť cõuerti in aliqꝺ: ⁊ tũc qñqꝫ
habet ſuũ ꝓpriũ eſſe/oportet ꝙ ſit vel qꝺ ſeparatũ
a materia ꝑ ſe vel ꝙ cõiungať materie vt ſint vnũ
ſubiecto vt aſſumebat ratio. ſed hoc nõ põt eẽ: qꝛ ſe
quereť vel ꝙ materia eſſet ſaltẽ in aliquo nũc ſine
aliqua forma ſubſtãtiali et hoc naturaliter: vel ꝙ
idẽ ſimul eſſet ⁊ nõ eſſet. qꝺ patet ſic: qꝛ qñ ex aere
fit ignis/oportet ꝙ reſoluať forma aeris in illud
purũ potẽtiale/⁊ in illo nũc oportet formã aeris
primo nõ eſſe/⁊ illud purũ potẽtiale qꝺ debet cõ-
uerti in formã ignis primo eſſe. q̃ro vtrum in illo
nunc ſit forma ignis vel forma aeris vel aliq̃ alia
in materia aut nulla. nõ forma aeris: qꝛ ĩ illo nũc
ponim⁹ eã reſolutã in illud purũ potẽtiale ⁊ pri-
mo nõ eſſe. nec forma ignis: qꝛ non põt eſſe forma
ignis in illa materia niſi pri⁹ ordine nature cõuer
ſo in eã illo puro potẽtiali. Illud autẽ purũ potẽ-
tiale in illo nũc nõ potuit eſſe cõuerſum: qꝛ tũc po
niť primo eſſe ⁊ formã priorẽ in ipſum eſſe reſolu-
tam. Quia eñ ſint plura potẽtialia ſm eos: nõ ꝓ-
babile eſt fieri reſolutionẽ in ꝯuertendũ: vt corru
ptio vni⁹ ſit alteri⁹ generatio. Nec etiã põt dici ꝙ
ibi ſit aliq̃ forma alia: qꝛ in toto tpe quo mouetur
ſeu trãſmutať materia a forma aeris ad formam
ignis/nõ põt ineſſe aliqua forma niſi altera illarũ
Si autẽ aliqs ponat ꝙ in illo nũc illud purũ potẽ
tiale ſit ꝯuerſum ĩ formã ignis: tũc ſequiť ꝙ illud
purũ potẽtiale ĩ illo nũc ſit ⁊ nõ ſit: qꝛ qñ ẽ ꝯuerſũ
in formã ignis iã nõ eſt. ſi ergo in illo nũc eſt con-
uerſum in formã ignis in illo nũc eſt. ¶ Itẽ in illo
nunc in quo eſt forma aeris reſoluta in ipſum eſt:
ſicut ĩ illo nũc in quo mixtũ eſt reſolutũ in elemẽ
ta/ſunt elemẽta. ⁊ ſic ſequiť ꝙ vel materia in aliq̃
nũc ſit ꝑ naturã ſine oĩ forma/vel ꝙ illud purũ po
tẽtiale ſit et nõ ſit in eodẽ nunc. ¶ Sed iſta rõ nõ
eſt ad mentẽ eoꝝ q ponũt cuilibet forme ſpecifice
correſpõdere ſuum diſtinctũ potẽtiale ꝙ in eã ge-
nerandã cõuertiť ⁊ in qꝺ ipſa corrũpẽda reſoluiť
Unde ſm eos cũ ex aere generať ignis/forma ae
ris reſoluiť in ſuũ potẽtiale qꝺ fuerat in eã cõuer
ſum/et eodẽ inſtãti potẽtiale forme ignis cõuerti
tur in eã. ¶ Tertio nõ põt hoc eſſe: qꝛ pl⁹ eſſet cõ
uertere actũ in purũ potẽtiale q̃ in aliũ actũ: qꝛ
in habentib⁹ ſymbolũ facilior eſt tranſit⁹. et purũ
potẽtiale eſt min⁹ ꝓportionatũ ad hoc ꝙ in ipſum
ꝯuertať actus q̃ alius act⁹. ſed ſm iſtã poſitionẽ
oportet ꝙ agens naturale cõuertat actũ q eſt for
ma in aliud purũ potẽtiale. nã nõ põt forma reſol
ui in illud purũ potẽtiale qꝺ poniť eſſe cõuerſum
in eã: niſi ꝑ hoc ꝙ ecõuerſo forma recõuertiť ĩ ip
ſum. ergo agẽs naturale poterit cõuertere formã
in aliã formã/qꝺ eſt ĩpoſſibile. vnde patꝫ illud pu
rum potẽtiale eſſe purũ nichil. ¶ Quarta ẽ opi-
4. opinio nio dicẽtiũ ꝙ illud additũ materie ex quo fit for-
ma eſt eſſentia forme nõ ſm gradum incomplete
actualitatis ſed ſm gradũ potẽtialitatis. Ita ꝙ
illa eadẽ manẽs in eſſentia q pri⁹ erat in materia
ſm gradum potẽtialitatis vel ſcꝺm eſſe poſſibile
poſtea ſit ⁊ ſm gradũ actualitatis vel ſm eẽ ĩ actu
Neceſſitas autẽ ad ponendum q̃ tuoi opiniones
ꝑdictas fuit vna ⁊ eadẽ. Uiſum eſt eĩ adinuenien-
tibus has opiniones vel earũ inuẽtoribꝰ/ qꝺ niſi ſic

reſſet ſicut ponunt ꝙ forma inducta ab agente na-
turali in materia fieret ex nichilo. hoc aũt eſt qꝺ
timuerunt oẽs antiqui philoſophãtes ex nichilo
aliquid fieri. ¶ Hec autẽ opinio ſm alios nulla Contra
eſt. qꝛ ratio actus et potẽtie nõ ſunt in aliquo niſi
ratione diuerſorũ exiſtẽtiũ ĩ ipſo vel ſcꝺꝫ cõpara
tionem ipſius ad diuerſa/ſicut intelligẽtia ſm cõ
parationem ſui ipſius ad ſeipſam eſt actus. ſcꝺm
comparationẽ vero ipſius ad deum a quo recipit
eſſe eſt potentia. Nunc autẽ iſte due rationes ſue-
niuntur in forma naturali ratione diuerſoꝝ exiſtẽ
tium in ipſa: qꝛ nõ eſt quid cõpoſitum ex diuerſis
naturis. nec ſcꝺo modo: qꝛ qñ aliqꝺ habet ratio-
nem actus ⁊ potentie ex comparatione ipſius ad
diuerſa/tunc eſt actus ſimpliciter/⁊ potẽtia ſcꝺm
quid ſcꝫ in comparatione ad aliud vel econuerſo.
nunc autẽ gradus potentialitatis qui eſt in mate-
ria nõ eſt potentia ſimpliciter vel poſſibilitas: qꝛ
ſic nõ differret a materia. ergo eſt actualitas ſim-
pliciter/et potentia ſm quid. Nõ differt ergo hec
opinio ab illa que ponit p̃cedẽs in materia gra
dum actualitatis incõpletum. ¶ Itẽ gradus po 2
tẽtialitatis ⁊ grad⁹ actualitatis vel ſunt due res
diuerſe inter ſe vel non. ſi ſic: ergo vnus grad⁹ nõ
fiet ex alio gradu ſicut ex aliquo ſui/⁊ cum forma
fiat ex aliquo ſui vt tu ponis/ ſequeť ꝙ ambo gra
dus differrẽt ab eſſentia forme. Ulterius ex quo
forma fit ex aliquo ſui/⁊ nullus predictorum gra
duum eſt de eſſentia forme/ſequetur ꝙ in eſſentia
forme ſit compoſitio qꝺ falſum eſt. ¶ Si autẽ di
catur ꝙ iſti gradus ſunt idẽ in re/differentes tãtũ
ratione. ergo in inductione forme nõ erit genera
tio realis ſed tantũ rationis. ¶ Itẽ ponamus ꝙ 3
ex aqua fiat ignis/ tũc in aqua p̃exiſtebat forma
ignis ſm gradum potentialitatis. tũc quero/iſte
gradus potẽtialitatis vel erit in materia ĩ forma
ta forma aque ꝑ actualitatẽ propriã/vel ꝑ actua-
litatẽ alterius. nõ propriã qꝛ eſt purus gradus po
tentialitatis. nec alterius. nõ eñ materie: qꝛ ma-
teria nullũ actum habet. nec forme ignis qꝛ illa
nondũ eſt niſi in potentia. nec ꝑ actualitatẽ aque
qꝛ tũc aliquid ꝑtinẽs ad formam ignis exiſteret
ꝑ actualitatẽ aque/et ſic idẽ in eſſentia ſimul eſſet
actualitas ignis ⁊ actualitas aque. Et vlteri⁹ ſe
quitur ex hoc ꝙ cũ idẽ ſm eſſentiã prius corrũpa
tur q̃ generetur. prius corrũpeť actualitas aque q̃
fiat actualitas ignis/ qꝺ neceſſe eſt ponere: qꝛ idẽ
eſt actualitas ſimpliciť. ergo ſequeť ꝙ actualitas
ignis fieret ⁊ ex nichilo. ¶ Quīta opinio cõmu
nis et vera eſt ꝙ in materia nõ p̃exiſtit aliqꝺ ex q̃ 5. opinio.
fiat forma/vel ꝙ tranſmuteť in actualitatem for-
me. ¶ Circa qꝺ eſt intelligendũ ꝙ forma non fit
ꝑ ſe: qꝛ nec habet eſſe ꝑ ſe ſed ſolum cõpoſitum. ⁊
ideo ſolum compoſitum fit ꝑ ſe: ⁊ hoc cõpoſitum
non fit ex nichilo ſaltẽ ab agẽte naturali. ergo fit
ex aliquo. nec debemus querere ex quo forma fit
vel quõ forma fit: qꝛ non fit ꝑ ſe/ſed debem⁹ q̃rere
quomõ illud fit/de cui⁹ ratione eſſendi eſt forma.
Immo ſi vellem⁹ dicere ꝙ forma fiat ex aliquo ſub-
iecto q̃ compoſitum/tũc quereremus ipſi forme
aliam factionem ꝑ ſe a factione compoſiti. Non
debem⁹ ergo querere ex quo fit forma niſi querẽ-
do ex quo fit compoſitum. Nũc autem in compo-
ſito duo ſunt/ſcꝫ materia et forma: ꝑ quorũ vnũ
eſt in actu/ꝑ aliud in potentia. et ſic ꝑ ſolã formã
totum compoſitum eſt in actu/ ⁊ ꝑ ſolã materiam

totum cōpoſitū eſt in potētia/ nec debemꝰ in potē
tialibꝰ q̄rere duo/ꝑ que cōpoſitū ſit in actu: ſed to
tum cōpoſitū eſt in potentia ratione materie vniꝰ
et ſolius: ita ꝙ compoſitū in potētia duo includit
quoꝝ vnū exiſtit realiter ſcꝫ materia: ſed alterum
ſolū potētialiter exiſtens in illo qđ exiſtit realiter
ſicq; materia pōt dici totū cōpoſitū inquantū eſt
vnū principioꝝ cōſtituentiū cōpoſitum ſm̄ actua
litatē: alterum vero ſm̄ potentialitatē: ſed poſt ge
nerationē non dicit̄ totū ſed pars quedā totiꝰ ſm̄
actum: licet ante generationē poſſet dici totuꝫ in
potētia. Unde compoſitum poteſt diuidi in actuꝫ
et potentiā dupl̄r. Uno modo ſicut diuidit̄ ignis
in ignē in potētia/ ⁊ ignē in actu ſm̄ ꝙ potentia et
actus nolant diuerſas naturas .ſ. materiam ⁊ for
mam. Alio modo pōt diuidi in hec duo ſm̄ ꝙ po
tentia ⁊ actꝰ nō ſunt diuerſe res ſed vna ⁊ eadem
natura ſub diuerſis gradibꝰ eſſendi. et hoc mō cō
parando actū ⁊ potentiā cū fit aliqđ in actu ex eo
qđ eſt in potētia nō ſunt plura ꝙ̄ prius. et ſm̄ hoc
debet intelligi cōmētator ſuꝑ .12. metaphiſice vbi
dicit ꝙ agēs naturale nō largit̄ ipſi facto multitu
dinē ſꝫ ꝑfectionē in eſſe. ſicut eñ in igne ſm̄ actuꝫ
ſunt duo ſcꝫ forma ⁊ materia: ſic i igne in potētia
ſunt duo ſcꝫ materia ⁊ forma: ſed in igne in poten
tia nō eſt forma ignis realit̄ ⁊ formalr̄ vel actuali
ter: ſed tm̄ potentialiter. pōt ergo materia accipi
vel vt totū ꝯpoſitū potētialiter vel in potētia. ſic
cōpoſitū fit ex materia vt eſt in potētia ad formā
nō vt eſt in potētia ad cōpoſitum: tunc ſine dubio
agēs naturale largiret̄ ipſi facto multitudinē nō
ſolum ꝑfectionē in eſſe ſicut dixit cōmentator. vel
pōt accipi materia vt eſt pars totiꝰ in actu. et ſic
falſum eſt dicere formā fieri ex materia: ſed verū
eſt dicere ꝙ forma fit in materia ſimpl̄r/ nec actu
fit ꝯpoſitū iſto mō ex materia ſic accepta: q; hoc
modo materia accepta eſt aliqđ actu ꝑ formā. ſic
autē ſibi non conuenit ratio eius ex quo fit aliud
¶ Sciendū ꝙ ꝓductio alicuiꝰ qđ fit nō ꝓductio
ne alterius cuius eſt pars neqꝫ ex aliqua ratione
ſeminali ꝓexiſtēte ꝓpriiſſime eſt creatio. Produ
ctio autē alicuiꝰ qđ fit ꝓductione alteriꝰ cuius eſt
pars nō tñ ex rōne aliqua ſeminali ꝓexiſtēte/ et qđ
natū eſt ꝑ ſe eē aliq̄ñ poſt ipſiꝰ ꝓductionē eſt crea
tio ſed minꝰ ꝓprie vt patet de intellectu humano.
Productio autē eiꝰ qđ fit ꝓductione alteriꝰ cuiꝰ ē
pars/ nō tñ ex aliqua ratione ſeminali ꝓexiſtente
qđ nō ē natū ꝑ ſe ſubſiſtere: minꝰ ꝓprie dr̄ creatio
ſicut de grā in aīa patet. Productio autē forme
que nō eſt nata ꝑ ſe eſſe/ et fit ex aliqua rōne ſemi
nali ꝓexiſtente/ dr̄ ꝓprie generatio ⁊ nullo modo
creatio: niſi creationē voces ꝓductionē cuiuſcū
qꝫ forme non ex aliquo qđ eſt pars ſui. ſic eñ pōt
dici creatio/ ⁊ pōt dici ꝙ agēs naturale ꝓducēdo
formā creat. ¶ Hāc autē opinionem aliq̄ latiꝰ de
clarant ſic. Primo diſtinguendo de his que fiunt
ꝙ quedā ſunt ſubſtātie/ q̄dā accidētia. Accipiēdo
ſic ergo modo ꝓut forma ex ꝯſeq̄nti dr̄ fieri/ ſunt
etiā quedā forme q̄ ſunt quante quantitate dimē
ſiua/ vel ꝑ ſe vt quantitas/ vel ꝑ accidēs vt quali
tas/ q̄dam nō: vt aīa rationalis ⁊ ſue ꝓprietates.
¶ Item formarum/ quedam ſuſcipiunt magis ⁊
minus: quedam non. ¶ Item eoꝝ que fiunt que
dam habent principium actiuum motus quo mo
uētur: ſicut in animalibus eſt principium ſui mo
tus animalis: quedam non: ſicut de ligno non eſt
principium actiuum motus ad formam ſtatue.
¶ Scđo diſtinguendū de inchoatiōe forme in ma 2
teria/ vel q; illud forme preexiſtens in materia ſit
quedam pars eſſentie forme vel ſm̄ partes quāti
tatiuas quantum ad formas extēſas ꝑ accidens:
vel quantum ad partes formales ſcendunt diuer
ſos gradus ſm̄ intēſionem ⁊ remiſſionem. Alio
modo ꝙ illud non ſit aliqua pars forme modo ꝓ
dicto: ſed ſit aliquid in materia exiſtens ordina
tum ad inchoationem forme/ vel ſicut principiuꝫ
paſſiuum ſicut diſpoſitio aliqua paſſiua/ vel ſicut
principium actiuū. ¶ Tertio diſtinguendum eſt 3
de potētia materie: que vno modo diſtinguitur ex
parte materie ſcđm ꝙ materia accipit̄ dupliciter
Uno modo hec ſignata pars materie in qua de
bet forma induci. Alio modo tota machina rerū
corporalium. ſicut dicit philoſophꝰ ꝙ mūdus cō
ſtat ex tota ſua materia. Alio modo ex parte ipiꝰ
potentie: q; potentiarū quedā eſt actiua/ quedam
paſſiua. Paſſiua autem dupl̄r accipit̄. Uno mo
do ꝓ eo qđ eſt ſubiectum forme faciens vnum cū
ea ꝑ ſe vel ꝑ accidens. et iſto modo quantitas eſt
potētia ꝑ quam aliquid eſt figurabile: quia nulla
res poteſt eſſe ſubiectum figure niſi ꝑ quantitatē
Alio modo ꝓ eo qđ diſponit ſubiectum ad patiē
dum a tali agente. ſicut mollicies cere diſponit eā
vt ſit figurabilis a ſigillo ꝑ impreſſionem. ⁊ talis
potentia diſtīguit̄: q; quedā dicit̄ naturalis/ ſicut
humiditas vel mollicies que diſponit materiam
ad patiendū ab agente naturali. Alia obedientia
lis/ illud ſcꝫ ꝑ quod ipſum ſubiectū natū eſt obe
dire deo ad hoc ꝙ de eo fiat quod deus vult.
¶ Quarto videndū quō ponendū eſt inchoatio
nem forme in materia/ ⁊ quō non. Circa qđ ſcien 4
dum ꝙ forma dupliciter ſe habet ad potentiā paſ
ſiuam. Uno mō ꝙ depēdeat ita ab ipſa in ſuo eſſe
et fieri ſicut figura dependet a quātitate in fieri et
eſſe: a mollicie autē nō in eſſe nec in fieri niſi reſpe
ctu determinati agentis qđ non poteſt imprime
re niſi molli. Alio modo nō dependet niſi in fieri:
vt anima rationalis a materia quā informat. Lo
quendo de potentia materie ſignate in quam de
bet induci aliqua forma/ dicit̄ educi de potētia ma
terie q̄ñ dependet ab ea: ita ꝙ educi ſic dictum ni
chil addit ſuꝑ id quod eſt induci: niſi depēdentiā
forme ad ſubiectum: ⁊ q̄ñ forma dependet a potē
tia que eſt ſubiectum forme ꝓut diſponitur ꝑ ali
quas diſpoſitiones naturales dicitur educi de po
tentia naturali. ſicut dicit̄ ꝙ figura que inducitur
in ceram ꝑ impreſſionem educitur de potentia im
preſſibili. Si vero forma depēdeat a ſubiecto for
me nō ſcđm ꝙ illud ſubiectum diſponit̄ ꝑ diſpoſi
tiones naturales quibus habilitatur ad patiēdū
ab agente naturali: ſed tñ ſcđm ꝙ deus poteſt ex
eo aliquid immediate facere/ dicit̄ educi de poten
tia obedientiali. Dicit̄ autē tale fieri educi: q; in
tali fieri ipſum fieri non eſt ipſius forme per ſe ſed
alicuius cōpoſiti ex forma et ſubiecto: et ideo fie
ri talis forme inquantū fit ex conſequenti ad fa
ctionem compoſiti/ dicit̄ fieri ex aliquo ſiue educi
de potentia materie: ſed ſi forma que non depen
det a ſubiecto fieret in eo/ dicitur induci non edu
ci: vt anima rationalis. forma etiaꝫ que educitur
de potentia obedientiali dicitur bene induci in po
tentiam naturalem: q; recipitur in ſubiecto habē
te diſpoſitiones naturales: non tñ dr̄ educi de po

tentia naturali: q̄ non depẽdet in ſuo fieri ab iſtis diſpoſitionibꝰ naturalibꝰ. vnde ⁊ forme ſupnaturales ſicut eſt grã ⁊ caritas / licet educanꝰ de potẽtia obediẽtiali: q̄ depẽdet in ſuo eſſe et fieri a ſubiecto / tñ cõiter dicunꝰ induci ⁊ nõ educi: ⁊ hoc verum eſt reſpectu potẽtie naturalis: q̄ de illa non educunꝰ licet in illam īducanꝰ. ⁊ ſic patet quõ differant induci ⁊ educi reſpectu potẽtie materie ſignate: q̄ differũt penes depẽdere ⁊ nõ depẽdere. ¶ Si autẽ loquamur de potẽtia materie ꝓut potẽtie materie dicũꝰ oẽs ꝟtutes collate rebꝰ corporalibꝰ quibꝰ inclinanꝰ ad ꝓducendos effectꝰ ſuos: ſicut celo collata ſunt lumen ⁊ motꝰ quibꝰ agit in iſta inferiora et ſilr̃ iſtis īferioribꝰ collate ſunt virtutes aliq̃ quibꝰ ꝓducũt ſuos effectꝰ / loquẽdo de educi de tali potẽtia materie ꝓprie dicunꝰ educi q̃ talibꝰ virtutibꝰ rebꝰ corporalibꝰ collatis prodeũt in eſſe. Illa vero q̃ ex talibꝰ nõ prodeunt in eſſe / nõ
1 dicunꝰ educi: vt gratia que nõ prodit in eſſe ꝑ aliquam virtutem rebꝰ corporalibꝰ collatã. ¶ Si ergo vocetꝰ aliq̄d forme pars eiꝰ formalis vel q̄titatiua / ſic non oportet ponere inchoationẽ forme in materia ſignata nec mũdi machina vt patet ex dictis ꝯtra ſecũdã opinionẽ. ſed iſto modo aliq̄d forme põt ꝑcedere cõplementum forme in formis habentibꝰ partes ꝑdictas: non autẽ in aliis q̃ neutro modo habẽt latitudinẽ. ¶ Si autẽ aliq̄d forme vocetꝰ ordinatũ ad inductionẽ forme in materia ſi loquamur de ordinato ad formã paſſiue: ſic reſpectu oĩs forme q̃ īducitꝰ in materia oportꝫ aliquid eiꝰ vel inchoationẽ ꝑexiſtere in materia illa etiã ſignata in qua debet forma induci: q̄ forma nõ poteſt alicuiꝰ vt ſubiecto vniri niſi in eo ſit aliqua aptitudo naturalis vel obediẽtialis ad recipiẽdũ talẽ formã. ¶ Si autẽ loquamur de eo qõ ordinaꝰ ad formã actiue: ſic oportet reſpectu forme q̃ ſcõo mõ educiꝰ de potẽtia materie aliq̄d eiꝰ ꝑexiſtere in materia nõ q̄dẽ hac ſignata: ſed in aliquo corꝑ: qõ ꝑtinet ad machinam mũdi. In hac etiã materia ſignata poteſt eẽ aliq̄d actiuũ reſpectu forme vel actus inducendi / ſicut grauitas in graui / virtꝰ motiua in aĩali: tamen vniuerſaliter non eſt ita: nã reſpectu forme ſubſtãtialis non eſt aliqua virtus in materia cũ ſit pura potẽtia. multa etiam accidẽtia acquirunꝰ in ſubiectis / in quibus ipſorum non eſt aliquod principiũ actiuũ: ſed ſunt ad extra vt accidentia cõmunia. reſpectu ergo formarũ ſcõo mõ de potentia educibiliũ oportet ꝑexiſtere in materia q̃ dĩ mundialis machina quantum ad aliquam partẽ ſui aliquod principiũ actiuum: q̄ ideo dicunꝰ forme educi illo ſcõo mõ de potentia materie: q̄ ſequunꝰ ex principiis actiuis et paſſiuis collatis rebus corporalibꝰ in creatione mundi.
6. opinio. ¶ Sexta opinio a quibuſdã ſupinducta / eſt realiter quidẽ eadẽ cũ quarta: ſed ſcõm verba differt. vnde dicentes ſe ponere viam mediam inter poſitiones aliquas ponentes creationem ⁊ latitationem formarum / et fingentes ſe in hoc tenere viam phĩ dicunt ꝙ ante terminum generationis forma in ſeipſa formaliter ⁊ in propria natura non ſolum virtualiter in potentia materie vel agentis ꝑexiſtit in materia ſcõm totalem entitatem ⁊ eſſentiam nature ſue cum ſit quid indiuiſibile. ſed forme competit duplex modus eſſendi potentialis. alius eſt modus eſſendi actualis. et cum habet eſſe ſcõm primum modum dicunt ꝙ habet eẽ in potẽtia: ⁊ cũ habet eſſe ſm ſecũdũ modum: dicunt ꝙ habet eſſe in actu. ¶ Differunt ergo iſti vt dicunt a poſitione falſa Auicẽ. in hoc ꝙ dicunt formam non creari inquantum eam dicũt preexiſtere ſm eius entitatem ꝓpriam formaliter differunt autẽ ab anaxag̃. inq̃tum dicunt eã nõ preexiſtere ſcõm eius modum actualẽ. ¶ Dicũt ergo ꝙ iſta eſt poſitio ariſtotelis: cuius ſententia eſt ꝙ forme anteq̃ ſint actu in materia / ſunt in ea in potentia. vnde non inducuntur ab extra ꝑ creationem ſed preexiſtunt in ea. non quidem in actu latitantes tantum ſicut aliq̃ dixerunt: ſed in potentia / qõ eſt medium īter eſſe actu ⁊ omnino nõ eſſe. Potẽtia autẽ ⁊ actꝰ potẽtiã ꝑficiens circa eãdem rem non dicunt diuerſas ſed diuerſos modos exiſtendi eiuſdem rei. hic autem diuerſus modus eſt perfectio et imperfectio / vel determinatio ⁊ indeterminatio vel informitas ⁊ forma. nã eſſe in potentia dicit imperfectionem et indeterminationẽ et informitatem. eſſe vero in actu dicit perfectionem / determinationem / ⁊ formam ſiue ſpeciẽ. Et ſcõm hoc ꝙ forma realiter ante terminum generationis preexiſtit / confirmant ꝑ commẽtatorem 8. metaphiſice vbi loquẽs de generatione compoſiti que eſt trãſmutatio de potentia in actũ. ¶ Dicendũ eſt ꝙ aliq̄d vnũ qõ priꝰ eſt in potẽtia / ⁊ poſt transfertur de potentia in actum. tranſlatio enim eius non largitur ei multitudinem ſm perfectio-
nem in eſſe. ¶ Item dicit. 12. metaphiſice ꝙ agẽs apud ariſtotelẽ eſt non congregãs īter duo in vnitate: ſed eſt extrahens illud quod exiſt in potẽtia ad actum. Ex quibus patet ꝙ per hoc ꝙ aliquid per agens tranſmutatur de potentia ad actũ non acquiritur aliqua res noua: alioquin cõpleta generatione vel tranſmutatione eſſent plures res q̃
ante: ſed ſolum nouus eſſendi modus. ¶ Preterea vnumquodq; ens ſcõm genus et ſpeciem diuiditur ſcõm actum et potentiam. Eſt eñ album in actu / ⁊ album in potẽtia. ignis in actu / ⁊ ignis in potentia. Hoc autem nõ poſſet ſaluari niſi res eſſet forma in actu ⁊ forma in potentia cũ idẽtitas
ſpeciei ſumatur a forma. ¶ Item eſſe in potentia medium eſt inter eſſe in actu ⁊ non eſſe ſimpliciter et omnino / qõ non eſt niſi negatio. medium autem cõmunicat aliqualiter cum extremis: quia cum album in potentia ſit medium inter album in actu / ⁊ omnino non album qõ eſt negatio albi ſicut negatio albedinis et albedo in actu ſunt aliud a ſubiecto. ita albedo in potentia realiter eſt aliud ab
eodem ſubiecto. ideo. ⁊c. ¶ Preterea ſi non ponatur ꝙ forma preexiſtat in materia modo predicto in generatione inducetur ab extra / ſicut dixerunt ponentes datores formarum. Cum eñ eſſentia forme ſit alia ab eſſentia materie ſi ſola materia preexiſtit forma fit ex nichilo. ¶ Nec videtur valere quod dicitur ꝙ forma non fit ex nichilo: q̄ non fit ſed compoſitum eſt quod per ſe fit: quia licet non fiat forma per ſe: ſicut nec exiſtit ꝑ ſe: ſed fiat in materia qõ eſt fieri compoſitum: tamen ex quo eſt res alia a materia / oportꝫ aſſignare vnde habeat ſuam entitatem in materia / non a materia que eſt ab ea diuerſa / et nichil cauſare poteſt cum ſit ens in potentia / nec ab agẽte: quia nichil inducitur ab extra niſi ꝙ creatur. ergo oportet formam ipſam ſm ſuã eſſentiã preexiſtere in materia non quidem in actu ſed in potentia per generationem

extrahitur peragens de potentia in actum.
¶ Hanc autem opinionem alij reprobant quat-
tuor facientes. Primo oſtendunt q ipſa eſt cōtra
phm̄ ⁊ cōmentatorē. Scdo q eſt deterior poſitio-
nibus antiquoꝝ. Tertio reſpondent ad rationes
eoꝝ. Quarto deſtruunt modos reales quos iſta
1. ratio. opinio ponit. ¶ Primū autē oſtēdūt octodecim
rationib⁹/quarū pma talis eſt. Phs eñ ſi intēdiſ-
ſet q ſic forma pcederet ſm ſuam entitatē in ſua
propria natura formaliter licet ſub aliquo modo
tali potentiali hoc alicubi expreſſiſſet: ſed nō inue-
nit dicere q pceſſit niſi in potentia. certū eſt autē
q aliquid bene dicit eſſe vere in potentia cuius tñ
nichil exiſtit ſcd̄m ſeipſum formaliter in ſua pro-
pria natura/ſicut patet de his q̄ habent eſſe in aīa
per creationem/⁊ non minus eſt verum quantum
ad hoc de alijs q̄ vere habēt eſſe in potentia. ſicut
eñ i aere tenebroſo ē lux in potētia: ita in aīa pōt
dici caritas ⁊ gratia in potentia: licet quantū ad
modū agendi ⁊ principia actiua inter hmōi ſit ali-
qua differētia. ſicut eñ gratia ſm ſuā entitatē nō
eſt in aīa ante dei infuſionē: ita etiam lux ſcd̄m id
qd̄ eſt ſcd̄m ſeipſam non eſt in aere tenebroſo put
dicit Augu. 8. ſup Geñ. ad litterā. c. 19. Sicut aer
preſente lumine fit lucid⁹. ſic homo deo ſibi pre-
2. ſente illuminatur. ¶ Scdo. q2 ſi etiā doctrina phī
que ad nos puenit conſiderēt/non inuenitur q di-
cat aliquid qd̄ ſcd̄m ppriam entitatem ſue pprie
nature formaliter eſt in rerum natura ſiue ſit ſim-
plex ſiue ſit compoſitū qd̄ ſit in potentia ſimplici-
ter illud quod p naturam talem intelligitur. ſi er-
go forma aliqua ſm entitatem ſue nature in ma-
teria exiſtat/illa non poteſt dici ſimplr in potētia
ſcd̄m tale genus entis qd̄ eſt forma: ſed dicit ſm
illud ſimpliciter eſſe in actu/⁊ ſm hoc etiam cōpo-
ſitū in quo habet eſſe materia ⁊ forma ſcd̄m ſuas
pprias entitates non dicet eſſe compoſitum tale
3. in potētia ſimpliciter ſed in actu. ¶ Tertio: q2 ſi-
cut ſm doctrinam phī in rebus materialibus ſub
ſtātialibus ſunt duo principia rei itrinſeca quoꝝ
vnū dicit potentia ſimplr/ſiue id ſm qd̄ aliqd eſt
in potētia ſimplr ſcz materia. aliud aūt dr act⁹ ſim-
plicit/ſiue id ſm qd̄ aliqd dr actu eē ſimplr. ſ. for-
ma. ſicut ipoſſibile eſt ponere materiā primā in ali-
quo ſm entitatem cōuenientem ſibi ſm proprieta-
tem natu re ſue: et dicere q illud non ſit vere ⁊ pro-
prie in potentia et ſimpliciter aliquid aliud/ cum
materia ſit illud quo aliquid poteſt eē ſimpliciter
aliquid quod non eſt in actu. Ita impoſſibile eſt
ponere formam in aliquo eſſe ſm entitatē cōueniē-
tem ſibi ſm proprietatem nature ſue/⁊ dicere q il-
lud non ſit actu ſimpliciter: ſed adhuc ſit in poten-
4. tia ſimplr. ¶ Quarto: q2 ſicut materia cui⁹ potē-
tia que eſt medium inter non eſſe ſimplicit/ et eſſe
ſimplicit ppter quod ipſa eſt pprie nichil ſm Au-
guſtinum in quantū infra ipſum non poteſt eſſe ali-
quid quod habeat aliquam entitatem realem ſm
ſe: ita forma que eſt alterum extremū/ et eſt illud
quo aliquid eſt ſimplicit non poteſt poni ſm ſuā
entitatem propriam in materia ipſa quin compo-
ſitum cuius eſt talis forma habeat eſſe ſimplicit
5. in actu et non ſolum in potentia. ¶ Quinto: quia
ſicut ſcd̄m Auguſtinū non poteſt eſſe nec poni de-
ſcēſus infra materiam quin ſit caſus in nichil: ita
non poteſt eſſe aſcenſus in entitate ſupra materiā
quin ſimplicit ſit receſſus a potentia per conſecu-

tionem actus ſimplicit. ergo. ⁊c. ¶ Sexto. quia 6
ſicut illud in quo eſt entitas materie ratione illi⁹
non eſt niſi ens in potentia ſimplicit: ita etiam il-
lud in quo eſt entitas forme ratione illius non eſt
ens in potentia ſimplicit: ſed ens in actu ſimplici-
ter. ¶ Septimo: quia ſicut abſurditas eſſet dice- 7
re ſcd̄m doctrinam philoſophi q materie vel ei in
quo eſt materia ſm ſuam entitatem ratione mate-
rie conueniat modus eſſendi ſm eſſe potentiale ⁊
ſm eſſe actuale: ſed ſolum modus eſſendi ſm eſſe
potentiale. Ita etiaz dicere q forme vel ei in quo
eſt forma ſcd̄m ſuam entitatē ratione ipſius for-
me conueniat modus eſſendi ſm eſſe potētiale: ra-
tione cuius poſſit dici eſſe in potentia ſimpliciter
et ſcd̄m eſſe actuale ratione cui⁹ poſſit dici in actu
ſimplicit: ſed ſolum modus eſſendi ſm eſſe actua-
le. ¶ Octauo: quia ſicut potentialitas materie ſi- 8
ue illud quo habens materiam eſt in potētia ſim-
pliciter ad formam ſiue ad eſſe in actu p formam/
non eſt aliquid realiter differens a materia: imo
nec eſt aliquis modus realis circa ipſam: licet ad
hoc q ſubijciatur tranſmutationi ad formam cui
nata eſt ſubeſſe ſcd̄m rationem hmōi ſue potentie
que eſt idipſum q eſſentia materie requirātur ac-
cidentia: ita ⁊ actualitas forme ſiue illud quo ha-
bens formam in actu eſt ſimpliciter non eſt aliqd
realiter differens a forma ſiue ab entitate forme:
immo nec eſt aliquis modus realis circa ipſam:
ſed ad agendum forma indiget qualitate actiua.
¶ Nono: quia licet inter primam formam que eſt 9
maxime materialis/⁊ vltimā que eſt minime ma-
terialis ſint multi gradus actualitatū ſm diuer-
ſas formas ⁊ ſcd̄m diuerſos gradus in perfectio-
ne/quelibet tamen dat eſſe ſimpliciter in actu: in
natura tamen materie que non eſt niſi pura potē-
tia/non poſſunt gradus potentialitatum inueniri
loquendo de illa potentialitate que non eſt aliud
ab eſſentia materie. ¶ Decimo patet q cuz dici- 10
tur q per formam ſcd̄m eſſe potētiale intelligitur
indeterminatio/ vel imperfectio / vel informitas
forme. Per eſſe autem actuale intelligitur deter-
minatio/perfectio/et forma/ vel ſpecies/ vel for-
malitas ipſius forme: talia non innituntur funda-
mento reali: quia iperfectio et perfectio forme re-
ſpectu ipſius forme perfecte ⁊ iperfecte non dicūt
aliam rem nec alium modum realem: ſed alietas
quā iportant non eſt niſi quedaz alietas rationis
que conuenit forme vilt ex habitudine vel cōpara-
tione ſcd̄m rationē ad aliaz. Sicut eñ materiali-
tas reſpectu materie nullo modo poteſt attribui
materie: nec vt res alia a materia: nec vt quidam
modus realis circa ipſum. ita etiam nec formali-
tas poteſt attribui forme. et ideo per talia dicta
non niſi quedā figmenta iportari videntur.
¶ Undecimo patet q non poteſt ſcd̄m doctrinā 11
philoſophi accipi diſtinctio ſcd̄m actū ⁊ potentiā
conſiderando vnā ⁊ eandez rem que eſt vere for-
ma ſcd̄m ſuā entitatē propriā exiſtens in materia
ita vt ſub quadā differētia ſe habeat ad hos duos
modos eſſendi: vt ipſa non variata ſcd̄m ſuā rea-
lem et eſſentialem entitatem ſit indifferens ad ta-
les diuerſos modos vt ſcd̄m vnuz dicatur ens in
potētia ſimpliciter ſcd̄m aliū dicatur ens in actu
ſimpliciter. Et tamen per iſtos modos nulla res
alia ab entitate forme iportetur. vt eñ dictuz eſt
ſcd̄m doctrinā philoſophi ſola materia eſt id quo

aliquid eſt in potentia ſimpliciter/ et quelibet for-
ma ſubſtantialis q̄tantūcunq̄ perfecta vel imper-
fecta eſt id quo aliquid eſt in actu ſimpliciter: ta-
men talis forma ponitur eſſe realiter in materia.
12 ¶ Duodecimo patet q̄ ſolum de materia pōt ve-
re dici q̄ ipſa eſt indifferēs ꝓprie ad tales modos
ſcʒ ad actū aliquē ⁊ formā ⁊ ad illius priuationeʒ
in habēdo contrariaʒ. quod enī ſic eſt indifferens
ad aliqua duo habētia rationem terminorum in-
cōpoſſibiliū oportet q̄ realiter differat ab vtroq̄
Per hoc enī philoſophus .i. phiſicoꝝ ſcʒ ex com-
poſſibilitate terminoꝝ motus ſiue tranſmutatio-
nis ꝓbat q̄ illud q̄d ſtat vnum et idem ſm̄ rem cū
vtroq̄ termino/ ab vtroq̄ realiter eſt diuerſum ꝓ-
pter q̄d oſtēderit materiam eſſe aliquid differens
a formis contrarijs reſpectu quarū indifferentiā
dicit̄ habere. ergo ſimiliter in propoſito ſi eſſentia
forme ſit aliquid indifferens ad modum eiꝰ eſſen-
tia potentialem ⁊ actualeʒ realiter erit differens
13 ab vtroq̄ cū iſti modi ſint incōpoſſibiles. ¶ De-
cimotertio: q2 ſm̄ hoc eſſentia forme non erit ter-
minus generationis: q2 p generationem non acq̄-
ritur: ſed quidā modus forme erit terminus ge-
nerationis/ ⁊ dicet̄ generatio trāſmutatio moda-
lis ⁊ accidentalis non realis nec ſubſtantialis: cū
ſm̄ tenentes hanc poſitionem/ potentia ſiue mo-
dus potentialis eſſentie forme et actualitas ſiue
modus eſſendi actualis eiuſdē ad genus qualita-
tis ptineant. q2 dicere q̄ forma ſubſtantialis q̄tū
ad rem quā dicit eſt in pdicamēto ſubſtātie. q̄tuʒ
vero ad diuerſos modos eſt in predicamento q̄li-
tatis. ipſa enī potentia ſiue modus potētialis ad
ſecundā ſpeciē qualitatis. actualitas ſiue modus
eſſendi actualis eiuſdem ad primā ab iſtis dicitur
ptinere. ipſa autē forma ſm̄ ſuam eſſentiā non va-
riatur: ſed ſm̄ modos predictos ſicut iſti dicunt.
14 ¶ Decimoquarto q̄ tales modi eſſendi potētia-
lis et actualis nō dicunt modos ꝓprie loquendo
hoc videt̄: q2 modus de ratione ſua videt̄ impor-
tare aliquid cōſequenter ſe habens ad rem cuius
eſt modus dicens aliquā diſpoſitionē vel habitu-
dinem circa illā rem ⁊ rem ipſam cui intelligitur
adeſſe/ ſupponit habere entitatē ſibi cōuenientem
ſm̄ ſe: nec illa ei p hmōi modos attribuit̄. ergo vi-
det̄ q̄ forma debet eſſe in actu ſeipſa formalit̄ an-
teq̄ ſint ei modi ſibi ↄuenientes attribuendi ergo
id quo forma dicit̄ eſſe aliq̄d in actu/ modus eius
nō pōt eſſe: ſed eſt aliq̄d a modis ſuppoſitum.
15 ¶ Decimoquinto q̄ de intētione ariſtotelis ſit po-
nere q̄ forma ante terminū generationis nō p̄exi-
ſtat in materia ſm̄ eſſentiā ſuā realē ſm̄ quā realē
cōpoſitionē faciat cū materia: ſed ipſa ſm̄ nullam
aliā realitateʒ a realitate materie p̄exiſtat in qua
dicit̄ p̄exiſtere in potētia inq̄tū materia eſt in po-
tentia cuiꝰ tranſmutatione pōt generari aliq̄d cō-
poſitum p ſe cōprehendens materiā ⁊ formam in
actu: q̄ ꝓ tanto dicit̄ priꝰ fuiſſe in potentia non ſic
q̄ ipſa in ꝓpria entitate ſub modo tali p̄exiſteret
imo hmōi ſue entitatis ſm̄ ſe nihil p̄exeat ſed ſic
q̄ p̄erat aliquid realiter ſm̄ ſuā talē entitatem q̄
eius trāſmutatione p ſe poterat fieri aliq̄d cōpoſi-
tum. et ad euitandū incōuenientes de creatione/ hoc
poſuit ph̄s ſcʒ q̄ fit ex aliquo ſui illud nō creatur
Illud autē q̄d fit ex aliquo ſui oportet eſſe cōpoſi-
tum ex talibus duobꝰ q̄ ſcʒ vnū iſtoꝝ p̄exiſtat ex
quo fieri poſſit/ ⁊ ſm̄ aliud nō preexiſtat vt ſm̄ id
fieri poſſit: q2 tn̄ illud in quo tale cōpoſituʒ p̄erat
eſt talis nature q̄ ſua tranſmutatione tale cōpoſi-
tum fieri pōt p ſe. ideo totū ⁊ in hoc etiā ipſa for-
ma p̄erat in potētia. ⁊ hoc pateʒ ſi cōſiderent̄ que
circa hoc dicit in .7. metaphiſice vbi tractat prīci-
paliter hanc materiā: q2 volens excludere dictas
poſitiōes de creatione ⁊ latitatione formaꝝ acce-
pit duas ꝓpoſitiones ꝓ fundamento quas proba-
uit ſatis diffuſe: quarū vna eſt q̄ forma nō genera-
tur p ſe ſicut nec materia: ſed totū cōpoſitū. Alte-
ra autē eſt q̄ oē q̄d generat̄/ generat̄ ex materia q̄
eſt pars ſui. et ex iſtis cōcludit q̄ cōpoſitum gene-
rat̄ ex materia q̄ eſt pars ſui: ⁊ p hoc euadit diffi-
cultatē de creatione: vbi cōcludit ibi palam. ergo
q̄ nec ſpecies aliquodcūq̄ oportʒ vocare in ſenſi-
bili formā non ſit/ nec eſt eius generatio. et ibi di-
cit cōmentator q̄ ſi forma eſſet artificiata .i. facta
tunc conſtitueret̄ ex actione illiꝰ ab agente/ et ſic
forme eſſet forma. ¶ Decimoſexto cōmētator ex- 16
ponens illa verba in .7. q̄n nec ex ligno fit ſtatua
aut de lateribꝰ domus ſi q̄s valde inſpexerit non
vtiq̄ ſimplr̄ dicet q̄ oportʒ pmutatio fieri ex quo
ſequit̄ ſed nō pmanēte. et addit q̄ nō dicenduʒ eſt
q̄ generatū ſit vnū ſimplr̄ .i. forma tm̄ ſed cōpoſi-
tum ex materia ⁊ priuatione p̄cedēti: q2 nō gene-
ratio erit q̄n generās ⁊ agēs trāſmutat materiaʒ
donec in ea faciat formam: nec eſt ex aliquo q̄ re-
maneat in ſua diſpoſitione eadē: q2 ſi materia re-
maneret in ſua diſpoſitione q̄n generans generat
generatū. tunc generans non niſi formā tm̄ face-
ret: ſed agens cū aliq̄d facit ex cupro/ nō facit ex
cupro formā tm̄ quēadmoduʒ nō facit materiā: ſʒ
artifex facit cuprū rotundū eſſe/ aut ſanguinē eſſe
equū. et non facit aliq̄d vnū in aliquo vno. Uer-
bi gr̄a. Formā in ſubiecto q̄n manifeſtum eſt q̄ ſi
facit ex aliquo aliud nō aliud in aliud. facit enī ex
materia formatū nō in materia formā. Patet er-
go q̄ ph̄s ⁊ cōmētator p hoc excludūt creationeʒ
ſcʒ q̄ generās generat totū ↄpoſitū p tranſmuta-
tionē materie ex qua poterat fieri tale ↄpoſitum
q2 enī materia nō materiā intrāſmutata: ideo to-
tum fit. Sic ergo ſm̄ intētionē eorū forma erat in
potētia materie nō q2 ibi eſſet ſm̄ eſſe eiꝰ reale di-
ſtinctuʒ a materia: ſed q2 ſic poterat tranſmutari
materia/ nichil entitatis forme realiter p̄habens
vt fieret aliq̄d formatū ab agēte. ¶ Decimoſepti- 17
mo: q2 mirū fuit q̄ cū p talē modū qualem iſti po-
nunt nimis facile ⁊ euidēs ſit deſtruere creationē
imo etiā hoc eſt vere deſtruere generationē cū po-
nat̄ forma ſm̄ ſuā realē entitatē ſemp p̄exiſtere i
materia: q̄re p talē modū proceſſerit ⁊ ad expreſſio-
nem modi nūc inuēti attingere nō poterāt: q2 q̄cū-
q̄ q̄ faciūt mētionē de forma quō fit ⁊ quō acq̄rit̄
ſibi eſſe in termino trāſmutatiōis nūq̄ faciūt mē-
tionē de tali modo accidētali ſm̄ quē ſtat ipſa for-
ma p̄exiſtēs in ſua entitate eſſentiali: immo ſemp
exprimūt formā noīe forme ſimplr̄ ſm̄ ſuā entita-
tē realē eſſentialē dicētes ipſam ſimplr̄ fieri ⁊ acq̄-
rere eſſe eo modo quo ſibi competit fieri: vt patet
dicta eoꝝ inſpicienti. Dicit enī cōmētator vbi ſu-
pra. generatio erit q̄n generans tranſmutat mate-
riam donec in ea faciat formā. ⁊c. ¶ Euidēter er-
go apparet ſm̄ intentionē philoſophi ⁊ commen-
tatoris in pluribus locis ⁊ p̄cipue in .7. metaphi-
ſice q̄ factioni ſiue generatiōi nō p̄exiſtit niſi ma-
Contra menſurat̄ tp̄e ita reali ſicut et mot⁹ cū tamē ſit pu ra priuatio. ❡ Preterea. inter inſtantia temporis cōtinui imaginata vt diſtincta oz imaginari tēpus medium. vnde ſi emaginor ad inſtans ānichilatio nis ab inſtanti quo vltio ē oz imaginari temp⁹ me dium quo res nō habet eē nec nō eē qđ eſt impoſſe. ❡ Unde alij dicūt q ē dare primum inſtans q̄ inci pit non eſſe q̄ menſurat̄ annichilatio ſed vltimum quo ſit nequaq̄ ❡ Sed contra hoc eſt. quia q qui eſcit in aliquo tempore eſt in quolibet nunc illius temporis licet aliđ ſit de motu vnde alij dicūt q ē dare vtrumq̄ inſtans nec tamen ē temp⁹ medium q2 ānichilatio nō h3 īſtās tēp̄is nr̄i niſi p coexiſtētiā ❡ Sed hoc nō valet q2 int̄ illa q̄ ſūt diuerſis tp̄is nr̄i inſtantib⁹ ſiue p menſurā ſiue p coexiſtētiā: de neceſſitate eſt tēpus noſtrū medium ſaltē p coexi ſtentiam. ſi em̄ intellectio angeli de aſino īciperet in inſtanti temporis qđ eſt. b. et intellectio de leōe inchoaretur in inſtanti eiuſdē tp̄is alio qđ eſt. c. de neceſſitate coexiſteret tp̄s mediū vtriq̄ intelle ctiōi in q̄ neutrū extrēoꝝ intellexiſſet. vn̄ melior ē p̄ma ſolutio. q2 ꝛ ſi celū anichilaretur eſſet dare vl timū tp̄is: nec tamen ſimul eſſet: et inciperet non eſſe. q2 aliqua poſſunt nō eſſe ſimul: vel q2 nō ſunt in eodem temp̄e vel inſtanti: ſicut duo entia poſiti ua. vel q2 vnū eſt in temp̄e vel inſtanti. aliud autē in neutro: q2 eſt nichil. Nec obſtat de quiete. quia quies nō menſuratur tp̄e rōne qua dicit negatiōez motus. ſed rōne aptitudinis ad motū q̄ includit̄ ī priuatione. Similiter corruptio et non eſſe prime forme non menſuratur temp̄e vel inſtāti: nec etiā coexiſtūt eis niſi p accidēs ratione generationis et forme ānexe quia nichil nec menſuratur nec co exiſtit menſure. Nec obſtat de ymaginatiōe. q2 fal ſa ē illa imaginatio q̄ accipit inſtans vel tēpus mē ſurare nichil coexiſtere ei ſ3 vera imagiatio ē q̄ di cit rē ānihilandā fuiſſe tp̄e et vltimo eē ī inſtanti in cipere aūt nō eē et durare nō eſſe ſine tempore et in ſtanti ſibi correſpōdente vel coexiſtente Notandū eſt ergo eſſe priuatiuū rē ne ſui nullo menſurari. ſ3 omne eſſe poſitiuum aliqua duratione menſuratur primo quidē eſſe ſucceſſiuū menſuratur temp̄e cō tinuo vt motu. ſcđo eſſe p̄manſiue. cui non eſt na tum aliud ſuccedere: vel q2 caret ſubiecto. vt eſſe ſubſtātie ſimplicis. q2 ſucceſſio eſt proprie duoruz alternantiū in eodē ſubiecto. vl̄ q2 nō deſerit ſubiē per naturā: vt eſſe celi incorruptibile ꝛ forte cor ru ptibilis glorioſi menſuratur euo et beatitudo cre ata ꝛ intellectio ſui ipſius in angelo ſm quoſdam. Tertio eſſe qđ eſt totum ſimul ſi eſt ei natuz aliud ſuccedere: cū ſiue motu nunc temp̄is diſcreti: vt ē intellectio ꝛ affectio angeli. Quarto eſſe ſtās cui natum eſt aliud ſuccedere cuius acq̄ſitio vel deſi tio eſt terminus motus ſm ſe quidē abſolute mē ſuratur nunc temporis diſcreti ſicut et tertiū ſ3 ſ3 q natum eſt deſinere ꝛ incipere p motum nunc tē poris continui. q2 vltimo inſtanti tp̄is menſuran tis alterationē introducitur forma accidentalis: que eſt terminus intrinſecus motus. ꝛ ſubſtātial̄: q̄ eſt terminus principaliter intentus.

❡ Quantum ad tertiū principale de dilectiōe dei ad creaturam ꝓponunt aliqui tria videnda. Pri mū eſt an deus diligat creaturam. ſecundum eſt: an diligat omnē. tertium eſt an equaliter. 3 articul⁹. Durā. q. i. huius diſ.

❡ Quantū ad primum ſciendū q deus creaturā diligit: cuius ratio. q2 vbicunq̄ eſt voluntas bene ordinata apprehenſionē boni ſeq̄tur eius dilectio ſed in deo eſt voluntas optime ordinata: ergo cū deus comprehendit nō ſolum bonū increatum: ſ3 etiam bonū creatum: patet q nō ſolū diligit ſe: ſ3 etiam alia a ſe. ſ. creaturas. ❡ Quantū ad ſcđm eſt aduertendum q eſt duplex dilectio. Una qua quis diligit alium volēdo equale bonū ſibi: ꝛ hec eſt dilectio amicicie. Alia eſt dilectio q̄ quis vult alteri bonū qualecunq̄ bonum illud ſit. et hec du plex dilectio non eſt in deo diſtincta ſm rē ſed ſm rōem. Prima ergo dilectione deus nō diligit oēz creaturaz ſed intellectualē tm̄. Cuius ratio eſt. q2 deus non vult creature aliquod bonum: niſi illud tm̄ cuius ipſa eſt capax: ſed ſola creatura intellec tualis eſt capax boni diuini. ſ. beatitudinis. q̄ de⁹ non diligit oēm creaturam dilectione amicicie: ſ3 tm̄ intellectualem. nec oēm talem ſic diligit niſi di lectione pertinente ad voluntatem antecedentem qua vult omēs hoīes ſaluos fieri vt expoſitū fuit in primo lib. dilectiōe aūt ꝑtinēte ad volūtatē ꝯſtē

diligit ſolū pdeſtinatos ⁊ electos. Si vero loq̄mur de dilectione qua quis vult alteri bonum qḋcūq̧ ſit illud. ſic de⁹ diligit omnē creaturā. q2 de⁹ eſt cauſa bonitatis in creaturis nō ē autē cā p neceſſitatē ſ3 per voluntatem ḡ omne bonum quod eſt in creaturis ē a deo volitū ſ3 velle alicui bonū nō eſt aliḋ q̄ diligere ipſum. ḡ ⁊c. ¶ Quātū ad tertiū aduertendū ē q cū diligere nō ſit aliud niſi velle alicui bonū equalitas vel gradus in dilectione poteſt attendi vel ex parte act⁹ volendi: vel ex parte voliti: ſi ex parte actus volendi ſic deus diligat ſe. ⁊ omnem creaturā equalit̄. nec pl⁹. nec intenſi⁹ diligat ſe q̄ creaturā nec vnā creaturam q̄ aliā. Cui⁹ rō ē q2 idē act⁹ ſimplex nō poteſt ſimul eē magis ⁊ mi⁹ intenſus ſi ei in eodem actu poſſint eſſe intenſio ⁊ remiſſio o3 q hoc ſit vel ſm diuerſas ptes illi⁹ act⁹ ſicut vna albedo cōtinua pōt in vna pte eſſe itenſior ⁊ in alia remiſſior ⁊ tūc talis actus nō eſt ſimplex ſ3 h3 ptē ⁊ partē. vel o3 q ſi ſit intenſio et remiſſio ē3 idē ſimplex q hoc nō ſit ſiƚ ſ3 ſucceſſiue ſicut a q̄buſdā pōt q vna ⁊ eadē forma nūero nllo addito vel remoto ē q̄nq3 itenſior: ſed nunq̄ ſimul. His ergo duobus excluſis. ſ. q act⁹ nō habeat ptē ⁊ ptē ſm q ſit ſimplex ⁊ ferat in plura ſimul ipoſſibile ē q reſpectu illoꝝ pluriū ſit in tali intenſo ⁊ remiſſo. ſ3 dilectio qua de⁹ diligit ſe ⁊ omnē creaturam eſt act⁹ ſimplex ⁊ ab eterno fert in bonū creatū ⁊ increatū. ḡ impoſſibile ē ex parte talis actus inueniri iequalitatē ſm intenſionem ⁊ remiſſionem Si vero iequalitas vel grad⁹ attendatur ex parte boni voliti ſic de⁹ nō equaliter diligat ſe ⁊ creaturas ſed plus ſe q̄ creaturas nec creaturas omnes equaliter ſ3 pl⁹ rationalē q̄ irrationalē cuius rō eſt q2 ſcḋm hūc modū illud deus diligat plus cui vult magis bonū ſ3 deus vult ſibiipſi mai⁹ bonū q̄ creaturis. q2 nullū bonū creatum poteſt equari bono diuino qḋ vult de⁹ ſibi ſoli mai⁹ etiā bonū vult de⁹ creatur̄ rōalib⁹ q̄ irrōalibus ⁊ q̄tum ad bonū nature. q2 ſunt ſuperiores gradus et q̄tū ad bōa gratie cuius ſunt capaces nō aūt creature irrationales. ḡ deus diligat ſe plus q̄ creaturas. ⁊ int̄ creaturas pl⁹ rationales q̄ irrationales. ¶ Secūdū hunc modū deus plus diligat pctōrē pdeſtinatum q̄ iuſtū pſcitū q2 maius bonū eſt finalis gr̄a ⁊ glia quā vult ⁊ pparat pctōri pdeſtiato quē ſcit pſis in ſticia ƚ gr̄a quā vult ⁊ dat iuſto quē ſcit caſurū a gr̄a: ⁊ finalit̄ dānandū. ſimili mō cōſiderandū ē in olb⁹ aliis de quibus q̄rit̄ an a deo plus diligant̄ q2 ſcḋ3 gradū boni voliti attēdenda eſt tota iequalitas dilectionis. ¶ Ad argumenta pncipalia ſolutū ē in pmo articulo.

¶ Diſtinctio.33. Queſtio.1.

Circa .33. diſtinctionē querūt̄ quattuor. primū ē. vtrū vtutes inſint nobis ex nā. ſcḋm. vtrū generent̄ in nobis ex actib⁹. tertiū ē de ſubiecto vtutū. quartū de virtutibus cardinalibus.

Primum ¶ Quantum ad primū videt̄ q virtutes iſint nobis a nā. q2 qḋ ieſt a natiuitate videt̄ ineē a natura. nam natura vno modo dicitur natiuitas viuētiū vt dicitur quinto Metaphiſice. ſed virtutes inſunt a natiuitate ſm illud Iob 31. ab infantia creuit mecū miſatio. ⁊ idē iudiciū videt̄ eē d aliis

Secundū virtutib⁹. ḡ. ⁊c. ¶ Item idē iudiciū eē videtur de olb⁹ virtutibus ſ3 itellect⁹ q̄ eſt habit⁹ principioꝝ nūerat̄ int̄ virtutes itellectuales ineſt nobis ſ3 naturā. ḡ ⁊ cetere virtutes. ¶ In cōtrarium arguit̄. In oppoſi. q2 null⁹ aſſueſcit in ɔtrariū illi⁹ qḋ ieſt ſibi a natura ſicut lapis q̄tūcūq̧ proiciat̄ nō aſſueſcit aſcēdere q2 oppoſitū ieſt ei a natura. ſ3 nos aſſueſcim⁹ in contrariū virtutis p actus vicioſos. ḡ virtutes nō inſunt nobis a natura. ¶ Reſpōſio tria ſunt videnda. primo id q̄d principaliter querit̄ vtrum ⁊ quomodo virtutes intellectuales ⁊ morales inſint nobis a natura. ⁊ quomō non. ſecundo vtrū pter morales acq̄ſitas naturalit̄ ſit ponere ſcias morales ſupnaturaliter infuſas. tertio vtrū nāliter acq̄ſite maneant in pſia: an ſint tm̄ in via. ¶ De primo ſūt duo modi dicendi ad pſens. ¶ Prim⁹ ſic pcedit q2 queſtio pōt dupli̇r intelligi. pmo vtrū virtutes inſint nobis a natura. i. ſm conuenientiā nature. Reſpōſio 1. articul⁹. Dur.q.1. huius di. ¶ Alio modo vtrū iſint nob̄ a natura hoc ē a pncipio naturali. Primo mō ly nā dicit rōē3 pncipij ſubiectiui vel materialis. Secūdo mō dicit rōem principij effectiui. loq̄mur etiā nūc de virtutibus nō theologicis ſ3 moralib⁹ ⁊ itellectualib⁹ de q̄b⁹ loquūt̄ philoſophi. ¶ Si ḡ queſtio intelligat̄ primo mō. ſ. an virtutes iſint nobis a natura. id ē ſm cōuenientiā nature Dicēdū ē q ſic. quod pbat̄ ſic illud ad qḋ natura hoīs inclinatur ⁊ per qḋ pficit̄ ineſt homini a natura. i. ſcḋm ɔuenientiā nature ſ3 virtus intellectualis ⁊ moralis ē huiuſmōi. ḡ. ⁊c. ¶ Maior p3 q2 pfectio icludit cōuenientiā vnicuiq̧ enī rei ɔueniēs ē ſua pfectio. ⁊ idō illud p quā nō hoīs pficit̄ ineſt ei ſm cōuenientiam nature. Minor p3. hō ei p naturā inclinat̄ ad cognitionē veri ſcḋm illud pmi metaphiſice. hoīes omnes natura ſcire deſiderāt ¶ Item iclinat̄ in appetitū bōi. oīa enim bonum appetunt. primo ethicoꝝ. ⁊ per iſta pficitur q̄tum ad intellectum et quo ad appetitum per virtutes autem tam morales q̄ intellectuales perueniit homo ad cognitionem veri ⁊ appetitum boni. omnes igitur inſunt homini a natura hoc eſt ſcḋm conuenienciam nature. et in hoc dñt virtutes a formis q̄ aduenīunt reb⁹ naturalib⁹ per artē q2 ad tales formas nec natura iclinat̄ per eas: nec perficitur. vnde lapis non eſt perfectior ſi figuretur figura herculis q̄ ſi figuretur figura canis. vel ſi omni careat figūra. ¶ Si autem queſtio intelligatur ſecundo modo. ſcilicet an virtutes inſint nobis a natura i. a principio naturali diſtinguendū eſt. quia principium naturale dupli̇r accipitur. vno modo prout diſtinguit̄ contra ſupernaturale put dicim⁹ q quedā ſunt p creationem ⁊ a principio ſupernaturali. quedam vero per generationem ⁊ alios modos qui ſubſunt principiis creatis ⁊ naturalibus. Alio modo accipitur naturale put diſtiguit̄ contra liberū put dicim⁹ q aliqua fiunt a natura vel naturaliter: quedam vero nō naturaliter ſed libere. ¶ Si loquamur de principio naturali primo modo ſcilicet prout diſtinguitur contra ſupernaturale: ſic dicendum ē q pdicte vtutes inſunt nobis a natura vel a principio naturali. id ē creato. qḋ pat3: quia illud qḋ cauſatur ex actib⁹ noſtris vel ex principijs actuū noſtroꝝ cauſat̄ a principio creato ſ3 predicte virtutes morales intellectuales cauſantur ex actibus noſtris vel ex principijs actuum noſtrorum. vt patet ex ſecundo ethicoꝝ ⁊ amplius patebit in ſequenti queſtiōe. ḡ iſūt nobis a principio naturali nec o3 q ɔcurrat aliqḋ

ſpecialis influxus dei ad generationē taliū virtutū. Si aūt accipiat naturale prout diſtinguit contra liberū ſic dicendū ꝙ predicte virtutes inſūt nobis a natura inchoatiue nō autē completiue. vocatur aūt virtus eē in aliquo inchoatiue nō ꝙ aliqua ps ei⁹ preexiſtat ⁊ alia poſt modū acquirat ſ; vocat illa inchoatio aliq̄ inclinatio per quā homo inclinat ad virtutes ad aſſequēdū eas pfecte. Sic ḡ accipiēdo inchoationē probat ꝙ virtutes inſunt nobis naturalit inchoatiue a principio naturali hoc eſt naturaliter agente ſicut intellectus naturaliter aſſētit p̄mis principiis tā; ſpeculatiuis q̄ practicis ſibi propoſitis et voluntas ex neceſſitate aſſentit bono in communi ſibi propoſito nunc eſt itaq ꝙ intellect⁹ ex his nat⁹ eſt inclinari ad cognitionē cuiuſcūq; veri pticularis et ad appetitū cuiuſcūq; boni ipticulari ex qua inclinatione actuali ⁊ ei⁹ frequētatione cauſantur virtutes tam morales q̄ intellectuales. ḡ huiuſmodi virtutes inſunt nobis inchoatiue a natura hoc eſt a principio naturali.

¶ Q; aūt nō inſint completiue a nā hoc eſt a p̄ncipio naturali et naturaliter agente p; accipiendo dfam int naturale ⁊ liberū. Illud eī dr principium naturale in cui⁹ poteſtate non eſt agere ⁊ non agere ſed agit ex neceſſitate ⁊ eſt determinatū ad vnū; ſic ꝙ nō pōt agere oppoſitū agēs aūt libere pōt agere et non agere nec eſt determinatū ad vnū quin poſſit agere oppoſitū hoc ſuppoſito arguit ſic illud qd ineſt a principio naturali vt diſtinguit contra liberū cōſimiliter ē in omnib⁹ habentibus naturā ⁊ hoc p; ex eo ꝙ ſtatim dictū eſt ꝙ principiū naturale agit de neceſſitate ⁊ vno mō. ſed virtutes tam intellectuales q̄ morales non ſūt ꝯſimilit in oib⁹ hominib⁹ immo q̄dā habent eas ⁊ q̄da; non ⁊ qui habent eas non cōſimilit habēt eas. ḡ huiuſmodi virtutes non inſunt nobis a principio naturali. vt diſtinguit cōtra liberū. ¶ Item ex actib⁹ precedētib⁹ generationē huiuſmōi virtutū laudamur ſed null⁹ laudat niſi ex actu libero. ḡ act⁹ ex qb⁹ gn̄antur virtutes ſūt a pricipio libero ⁊ nō naturaliter agente. hec aūt ſunt voluntas eligens et rō delibe rans. ¶ Item illa que ſunt ex principio nāli ſunt de cōſideratione naturalis ſ; virtutes nō ſunt de ꝯſideratione naturalis. ſ; potius de ꝯſideratione philoſophi moralis. ḡ ⁊c.

Ad rōnes aſi oppſi.

¶ Ad primū argumētū dicendū ꝙ non oē illud qd ineſt a natiuitate ineſt a natura. i. a naturali principio niſi cōſeq̄tur ex neceſſitate ipſam naturā alioq̄n gratia ⁊ gloria que xp̄s habuit ab inſtanti ſue cōceptionis fuiſſent i eo a natura ⁊ gr̄a fuiſſet i angelis ⁊ primis parentib⁹ naturalis ſuppoſito ꝙ fuiſſent creati i gratia quorū neutrum ē verū. Ad minorem etiā poteſt dici ꝙ virtutes non inſunt a natiuitate niſi inchoatiue non quidē ſm act⁹ intellect⁹ et voluntatis reſpectu ſpeculabiliū ⁊ agendorū ſ; ſm ipas potētias q̄ aptitudinē naturalē habēt ad huiuſmodi act⁹ cōpletiue aūt nō inſunt a natiuitate: ſed cōplent ⁊ pficiūtur p aſſuefactionē operū ſm ꝙ dr ſcdo ethicorū i nat; q̄dem nobis ſuſcipere pfectis aut p aſſuefactionē

Ad ſcdm.

¶ Ad ſcdm dicendū ꝙ intellect⁹ q̄ dicit habitus principiorū pōt accipi dupl͛r: vno mō p aptitudie que eſt in intellectu reſpectu principiorū ſimpl͛r ⁊ cū hec aptitudo naturaliter ſit in intellectu ita ꝙ eis ꝓpoſit; puta de quolibet affirmatio ⁊ negatio vel eſſe totū mai⁹ ſua parte intellectus nō pōt nō aſſētire ſcito qd p terminos ſignificatur intellect⁹ ſic accept⁹ nō eſt ꝓprie virtus. put de virtute hic loquimur ſed ē ſola aptitudo naturalis potentie intellectiue ad huiuſmodi obiecta. Alio modo pōt accipi p habitu principiorū nō quidē p̄morū ſimpl͛r ſ; aliq̄rū deductorū ex eis q̄ etſi ſint cōcl'oes reſpectu principiorū ſimpl͛r primorū ſunt tñ pricipia reſpectu oi; aliorū ⁊ itellect⁹ ſic accept⁹ ē virt⁹ intellectualis ſicut alie nec ineſt nobis a principio naturaliter agēte niſi inchoatiue cōpletiue aūt ineſt a principio libero. qr in poteſtate nr̄a ē ex pricipiis ſimpl͛r p̄mis aliquid deducere, vel nō deducere.

Alius mod⁹ dicendi qui eſt doctoris.

Ali⁹ mod⁹ iuxta p̄dicta pōt ſic imagiari dd̄o ꝙ virtutes īſūt nob; a nā trib⁹ modis nō plurib⁹ p̄us a nā. i. qd ꝯueniētiā nature vt dictū eſt in prima opinione. Sed dices forte cōtra qr magis inclinamur ad vicia q̄ ad virtutes ¶ Item habitus vicioſus cum ſit vera res ⁊ naturalis ſicut virtutes ita pficit ſicut ille Et dicēdū ad primū ꝙ l; natura corrupta ſit pronior ad vicia q̄ ad virtutes. qr ſenſus et cogitatio humani cordis ⁊ cetera. ⁊ corp⁹ quod corrumpitur et cetera. propter ꝙ etiam virtus dicit a vi. quia p violentiam ⁊ difficultatē acq̄rit cū natura inſtituta non habebat inclinationē ad vicia ſed ad virtutes. ¶ Item ratio recta dictat ꝟtutes nō vicia ⁊ ſic natura q̄ hō eſt hō eſt ad virtutes licet ſenſitiua ſit ad vicia. qr etiam natura hoīs ē determinata ad principia virtutū p ſe ad principia viciorū p accidēs. nam ex primis principiis ſpeculabiliū ⁊ agibilium eliciūtur tam boni q̄ mali habit⁹ ſ; boni p ſe mali p accidēs ⁊ p errorē. Scd̄s mod⁹ q̄ inſunt nobis a natura ē p acq̄ſitionē naturaliū pricipiorū ⁊ naturaliū operū in quo differūt ab īfuſis ſicut dictū ē i prima opinione. ⁊ ſm hoc morales ſunt magis naturales q̄ intellectuales qr magis acq̄ſibiles naturaliter ſūt ei aliq̄ habētes vſum rationis ſ; ita rudes igenio ꝙ nulo mō pñt acquirere ſcientias ſ; null⁹ ē ita rudis dūmodo habeat vſū ratōnis q̄n poſſit acq̄rere virtutes morales. ¶ Item aliqua virtus intellectualis eſt homini impoſſibilis per amiſſionem alicui⁹ ſenſus ſicut ſcientia colorū ceco nato vt perſpectiua ⁊ ſcientia ſonorū ſurdo a natiuitate vt forte muſica ſcdo poſteriorum ſ; tā cec⁹ q̄ ſurd⁹ ⁊ mut⁹ poſſūt ꝟtutes morales acq̄rere verū ē ꝙ ille q̄ ē a natura frigid⁹. videt non poſſe acq̄rere in cōcupiſcibili tēperantiā vel caſtitatē. qr nō exercitat circa paſſiones ⁊ tñ ſi in talib⁹ ponit aureola virginitatis que recipit actū cōcupiſcibilis magis q̄ voluntatis videt i eis eē hec virt⁹ ex promptitudine ⁊ preparatione al. Tertio mō inſūt nobis a natura i. a principio naturali inchoatiue ſ; libero arbitrio cōpletiue vt dicūt ⁊ probāt illi de ꝑtia opinione. ¶ S; iſtorū prima rō h; inſtantiam. qr q̄cūq; īſūt creaturis irrationalib⁹ inſūt eis non libere ſ; naturalit. que tñ nō omnia inſūt eis equalit/ imo etia; in hominib⁹ albedo ineſt a principio naturali non libero nec ꝓpter hoc omnes ſunt albi nec oēs albi equalit albi. Si aūt dicat ꝙ maior intelligit de ꝯſtitib⁹ nām ſpeciei non indiuidui adhuc in hoīb⁹ rationari. qr cōſeq̄t ſpeciem ſm diuerſas naturas indiuiduas diuerſimode ineſt. et ſimiliter ingeniū ipſū immo non ſolū cōpletio virtut; imo inchoatio diuerſimode ineſt vt dicet diſtictione. xxxvi. de cōnexione moralium inter ſe ſm iſtū aūt modū et p̄mū videt itellectuales ſpeclatiue nō actiue nec factiue eē magis nāles q̄ morales ſm q̄dē p̄mū modum ꝓpter inclinationem. quia homo licet in gene

rali appetit ſcire ꝙ eſſe bonus cum i ſpeciali multi
refugiunt habere virtutes qui tamen vellent ſem
per ſcire omnis ſcibilia. Nec natura corrupta
quomodocunqȝ aufert ab homine deſiderium ha
bendi omnem ſcientiam ⁊ non habendi aliquem er
rorem in nullo enim ſpectabili vellet homo errare
qui tamen ſepe vult peccare et per conſequens vir
tute carere ⁊ aliquando affectat ignorantiam agi
bilis vt liberius peccet. ergo magis ſunt de appe
titu nature. ¶ Item ſecundo quo ad eundem mo
dum ſm̃ conuenientiã et perfectionem nature ſic
ei virtus ẽ naturalior q̃ natura ſit pfectior. cũ autẽ
vita ꝯtemplatiua i qua ꝯſiſtit felicitas ſit pfectior
q̃ felicitas actiua: p conſequens ſicut beatitudo
cõtemplatiua ẽ finis actiue ita virtutes itellectua
les ſunt fines moraliũ ⁊ magis pfectiue nature ſȝ
verũ ꝙ extẽſiue morales q̃ pficiunt taȝ partem ſen
ſitiuam q̃ intellectiuã ſũt pluribꝰ modis pfectio
nature q̃ intellectuales que ſolum perficiunt intel
lectiuam. ¶ Sed q̃tum ad tertium modum ad
huc ſũt naturaliores intellectuales inchoatiue in q̃
non eq̃ natura corrupta inclinat ad habitũ errone
um ſpeculatiuũ ſicut ad habitũ moralem vicioſuȝ
non enim primi motus qui ſunt nati corrumpe iu
dicium rationis practice ita corrũpunt iudicium
rationis ſpeculatiue. Similiter quo ad completio
nem cum ei tota materia moralis preter principia
ſit cõtingens non aliqñ neceſſitatur ratio practica
i conſulendo ſicut ab ipſa virtute cogitur ratio ſpe
culatiua non ſolum intelligendo immo etiam cõ
cludendo non enim moralis demonſtrat ſed perſua
det. tamẽ mathemathica ⁊ alius ſpeculatiuꝰ arti
fex cõuincit rationem. ⁊ ſic ſimpliciter loquẽdo
videntur magis naturales intellectuales q̃ mora
les. ¶ Ad ſolutionẽ aũt datã ad ſecundum articu
lum addi põt ꝙ principia inde mõſtrabilia ppt q̃d
⁊ qz. que .ſ. nullo noticiori etiaȝ quo ad nos poſſũt
oſtendi cognoſcuntur nõ p aliquẽ habitũ aſſẽſiuũ
ſȝ aliqñ p habitum recordatiuũ vt in vltima que
ſtione ꝓlogi ſȝ pricipia demõſtrabilia q2 nõ ꝓpter
quid ſicut ꝓpria principia ſciẽtiaꝝ principaliũ que
accipiũtur via ſenſus experientie ⁊ memorie bñ ha
bẽt p habitũ acq̃ſitũ ⁊ ille proprie ẽ itellectus ha
bitus principioꝝ diſtinctꝰ a ſcientia q̃ eſt cõcluſio
nũ ⁊ nõ eſt a nã ꝯpletiue ſȝ pricipia demõſtrabilia
ꝓpter q̃d ſicut ꝓpria ſcientiaꝝ ſubalternaꝝ cogno
ſcuntur quidẽ p habitum acquiſitum. ſed ille non
eſt diſtinctus contra ſcientiam ſed eſt concluſio ſu
2. articulꝰ perioris ſcientie quod eſt principium inferioris.
1. opinio ¶ Quantũ ad ſcdm̃ de moralibꝰ infuſis ſũt tres
opiones. pma ꝙ non oȝ in nobis ponere virtutes
1. cõcluſio morales infuſas vnde ponunt tres concluſiones.
Opio Du ¶ Prima: ꝙ morales infuſe nõ ſũt neceſſarie. qz
rãdi diſti. tũc nõ eſt neceſſe cũ caritate infundi ſine q̃ poteſt
prĩti. q. 6. caritas haberi ſȝ caritas habet ab aliq̃bꝰ q̃ nõ hñt
virtutes morales infuſas qđ patet vbi ſũt vehemẽ
tes paſſiones appetitus ſẽſitiui nõ poſſunt eẽ ꝟtu
tes morales q̃ formaliter ſunt q̃dã mediocritates
paſſionũ facientes appetitũ ſenſitiuũ delectabilr̃
exeq̃ opa q̃ ſunt i medio/ ſȝ de nouo ꝯuerſi poſt cõ
ſuetudinem viciorum habent caritatem ⁊ rebel
lionem vehemẽtem. ꝫ. ⁊c̃. ¶ Maior pȝ qz q̃ habȝ
caritatẽ hȝ ea q̃ ſũt neceſſaria ad ſalutẽ. vñ ſi cari
tas habeẽ ſine virtutibus moralibꝰ ifuſis ſeq̃ẽ ꝙ
tales virtutes nõ ſũt neceſſarie ad ſalutẽ. et p ꝯſñs
nec oȝ tales virtutes ponere. Minor probata eſt.

¶ Sed ſi contra eam dicatur ꝙ illa modificatio
paſſionum non eſt de ratione virtutis moralis ifu
ſe ſed acquiſite nõ valet. quia tũc ille infuſe dicerẽ
tur morales improprie ⁊ equiuoce. ſic autẽ ponere
morales ifuſas leue ẽ. poſſũ ei vocare id qđ eſt al
bum ⁊ diſgregat nigrum. ¶ Item nichil ſcimus
de infuſis niſi per manuductionez acq̃ſitaꝝ qđ nõ
eſſet ſi equiuoce dicerentur cum acquiſitis. nulluȝ
etiam alium effectum iſtarũ virtutum experimur
in nobis. ¶ Preterea ſi eſſent ſuperfluerent. quia
in actu aliquo eſt conſiderare tria. ſ. ipſam ſubſtã
tiam actus et meritum quando eſt meritorius. et
moduȝ quo elicitur. ſ. prompte ⁊ faciliter. hoc aũt
vltimum quo ad appetitum ſenſitiuum non faciũt
morales infuſe vt dictum eſt. nec ſecũdum ꝙ omne
meritum eſt a caritate ⁊ tota ratio merendi eſt ca
ritas vnde caſtitas cõtinentia eſt meritoria non a
virtute temperantie qua caret ad minus acquiſi
ta ſed a caritate imperante que facit omnem actũ
qui eſt de genere bonorum meritorium eo ipſo ꝙ
eſt ab ipſa imperatus q̃uis a nulla virtute ſit elici
tus puta ambulare vel aliquid huiuſmodi.
Nec propter primum oportet eas ponere ſcilicȝ ad
eliciendum ſubſtantiam actus. qz homo per cari
tatem poteſt in omnia opera moralium virtutum
quantũ ad ſubſtantiam actus ita perfecte: ſicut a
liquis poſſȝ per virtutes morales ſine caritate. vñ
homo per caritatem poteſt vitare paſſiones timo
ris ⁊ aggredi terribilia propter deuȝ vt martyres
⁊ abſtinere ab illicitis delectationibꝰ. vnde poteſt
operari opera ꝟtuoſa et abſtinere ſe a vicijs ⁊ vicio
ſis operibus q̃tum ad ſubſtantiam operis licet nõ
quantũ ad modum. qz non cum delectatione appe
titus ſenſitiui ſed magis cum quadam rebellione
nec ſolum tantum poteſt homo per caritatez in o
pera aliarum virtutum q̃tum p illas immo plus
q̃tum ad ſubſtantiã actꝰ pertinet qz aliq̃s p carita
tem patus eſſet plus ſuſtinere q̃tum ad triſtia. et
plus abſtinere q̃tũ a delectabili q̃ alius quicunqȝ
p moralem acquiſitam licet non ita delectabiliter
quantũ ad appetitum ſenſitiuum. ergo. et cetera.
¶ Secunda concluſio ꝙ etiam de donis eſt dubi 2 cõcluſio
um: verum omnes auctoritates ſcripture ⁊ ſctõꝝ
que loquuntur de virtutibus moralibus infuſis ⁊
de donis poſſent ſic probabiliter exponi: ꝙ caritas
eſſet omnia dona et omnes virtutes morales per
eſſentiam. vnde habitus caritatis ſm̃ ꝙ facit ama
re deum ſupernaturaliter dicĩ caritas ſm̃ ꝙ facit
effectiue in appetitu ſenſitiuo moderationem paſ
ſionum moderando appetitum ſenſitiuum ad actꝰ
virtuoſos q̃tum ad ſubſtantiam/ lȝ non q̃tum ad
modum operandi ꝓpter triſticiam appetitus ſen
ſitiui dicatur virtus moralis infuſa. ſi vero ꝙ plꝰ
facit caritas moderãdo appetitũ ſenſitiuum q̃ fa
ceret moralis ſaltem quo ad ſubſtantiam actꝰ dicu
tur donũ ita ꝙ caritas ⁊ virtus moralis infuſa/ et
donum ſint idem re ſola rõne differentia ſm̃ cõpa
rationem ad diuina ⁊ hoc vẽ Auguſtinꝰ ſentire: q̃
dicit ꝙ amor dei eſt omnis virtus. Probabilius
tamen videtur ꝙ ſint aliqui habitus infuſi aliquo
modo ad virtutem pertinentes moralem preter vir
tutes theologicas que dicunẽ dona. quia nõ eſt mẽ
tum probabile ꝙ ſancti/ et ſacra ſcriptura ita di
uiſim loqueretur de donis ⁊ predictis habitibus
diſtiguẽdo abiuicẽ. ⁊ totiẽs ſi ſola rõe differrẽt. ſȝ
qz hec dõa ſufficiẽt mouẽt vires iferiores ad actꝰ

virtuoſos ad ſubſtantiam actus et non plus face
ret virtutes morales infuſe ſi eēnt. q2 non tollunt
vehementiam paſſionum nec triſticiam appetitus
ſenſitiui in operibus virtuoſis ſequitur ꝙ ſupſlu-
3. cōcluſio unt. ¶ Tertia concluſio eſt ꝙ nichilominus
dona ptinent ad virtutes morales licȝ iꝑfecte. ad
virtutem eī moralē ptinet elicere act⁹ v̄tuoſos a p
petit⁹ ſenſitiui. dona aūt cānt qdē act⁹ virtuoſos
puta abſtinere vel ſuſtinere adhuc ꝑfecti⁹ ſed nō cū
facilitate nec cū delectatiōe q̄ ſit ex parte appetit⁹
ſenſitiui. ꝛ iō cū dona poſſint ī act⁹ virtuoſos aliq̄
modo ptinēt ad gen⁹ virtutū moraliū ſȝ tñ iꝑfecte
inq̄tū deficiūt a delectatione ꝛ facilitate nec tñ ſe
qr ꝙ dona ſint ſimplr imꝑfectiora q̄ virtutes mo-
Cōtra iſtā opinionē. rales acq̄ſite. ¶ Sed iſta poſitio non placet aliis
ꝓpter tria. primo. q2 ſm philoſophū. tertio politi-
corū. diuerſe virtutes requirunt ad hoc ꝙ hoīes be
ne ſe habeant in diuerſis policiis vn̄ ſm eū virtu
tes q̄ eſſent proportionate ad bn̄ viuendū ī vna po
licia non eſſent ꝓportionate ad bene viuendū in
alia policia ſȝ policia xp̄iana ꝛ ciuilitas ſanctoꝝ
magis excedit policiā q̄cūq3 humanā q̄ vna po
licia humana excedit aliam. ḡ virtutes morales
ex puris naturalibus acq̄ſite non ſūt ꝓportionate
ad bene viuendū ī policia xp̄iana ſȝ modū ei⁹. et
ideo p̄ter illas oportet ponere alias. ¶ Scd̄o. q2
diuerſorū agentiū ſunt diuerſa inſtrumenta ꝓpria
virtus aūt moralis cui imꝑat caritas ē q̄ſi inſtru-
mentum caritatis imꝑando actū q̄ cōpetit virtuti
b⁹ moralibus. ꝛ ſimiliter virtus moralis acquiſita
ē inſtrumentū reſpectu rōis naturalis iꝑant ſȝ ca
ritas ꝛ rō naturalis ſunt agentia ꝛ iꝑantia diuer-
ſe ꝛ ſȝ diuerſas rōnes mouent. ḡ nō pōt eē ꝙ eedē
virtutes morales ſpecie eis correſpondeant ꝛ hoc
ſeq̄tur ſi pōatur virtus actiua reſpectu act⁹ quē dz
elicere illud etiā ſeq̄r ſi ponatur diſpoſitio paſſiua
nā reſpectu diuerſorum agentiū requirunt diuerſe
diſpoſitiōes approꝑantes eius materiā ad hoc ꝙ
diuerſimode moueat a diuerſis agentibus ad di-
verſa. ¶ Tertio. q2 cū pueri mox vt ſūt baptizati
habeant caritatem infuſam ſi non haberent mora
les infuſas non eſſent omnes virtutes connexe.
Et ſi dicat ꝙ eſſent cōnexe in radice caritatis non
valet. quia etiam carens virtutibus moralibus ac
quiſitis cum habeat a natura ſua ſeminaria virtu
tum talium in quib⁹ ſunt quaſi in radice. ſimiliter
poſſet dici habere a natura omnes virtutes q̄ poſ-
2. opinio. ſunt acq̄ri ꝙ modo non ponit ¶ Vn̄ eſt ſcd̄a opio
q̄ ponit ꝙ nō ſunt in nobis aliq̄ virtutes morales
infuſe ſȝ tm̄ acquiſite: ſed iſte acquiſite nō ſunt ex
ſolis naturalib⁹ imo acq̄runt virtute virtutū theo
logicarū infuſarū ita ꝙ ſicut virtute luminis natu
ralis rōnis ꝛ primorū principiorū ſpeculabiliū et
practicoꝝ acq̄runt virtutes q̄ habent ex puris na
turalibus ita virtute theologicaꝝ exercendo p im
periū caritatis opera virtutū moralium generāt
virtutes morales correſpondentes caritati
¶ Et confirmat. q2 virtus moralis ꝯſtituit ꝛ con
ſtituit finē ī actib⁹ virtuoſis. ſȝ ſup fines moraliū
acquiſitarū non eſt niſi vnus finis ſupernaturalis
ergo caritas que ordinat fines aliarum virtutum
in finem ſupernaturalem que eſt deus ſufficit cum
ꝯtra ſcd̄aȝ opinionēȝ virtutibus predictis acquiſitis. ¶ Sed licet iſti
multum probabiliter dicant: tamen videtur ſcd̄m
alios ꝙ morales correſpondentes caritati infun-
dantur cum ea primo propter connexionem virtu-
tum cum caritate quē connexio vt predictum eſt
non ſolum requirit virtutes ſcd̄m eſſe inchoatiuū
ꝛ in ſua radice que eſt caritas ſcd̄m ſeipſas.
¶ Scd̄o. q2 nuda potentia appetitus ſenſitiui in
quo ſunt ſaltē quedam virtutes morales non ita
proportionata eſt ad mediū qd̄ caritas ſtatuit in
paſſionibus nec voluntas nuda abſq3 v̄tute mo
rali ita ꝓportionata ad mediū qd̄ ſtatuit caritas ī
talib⁹ nec ꝑ conſequēs predicte potentie nude vir-
tutibus moralibus ſunt ita proportionate impe-
rio ꝛ motui caritatis ſicut ſunt proportionate im-
perio ꝛ motui quo moueretur ſcd̄m dictamen ra-
tionis naturalis. ſed inconueniens ꝛ irrationale
videtur ꝙ deus inſtituat hominem in eē gr̄e min⁹
proportionatum ad exeq̄nda illa que requirit cari
tas exercere in adulto q̄ inſtituatur in eſſe nature
ad exequēda illa que rationalis dictat cum illa ī q̄-
bus homo agit ſcd̄m imperium caritatis ſint ſibi
magis neceſſaria q̄ ea que agit ex ipſo rōis vt po
te magis neceſſaria ſaluti: qd̄ non videt probabile
ꝙ cum caritate maneant potentie que nate ſunt ca
ritati obedire mediantibus virtutibus immo ma
gis debēt infundi cum caritate. ¶ Tertia. q2 aliq̄ 3.
de nouo conuerſi a mala ꝛ valde peruerſa vita ad
bonā vitā quādo adhiberet magnū conatū ī ſua
conuerſione ꝛ multū conuertunt. ſunt prompti ad
oīa q̄ precipit caritas nec aliquā difficultatē pati-
unt ſiue ex parte appetitus ſenſitiui/ ſiue aliunde
ꝛ bn̄ inueniunt plures tales. ſi ergo ſignū habendi
habitū ē operari delectabilitē et abſq3 difficultate
ſequit ꝙ tales hn̄t virtutes morales nec pn̄t eas
hr̄e nō infuſas cum exercuerūt ſe ī malis actibus
ꝙ aūt in aliquib⁹ de nouo caritatē recipientib⁹ ma
net difficultas ad opera virtutū moraliū hoc ē nō
preparāt ſe niſi tepide et adhibent debilē conatum
reſpectu alioꝝ. ꝛ ideo virtutes tales eis infundūt
ſm eē remiſſum nec ſufficiūt ad excludendū ꝑfectē
diſpoſitionē cōtrariā ¶ Ad rationē dicūt ꝙ habȝ
ſup fines ad quos inclinant morales acquiſite non
ſit niſi vn⁹ finis ſupnaturalis vlti⁹: ſunt tñ plures
fines ſupnaturales ꝓpriq3 ſm naturam moraliū in-
fuſarū q2 mediū qd̄ tenet vnaq̄q3 virtus moralis ī
fuſa eſt ſupernaturale ꝛ ſup ꝓportionē nature q̄
tum ad hoc ꝙ in illud homo non tenderet niſi ad-
iut⁹ aliquo dono ſupnaturali ſicut nec poteſt in a-
ctū meritorium aliquis abſq3 caritate.
¶ Unde eſt tertia opinio doctoris nr̄i habēs tres 3. opio q̄ ſcti tho. 1.
concluſiones. 2. q. 63. ar.
¶ Prima concluſio ē ꝙ preter morales virtutes 4. et q. de
acq̄ſitas oȝ ponere morales infuſas. quia in omni v̄it. in cōi.
habente caritatem oportet ponere habitus ſine q̄- arti. 10.
bus non poſſit prompte faciliter ꝛ firmiter opera- 1. cōcluſio
ri illa que ſunt neceſſaria ad ſalutem: nec eē perfe-
ctus in ciuilitate diuina ꝛ chriſtiana cum per cari-
tatem ſit homo ꝑfectior ciuis eccleſie q̄ per vir-
tutes politicas ciuis ciuitatis mundane et per ca
ritatem poſſit oīa neceſſaria faciliter. q2 et omnia
īmania facilis ꝛ delectabilia ꝛ prope nulla facit a-
mor. ſed ſi aliquis qui non habet virtutes acquiſi
tas baptizatur vel iuſtificetur illo inſtanti habet
caritatem ꝛ ꝑ cōſequēs facile poteſt operari neceſ
ſaria ad ſalutem inter que non ſolum ē diligere de
um ſed concupiſcere ꝛ opari moderate q̄ nō poſſūt
magis fieri a caritate ſine virtutib⁹ infuſis q̄ cari
tas poſſit imperare actum fidei vel ſpei niſi illis
exequentibus. quia non ſufficit eſſe habitum diſ-

ponentē ad bene imperandū niſi ſit habit⁹ diſpoſi
tionis ad prompte obediēdū ꝙ diſpoſitionē facit
habitus formaliter ꝛ poſitiue nō effectiue.
¶ Item ſine acq̄ſitis non eſſet homo perfectus ī
humana ciuilitate ꝙ ſimiliter nec ſine infuſis in di
uina. ꝙ cum caritate infundunt̄ morales vt appeti
tus prompte et faciliter obediat fini caritatis ali-
ter non plus poterit caritas ꝯcupiſcere vel iraſci
debite ſine temperātia vl̄ fortitudie ꝙ credere vel
ſperare ſine fide et ſpe infuſis.
2 ¶ Secūda cōclusio ē ꝙ morales infuſe differunt
nō ſolū nūero ſʒ ſpecie ab acq̄ſitis: qꝛ licʒ de⁹ poſſʒ
infundere eaſdem ſpecie cum acquiſitis cū ille ꝙs
ſm legem communē infundit differūt. qꝛ non ē mi
noꝛ diſtinctio ex pte mobiliū ꝙ motoꝝ ſed cū mo-
rales acquiſite faciant appetitū obedibilem rōni
inferioꝛi regulate ſcd̄m leges tēpoꝛales: qd̄ eſt p
habitū acquiſitū ꝛ naturalem cognitionē infuſe/
faciūt eſſe obedibilem rationi ſuperioꝛi. i. mouēti
ſm leges eternas ꝙ eſt ſcd̄m habitū infuſum fidei
vel aliū cognitionē ſupnaturalē. cū igit̄ rō mouēs
alio fine ꝛ habitu moderet̄ appetitū ꝓpter tpalia
alio propter eterna bona vel mala. ꝙ ſicut in rōne
cognitio naturalē et ſupnaturalis differunt ſpecie
quo ad hitum ſicut et in appetitu habitus quo o-
3 bedit vni et ille quo alii. ¶ Tertia concluſio eſt ꝙ
non habens moleſtiam paſſionū habet habitū mo
ralem acquiſitū. qꝛ qui ſepe domuit paſſiones non
ita ſentit eas vt prius licet contingat per accidēs
dyabolo inflammāte vel occaſione temptationis
occurrēte pati grauē moleſtiā vt benedictus q ſe i
ſpinas ꝛ vrticas proiecit ſed habens habitū īfuſū
nichilominꝰ moleſte ꝛ difficultates ſuſtinet ſed ex
fortioꝛi inherentia ad finem facilius ſuperat gra-
uem temptationem ꝙ alius leuem. ¶ Uel poteſt
dici ꝙ ſicut graue p ſe quidem faciliter fertur de-
oꝛſum ſed p accidēs poteſt totaliter impediri vel
retrahi ne faciliter deſcendat ſic habens virtutem
moꝛalem acquiſitam vel infuſam p ſe quidem ra-
tione potentie non patitur in actu illius virtutis
diff. cultatē nec triſticiā ſed p acciſis ſit ſicut ſenex
a principio exercitatus in caſtitate poteſt habere
tantā opoꝛtunitatem viciꝫ puta ſi ſit ſolus nudus
per noctem cum muliere ꝙ valde difficile erit ſibi
continere etiam per virtutem dudum acquiſitam
¶ Afferunt aūt aliqui cōtra hoc quattuoꝛ inſtā
4. inſtātie ꝯtra dicta. tias que recitabunt̄ ſoluendo Prima talis ē incli
1 natōes cōtrarie nō inſūt ſimul eidem ſed habenti
caritatem ineſt inclinatio frequēter ad peccatū:
vt patet i ſtimulo carnis pauli. ꝙ talis non habet
virtutem moꝛalem que inclinat ad oppoſitum.
¶ Solutio qñ forme habent oppōēʒ ꝛ in ſe ꝛ in
ſuis effectibus ad quos inclinant. ꝛ iſte non ſe cō
Solutio. patiunt̄ vt caloꝛ ꝛ frigus neq̧ in gradu remiſſo ne
q̧ intenſo. qñ habent oppoſitionem non in ſe ſed
in ſuis effectibus non p ſe ſed per accidens ſicut q̄
litas quam adamas imprimit ferro ſuppoſito in
clinat ferrū ſurſum per accidens qꝛ adamas ē ſur
ſum per ſe enim inclinat adamātem ad oēm dfam
poſitionis grauitas aūt deoꝛſum et tales forme i
ſuis eſſentiis ſe compatiuntur ſed in ſuis actibus
fortioꝛ ſuperat/alia vero cedit. ſic etiam appetit⁹
ſenſitiuus inq̄tum oꝛganum eſt graue inclinatur
deoꝛſum ſed ratiōe delectabilis apprehēſi ꝙ eſt ſur
ſum inclinatur illuc. ꝛ ſic eſt in propoſito. qꝛ virt⁹
moꝛalis non per ſe opponit̄ appetitui ſenſitiuo ſi-
cut nec accidens ſubiecto vel forma materie. nec
iterum actualis inclinatio vtriuſq̧ habet oppoſi-
tionem niſi per accidens. vere enim per ſe inclinat
ad bonū rōnis appetitus ad bonum ſenſus. ꝙ aūt
non per ſe habēt oppoſitionē ſed per accidēs/ inq̄
tum accidit ꝙ bonuʒ ſenſibile quandoq̧ et non ſē
per impedit bonum rationis. vnde ſicut ferruʒ de-
ſcendit qñ grauitas prepondera t qualitati adamā
tini. ſic appetit⁹ fertur in vicium cū prepondera t
virtuti moꝛali acquiſite vel infuſe. ¶ Preterea 2
habitus viciꝫ ꝛ virtutis non ſe compatiuntur. ſed
habens caritatem quandoq̧ habet habitum viciꝫ
vt videt̄ ſicut patet in concubinario nouiter con-
uerſo qui inclinatur determinate ad concubinam
ſuam pluſꝙ ad aliam. ergo iſte non habet caſtita-
tem infuſam. ¶ Solutio etiam ſi non eſſet caſti-
tas infuſa ſola caritas expellit habituʒ vicii vt hʒ Solutio
rationem culpe ſicut lux tenebram. dico ergo ꝙ cō
cubinarius nouiter conuerſus ſtatim cuʒ habet ca
ritatem habet etiam caſtitatem infuſam ꝛ p conſe
quens purgatur ab habitu luxurie vt eſt culpa: nō
aūt vt eſt pena vel diſpoſitio ad peccatum: ſicut di
cim⁹ de oꝛiginali qd̄ manet poſt baptiſmū i fomite
¶ Preterea vnum vni opponitur tm̄ ſed vna ē itē
peranꝛia cui opponitur tēperantia acquiſita ꝛ in- 3
fuſa. ergo vtraq̧ eſt vna virtus ꝛ ſic de aliis moꝛa
lib⁹. ¶ Solutio moꝛalis acquiſita opponit̄ vicio Solutio
vt eſt contra bonum rationis naturalis ſed infuſa
vt eſt contra bonum rationis lege diuina regulate
¶ Preterea virtus non ſolum opponitur vicio ra
tione culpe ꝛ virtutis ſed etiam ratione inclinati 4
onis que ſunt ad contraria. ſicut enim grauitas et
leuitas opponuntur non ſolum ratione ſui ſʒ rōne
contrarietatis motuum ad ꝙs inclināt ſic tēpātia
et intemꝑantia opponunt̄ nō ſolū ratione defoꝛmi
tatis ꝛ perfectionis habituū in ſe ſed etiam inq̄tū
inclinant ad contraria. vnde virtus moꝛalis acq̄
ſita non ſolum expellit viciū oppoſitum vt viciuʒ
ſed etiam vt inclinatum eſt. ſicut aūt ſcientia infu
ſa ſubito expellit omnē ignoꝛātiā negationis ꝛ diſ
pōis quā expellit ſucceſſiue ſciētia acq̄ſita. ſic mo
ralis infuſa ſubito debet expellere quicquid expel
leret acq̄ſita. cum ꝙ inclinationeʒ habitus ꝯtrarij
quā expelleret caſtitas acq̄ſita nō videamus ſtati
expelli in foꝛnicario nouiter conuerſo vr̄ ꝙ et nulla
caſtitas infundat̄ vel virtus infuſa erit īpfectioꝛ
ꝙ acq̄ſita et dona erunt min⁹ bona. ꝙ bōa nature
¶ Solutio virtus acquiſita qꝛ ex actib⁹ ꝯtrariis Solutio
vicioſo habitui acq̄rit̄ tollit funditus habitū vicio
ſum et q̄ ad eſſentiā et quo ad defoꝛmitatē. qꝛ vtro
q̧ mō ei cōtrariatur et ſimiliter ſcientia infuſa vel
viſus, miraculoſe datus ꝓuationē oppoſitā tollūt
ſed moꝛalis infuſa nō eſt eiuſdē rōnis cuʒ nō hitu
vicioſo acq̄ſita vñ nō opponit̄ eſſētie hitus vicio
ſi ſed ſolum defoꝛmitati vñ ſolā tollit nec tñ ē imp
fectioꝛ ꝙ acq̄ſita. qꝛ infuſa pfecti⁹ inclinat in fineʒ
ſuū ꝙ acq̄ſita licet ratione habitus quem compe-
titur maioꝛem difficultatem patiatur.
¶ Quantum ad tertium de manſione in pria ſūt
duo modo dicendi. Primi dicūt ꝙ de virtutibus 3. articul⁹.
moꝛalib⁹ poſſumus loq̄ dupliciter. ſ. q̄tū ad actū diſtī. q. 4
vl̄ q̄tū ab hitū. ſi q̄tum ad actū ſic nō remanebūt huius diſ.
in patria cui⁹ ratio ē. qꝛ nulla potentia q̄tūcūq̧ p
fecta per habitum poteſt exire in actū: niſi hēat ꝓ⁹
obiectum ſed obiecta virtutum moꝛaliū non erūt
in patria. ꝙ nō erunt ibi actus virtutum moꝛalium

Maioꝛ patet: qꝛ ſiue obiectum ſit cauſa ꝑ ſe/ ſiue ſit cauſa ſine qua nõ: ſemꝑ tñ ad actũ reqrit̃ obiectum. Minoꝛ patet: qꝛ obiecta virtutũ moꝛalium ſunt ꝯcupiſcẽtie/ delectatiões ciboꝝ ⁊ venereoꝝ/ timoꝛes ⁊ audacie circa pericula moꝛtis/ diſtributiones ⁊ cõicationes rerũ q̃ veniũt in vſum p̃ſentis vite: hec aũt nõ erũt i patria. quare. ⁊c. ❡ Si autẽ loq̃mur de his virtutib⁹ q̃tum ad habitum/ adhuc põt eſſe dupl̃r. qꝛ virtutũ moꝛaliũ accipiendo large virtutes moꝛales put iter eas numerat̃ prudẽtia/ q̃dã ꝑficiũt appetitũ ſenſitiuũ: vt foꝛtitudo ⁊ tẽperãtia. Quis apud multos hoc ſit valde dubiũ: nec michi ipſi eſt multũ clarũ. Quedã ꝯo ꝑficiunt intellectũ ⁊ voluntatẽ: vt prudẽtia ⁊ iuſticia. De illis q̃ ꝑficiunt appetitum ſenſitiuũ ſi q̃ tales ſint: dicendũ eſt ꝙ remanebunt nequaq̃ in patria etiã quo ad habitũ. Cui⁹ rõ eſt: qꝛ ſubiecto deſtructo deſtruit̃ accidẽs: ſed ſubiectum taliũ ꝟtutum ſcꝫ appetit⁹ ſenſitiu⁹ deſtruit̃ in moꝛte cuꝫ ſit coꝛpoꝛalis virt⁹. ergo ⁊ ipſi habit⁹/ ꝙ ſi in reſurrectione repareturr appetit⁹ ſenſitiu⁹ aut nõ erit idẽ numero/ ⁊ ꝑ ꝯñs nec tales habit⁹ ſi miraculoſe reparent̃ eſſent idẽ numero: aut ſi eſſent idem numero/ tã appetit⁹ q̃ꝫ tales habit⁹/ hoc nõ eſſet actione nĩa: nec ꝓpter hoc poſſet dici ꝙ p̃cedẽtes habit⁹ remanerẽt. De habitib⁹ autẽ ꝑficiẽtib⁹ itellectũ et voluntatẽ/ vt ſunt prudẽtia ⁊ iuſticia. dicenduꝫ eſt ꝙ remanebũt q̃tum ad habitũ: qꝛ ſi coꝛrũperẽtur aut hoc eſſet rõe ſubiecti qđ coꝛrũperet̃: aut actione ꝯtrarij. nõ coꝛruptione ſubiecti: qꝛ itellectus ⁊ voluntas ſunt potẽtie incoꝛruptibiles ſicut eſſentia aie. nec actione cõtrarij: qꝛ gr̃ia nõ ꝯtrariat̃ ꝑfectioni nature. hmõi autẽ ꝟtutes ad ꝑfectionem nature ꝑtinẽt. ergo. ⁊c. ❡ Addunt autẽ ꝙ non eſt ſile de xp̃o et de beatis: qꝛ xp̃s ſm coꝛp⁹ cui⁹ ꝑfectio eſt appetit⁹ ſenſitiu⁹ fuit viatoꝛ. et ideo nõ decuit ꝙ careret ꝑfectionib⁹ quas h̃it ceteri viatores ꝓpter qđ debuit habere virtutes moꝛales ꝑficiẽtes appetitũ ſenſitiuũ vel aliq̃d mai⁹ trib⁹ virtutib⁹ mediãte quo poſſet in act⁹ taliũ virtutum. Beati autẽ ante reſurrectionẽ ſicut carent coꝛpe/ ita carẽt hmõi ꝟtutib⁹. poſt reſurrectionẽ ꝟo eas nõ habebunt: qꝛ tunc erunt beati ſm coꝛp⁹: aut ſi habeãt hoc nõ erit qꝛ p̃cedẽtes habit⁹ remãſerint

Cõtra durãdũ obq̃cit doctoꝛ. ❡ Sed cõtra primũ qđ dicunt videt̃ ꝙ oĩs habitus acq̃ſit⁹ coꝛrũpit̃ ꝑ ceſſationẽ actuũ. vñ dicere ꝙ iuſticie ⁊ prudẽtia acq̃ſita nullũ oĩno actum habeãt in pr̃ia/ ⁊ nichil remaneat eſt abſurdũ. ❡ Unde videt̃ veriꝛ opinio thome ꝙ moꝛales acq̃ſite

S. tho. 3. diſ. p̃ſenti. nullo mõ remanẽt: qꝛ fruſtra eſſent cũ iſte ſint ſolum ꝓpter iſtã vitã moꝛalẽ. vnde ſicut nõ remanebit iſta vita nec talia q̃ ſunt ſolũ ꝓpter vitã aĩalẽ ſic nec illi habit⁹. Sed infuſi remanebunt q̃ ſunt i intellectu ⁊ voluntate. Alie in reſurrectione cuꝫ coꝛpe reparabunt̃ eedẽ numero h̃ñtes actum circa finẽ q̃ erit gaudiũ de p̃terito nõ aũt circa materiã ꝓpriã: ita foꝛte ꝙ aureola virginitatis elicet̃ ab eadẽ tẽperãtia infuſa a qua fuit ꝟginitas elicita/ ⁊ aureola martyꝝ a foꝛtitudine / ⁊ magiſterij a prudẽtia nõ theoꝛica: qꝛ ad vitam actiuã ꝑtinet ⁊ ſi aliq̃s martyꝛ doctoꝛ aut virgo habuerit ſil infuſas et acq̃ſitas: qꝛ tñ acq̃ſitaruꝫ nõ eſt agere ꝓpter deũ ſicut infuſarum a caritate ſicut a ſua foꝛma directarũ. ideo qꝛ in patria de nullo bono gaudẽt niſi vt eſt factũ ꝓpter deũ. ideo ad infuſas ꝑtinet de illis gaudere in patria/ nõ ad acq̃ſitas. Et

ꝓbat̃ aliter de infuſis ꝙ remaneãt: qꝛ eadẽ ẽ grauitas ꝑ quã aliq̃d tẽdit deoꝛſum ⁊ faciat deoꝛſum quieſcere: ita etiã ꝓbabile eſt ꝙ eadẽ virt⁹ eſt q̃ facit bonum eligere/ ⁊ de electo ⁊ obtẽto gaudere ⁊ in eo quieſcere. ſicut igit̃ ꝑ virtutẽ acq̃ſitã gaudet homo in hac vita de bono virtutis adepto licꝫ nõ durãte qđ eſt habitũ exire in actum habito obiecto in memoꝛia. ſic in patria ꝟtutes nõ ſint in re extra paſſiones ⁊ alia obiecta moꝛalium infuſarum ex ſola tñ mẽoꝛia p̃teritoꝝ exire pñt in actũ gaudij de preteritis. ❡ Ad argumenta principalia ſolutũ fuit in primo articulo. ❡ Queſtio ſecũda.

Secundo q̃rit̃/ vtrum virtutes cauſent̃ in nobis ex actib⁹. Et videt̃ ꝙ nõ: qꝛ cõtinẽtia eſt aliquid min⁹ virtute vt patꝫ ex. 7 ethicoꝝ. ſed nulli⁹ põt eſſe cõtinẽs niſi ex dono dei ſcđm illud Sap. 8. Nõ poſſum eſſe ꝯtinẽs niſi de⁹ det. ergo multo minus põt aliq̃s eſſe virtuoſus niſi ex dono dei. hoc autẽ non eſſet ſi virtutes cauſarent̃ ex actib⁹. ergo. ⁊c. — Primum

❡ Itẽ ꝑfecti⁹ non ſumit originẽ a min⁹ ꝑfecto: ſꝫ virtutes ſunt ꝑfectioꝛes actibus p̃cedẽtib⁹ ipſas. ergo nõ cauſant̃ ex eis. Maioꝛ patet ex. 9. metaphiſice. Minoꝛ ꝓbat̃: qꝛ cauſa eſt ꝑfectioꝛ effectu: ſed virtutes ſunt cauſe actuũ ſequẽtiũ q̃ ſunt magis ꝑfecti q̃ꝫ act⁹ p̃cedẽtes virtutẽ: ergo virtutes ſunt ꝑfectioꝛes actib⁹ ſequẽtibus/ ⁊ foꝛtioꝛi rõne actib⁹ p̃cedẽtib⁹: qꝛ qđ eſt ꝑfectius ꝑfectioꝛe/ eſt ꝑfecti⁹ min⁹ ꝑfecto: — Secundũ

❡ In contrarium arguit̃: qꝛ ſm Dionyſiuꝫ bonũ eſt potentius q̃ꝫ maluꝫ: ſed ex malis actib⁹ generat̃ habit⁹ vicioſus. ergo foꝛtioꝛi rõne ex actib⁹ virtuoſis generabunt̃ habit⁹ virtuoſi. ❡ Ad ideꝫ eſt qđ dicit ph̃s. 2. ethicoꝝ. — In oppoſi.

❡ Reſpõſio. Ad euidentiã q̃ſtionis ⁊ diſtinctionis ⁊ materie virtutum moꝛalium duo videnda ſunt. Primo/ illud qđ p̃mo p̃ncipaliter q̃rit̃. ſ. an virtutes cauſent̃ ex actib⁹ ⁊ quõ. Secũdo de medio virtutũ quo ad actum ⁊ habitum ❡ Quãtum ad primũ. Primo ponent̃ dicta aliorum. Scđo inquiret̃ de ipſis. ❡ Proponunt igit̃ q̃dã circa q̃ſtionẽ iſtã videnda duo. Primuꝫ eſt/ an virtutes moꝛales ⁊ itellectuales quas homo poteſt attigere ex puris naturalib⁹ cauſent̃ ex actib⁹ noſtris. Scđm eſt/ ꝑ quẽ modum cauſent̃ ex ipſis — Durãdus q. 2. hui⁹ d.

❡ Quãtum ad primum patet dupl̃r ꝙ tales virtutes cauſant̃ ex actib⁹ nr̃is. Primo ſic. p̃ncipia operatiua q̃ nõ inſunt nobis a natura/ ſed ex acq̃ſitione cauſant̃ ex actib⁹ nr̃is: ſed virtutes tã intellectuales q̃ꝫ moꝛales ſunt q̃dã principia operatiua que nõ inſunt nobis a natura ſed ex acq̃ſitione vt ꝓbatum fuit pri⁹. ergo cauſant̃ ex actib⁹ nr̃is. Maioꝛ patꝫ ex. 2. ethicoꝝ. hec eſt eñ differẽtia iter p̃ncipia innata ⁊ acq̃ſita: qꝛ p̃ncipia inata p̃cedũt actus nec ex ipſis acq̃runt̃. Uiſus eñ p̃cedit videre/ nec per videre acq̃rit̃ viſus. Sed p̃ncipia acq̃ſita ſequuntur actus ⁊ ex ipſis acq̃runt̃. fabꝛicando eñ fabri ſimus/ ⁊ ſic de aliis vt ibidẽ dꝛ. et ſic patet maioꝛ. ſequit̃ ergo cõcluſio. ❡ Itẽ cõſuetudo habet vim nature/ ſicut dr̃ libro de mẽoꝛia ⁊ reminiſcẽtia. ergo ſm quãdã ꝓpoꝛtionẽ/ ꝓnitatẽ/ ⁊ facilitatẽ quã habent naturalia ſm ſe ad ſuas operationes naturales talẽ q̃tũ poſſunt acq̃runt potẽtie rõnales ꝑ ꝯſuetudinẽ: ſed ꝓnitas iſta vel facilitas ad operandum nõ eſt aliud q̃ꝫ virtus moꝛalis vt itellectua=

Sexto queriť. Utrū viuere de receptis ab alijs ſit imꝑfectiõis moralis. Et arguiť ꝙ nõ ſit imꝑfectiõis moralis: ſ; ꝑfectiõis: q: relinq̃re oĩa ꝓpter deū eſt perfectiõis euangelice: ſed ille q̃ relinquit oĩa neceſſe habet viuere de bonis receptis ab alijs ergo ⁊c. ¶ Item illi qui maxime obſeruãt paupertatē euangelicam nullū ius habentes in bonis aliquibus tēporalib⁹. ſed tales op; maxime viuere de bonis receptis ab alijs. ergo ſic viuere eſt perfectionis euangelice: ⁊ ſic idem qḋ prius. ¶ Item illi qui in eccleſia ſunt maxime perfecti ſunt clerici ⁊ religioſi: ſed illi viuūt de bonis receptis ab alijs: ergo vel nullus eſt perfectus in eccleſia vel ſic viuere eſt perfectionis. ¶ Contra illud qḋ chriſtus fecit gerēs perſonam infirmorū eſt imperfectionis moralis. ſed ſm Auguſtinū ſup ꝑs. ⁊ ſuper Johan. Chriſtus in habendo loculos in quibus ponebãtur illa que ab alijs recipiebãtur geſſit perſonã infirmorum. ergo ſic recipere eſt infirmitatis ⁊ imperfectionis moralis. ¶ Reſpon. primo ponuntur dicta quorūdam. Secūdo impugnatio aliorum. ¶ Quãtum ad primum dicunt quidam ꝙ imꝑfectio poteſt accipi dupliciter: ſ; negatiue et priuatiue: Negatiue vt dicatur aliquid imperfectū: quia nõ h; oĩmodã perfectionem: nec eſt natū eam habere: ſic et omnis creatura reſpectu dei dicitur imꝑfecta: ⁊ ſic nõ loquimur hic de imperfectione. ¶ Priuatiue autem dicitur aliquid imperfectū dupliciter. Uno modo quando caret aliqua perfectione quã tenetur habere: ſicut quãdo aliquis caret charitate vel pietate: vel aliqua alia virtute ꝙ tenetur habere: ⁊ talis imperfectio eſt vitioſa: nec adhuc de iſta ē queſtio. ¶ Alio modo diciť imperfectus qui caret maiori perfectione ad quã tamē nõ eſt obligatus: ſicut ſi dicatur ſtatus ſecularium imperfectus reſpectu ſtatus religioſorum: quia eſt minus perfectus abſq; tamen vitio. Et ſic intelligitur queſtio. Utrum. ſ. viuere de receptis ſit imperfectionis hoc ē minoris perfectionis. ¶ Hoc ſuppoſito ſciendum ꝙ in hac comparatione maioris et minoris pꝑfectionis poſſunt comparari diuerſimode recipiēdi ad inuicem vel recipere ⁊ non recipere. Comparando ergo diuerſos modos recipiendi ad inuicem. Sciendum ꝙ duplex ē modus recipiendi. Uno modo quãdo aliquis recipit illud i quo ius habet de ſe ſicut ſi recipit hereditate; patris vel mercedē laborum vel ſicut prelati accipiunt ſtipendia eis debita. Alio modo quando aliquis recipit aliquid in quo non habet ius niſi de mera liberalitate donãtis. Et dōm ꝙ comparando dictos modos ad inuicem: ꝙ ſecūdus modus recipiendi nõ eſt maioris perfectõis ſed minoris ꝙ prim⁹. Q: vnūquodq; ē magis perfectum inquãtum eſt ſibiipſi magis ſufficiēs et inq̃tū habet a ſe ſuam ſufficientiam. Et notum eſt ꝙ deus qui nullo modo indiget alio ē perfectiſſimus: ſed ille qui recipit illud qḋ eſt ſibi debitum ⁊ in quo habet ius ē magis ſibi ſufficiens et magis habet a ſe ſuam ſufficientiam ꝙ ille qui recipit illud in quo nõ habet ius niſi ex mera liberalitate donationis ergo ⁊c. ¶ Hoc etiã atteſtãtur religioſi qui gloriantur ꝙ nõ comedant panem otioſi: ſed aliquo modo eis debitum: licet nõ ſit ſibi debitum iuſticie proprie dicte: ſed cuiuſdam decentie propter bona ſpiritualia que faciunt in eccleſia dei. Modus aūt recipiēdi ex mera liberalitate alteri⁹ ē duplex. Unus qñ aliquis non requiſitus nec rogatus ex mera liberalitate cõfert aliquid alicui. Alius modus ē qñ rogatus vel requiſitus confert ſicut fit per mēdicitatem. Et loquendo de iſtis modis per ſe loquendo ⁊ de genere opis ſecūdus modus eſt imꝑfectior ꝙ primus: quia in eo ꝙ ex mera liberalitate alterius habet tãto nobiliori modo ius acquiritur quanto magis liberaliter gratuite et voluntarie datur ꝙ qḋ datur ſecundo modo: quia qḋ datur ſecūdo modo videtur quodammodo inuolũtarie ꝓpter importunitatem petentis datum ergo ⁊c. Unde tamē poſſunt eē aliqua annexa mēdicationi que faciunt ad virtutē ſicut verecūdia ⁊ humiliatio exterior. Si autem comparetur recipere ad nõ recipere ſicut ꝙ etiã cõparemus illos qui perfectiori mõ recipiunt ſicut prelati recipiētes ſtipēdia ab alijs quibus annũciãt euãgelium ad iſtos qui nõ recipiunt: ſed viuūt de laboribus manuu; ſuarum: ſicut fecit paulus. ¶ Dicēdum ꝙ ſimpliciter ⁊ gñe operis nõ recipere talia ſtipēdia debita ⁊ viuere de labore eſt maioris pfectionis ⁊ recipere minoris: q: ſuperogare ſibi debitum ⁊ dimittere debitoribus ē maioris perfectionis ꝙ debitum ſtipendium recipere: ſed ſic faciunt hi qui de labore manuum viuūt nihilominus ſpiritualia ſeminãtes: ergo ⁊c. Et hec ē intentio in locis preallegatis: vbi dicit ꝙ xp̄s loculos in quibus recipiebantur oblata et expenſa geſſit ꝑſonam infirmorum reſpectu pauli qui viuebat de labore manuum. ¶ Circa qḋ notãdum ꝙ habere loculos nihil aliud ē ꝙ viuere de receptis ab alijs ⁊ nõ de labore manuum: ſiue recipientes et ſic viuentes habeant ius et proprietatem in receptis ſiue ſimplicem vſum tãtum. Et ſiue reſeruent ſiue non. dūmodo viuant de talibus receptis. Quod p; per illos qui dixerūt xp̄m et diſcipulos non habuiſſe ius in illis q̃ erant in loculis: quia eorum imꝑfectio non patiebatur: ⁊ ſic illud qḋ imperfectionis intelligitur in loculis nõ ē aliud ꝙ viuere de receptis ⁊ non de labore manuum. Per hoc patet ꝙ idem Augu. ſub eadem imperfectione poſuit viuere de loculis: ⁊ de his que miniſtrabant mulieres ſequentes ipſum dominum: que tamen bona adminiſtrata a mulieribus nõ erãt recompenſata a domino vel eius diſcipulis. ¶ Aliud etiam ē notãdum ſcilicet ꝙ aliquod opus eſſe minoris pfectionis ꝙ aliud poteſt intelligi dupliciter. Uel quãtum ad genus operis vel quãtum ad circūſtantiam: quantum ad genus operis viuere de receptis ē minoris pfectionis ꝙ de labore manuu;. Et habere ius ⁊ ꝓprietatem in receptis: ⁊ vt ſua reſeruare ꝙ non reſeruare: nec vt ſua tenere. In caſu tñ in quo viuere de labore manuum eſſet impedimentum notabiliter bonorum ſpiritualium. que viuendo de receptis poſſent fieri: non eſſet minoris perfectionis ꝙ non recipere laborando manibus nec reſeruare. ⁊ ſic licet opus xp̄i habentis loculos fuerit minoris perfectionis ꝙ factum Pauli q̃tū ad genus operis: nõ tamen quãtum ad circūſtantiam facti. ¶ Sed contra ꝓmiſſa poteſt obijci: q: iſte qui de labore manuum viuit non facit ꝑfectius opus ꝙ qui de euãgelio: quia cum talis accipiat neceſſaria vite ab illis ꝓ quib⁹ totaliter laborat ſicut ille qui euãgelium annũciat viuit de receptis ab alijs pro quibus ſpiritualiter laborat ⁊ labore annũciãtis euãgeliū ſit fructuoſior ꝙ corporalis: videtur ꝙ minus perfecte facit qui accipit vite neceſſaria pro labore corporali ꝙ qui ꝓ ſpūali. ¶ Et ad hoc dicēdum ꝙ ille qui viuit de labore manuum videtur agere ꝑfectius ꝓpter duo. Primo quia cum ſpiritualia non ſint appreciabilia ſunt gratis danda: ⁊ ideo aliquam imꝑfectionem videtur importare recipere aliquid tēporale ab illis quibus ſpiritualia conferuntur: non ſic aūt ē de labore manuum q̃ bñ ſub precio cadit. Secūdo ꝓpter imꝑfectionem hominum q̃ magis cõmuniter reputãt detrimētum in bonis tempalib⁹ ꝙ in ſpiritualibus: ⁊ q: in recipiēdo laborē non patiũtur diminutionem tpalium: quia in tempalibus equiualēs recipiūt recompēſando aūt laborē ſpūalem: licet melius recipiãt in tēporalibus: tñ nõ recõpēſantur: ſ; detrimētum patiuntur. Jḋ ſm quãdam apparētiam talē videt recipe neceſſaria vite pro labore ſpūali ſit minus pfectum: ſ; ſimpliciter ſit pfectius laborare ſpūaliter ꝙ corpaliter. ¶ Ad primū ergo dõ; ꝙ relinquere oĩa ꝓpter deum ē pfectionis euãgelice nõ rõne nude abiectionis tpalium: ſ; q: ꝓpter deū ⁊ ꝓpter ſequelam pfectã xp̄i. ⁊ iõ ſi dicat ꝙ paupeas euãgelica ſm ꝙ hmõi ptinet p ſe ad pfectionē. dōm ꝙ verum eſt ſi li ſecundu; ꝙ huiuſmodi reduplicat paupertatem euangelicam ſecundum ꝙ euangelicam: nõ autem ſi reduplicaretur ſuper hoc totum paupertatem euangelicam rationе nude abiectionis temporalium bonoꝝ. Et qñ dr in minori ꝙ tales hñt viuere de receptis ab alijs. dōm ꝙ nõ op; q: nõ poſſunt viuere de labore manuum ſicut paulus. ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ cõtra in mēte aductū ps: q: ſ; hoc nõ pōt eſſe: q: pfectiſſimū inter pauperes euãgelicos ē nil iuris pñt hře in eis etiã q̃lucrãtur: q: repugnat voto eoꝝ ⁊ ſic op; ꝙ viuãt de alieno. ¶ Dicendum ꝙ viuere de alieno dr eſt autē q: nil facit ꝓpter qḋ illud ſibi debeť de iure: ⁊ ſic viuere de alieno eſt iꝑfectionis: vel ꝙ l; fecerit vnde ſibi de iure debetur ſpontanea: tamen fecit voluntate propter deum ꝙ

non habet nihil in illo:ſed eſt ſpontanee alienum:et ſic viuere de alieno non eſt imperfectionis maioris.ymo perfectiõis maioris ꝙ ſi ius haberet in id. Quando enim dicitur ꝙ viuere de receptis eſt imperfectionis:eſt intelligendum de receptis q̄ homo per laborem corporalem non fecit ſibi quãtum eſt in ſe determinata:etiã ſi ſtatus ſuus permitteret:vbi etiam oportet viuere de receptis ſine labore manuum vel pati notabile detrimentum in ſpiritualibus viuere de receptis cum tali circũſtantia nõ eſt imperfectionis licet de genere ſuo importaret aliquam imperfectionem. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ oẽs religioſi nobis noti viuũt de receptis ab alijs ſine labore manuum:et in hoc faciunt illud ꝙ eſt minoris perfectionis ſi poſſint cõmode laborare manibus ſine notabili detrimento ſpiritualium: aliõquin ſi nõ ſine detrimento ſpiritualium poteſt fieri tali ſtante circũſtantia viuere de receptis non eſt imperfectionis:vt ſepe dictum eſt. ¶ Quãtum ad ſcðm de impugnatione aliorum quãdo queritur vtrum viuere de bonis receptis ab alijs ſit perfectio moralis.dicẽdum ꝙ in paupere voluntario perfectius eſt viuere de ſic receptis q̄ de receptis iure officij ſicut faciũt prelati viſitãtes.Et ex parte dãtis: quia perfectius eſt elemoſinam gratis dare propter deum q̄ reddere debitum.Et ex parte recipientis:q: licet ſuum recipere non ſit peccatum:tñ nullius perfectionis eſt.ymo perfectionis eſſet prelato diuiti remittere pauperi ſacerdoti expenſas viſitationis cum proteſtatione tñ iuris ſui:ſed recipere et mẽdicare propter chriſtum magne humilitatis et charitatis eſt et pfectionis tãtam erubeſcẽtiam ſuſtinere propter xp̄m. Quãuis etiam iuſticia exigat vt vbi quia papa miſſi ſeminãt ſpiritualia metant et dantur eis temporalia:quia dñs cõſtituit his q̄ euãgelium annũciant de euãgelio viuere. ¶ Ad primum perfectus eſt ſibi magis ſufficiens.dicẽdum ꝙ pfectio humana non conſiſtit in ſufficiẽtia bonorum temporalium ſed ſpiritualium i. quibus diuites eguerũt et eſurierunt. Quãdo dicit ꝙ recipiendi modus a dante non rogato eſt perfectio.verum eſt ex parte dantis q: quãto dat libentius tãto plus meretur:ſed ex parte recipientis quanto eſt ibi de confuſione et erubeſcentia temporali propter deum tãto eſt illi plus de humilitate et merito. ¶ Quod dicit ꝙ recipere prelatorum eſt minoris perfectionis q̄ labor manuum pauli. Dicẽdum ꝙ verũ eſt ceteris pibus:quia ſuppoſito ꝙ nullus ſpiritualis fructus plus impediatur per laborem manuum:perfectius eſt viuere de labore manuum et predicare ſicut fuit in paulo qui habuit ſciẽtiam infuſam:maxime vbi puſilli ſcandalizarentur in merendo ſtipendia carnalia qð paulus timebat:alias ſecus eſſet.Et ſic intelligẽdus eſt augu.q̄ prefert laborẽ pauli locutio xp̄i. Unde perfectius eſt viuere de labore annunciãdi euãgelium q̄ de labore manuum. vbi expeditius et ſine ſcãdalo predicatur euangelium primo q̄ ſcðo modo. Unde xp̄s nõ monuit operaricibum qui perit ſed edere et bibere ea que eſſent apð auditores. ¶ Quod aũt dicit ꝙ perfectius eſt ſeruare ſua q̄ nõ ſeruare eſt cõtra xp̄m dicentem. Si vis perfectus eſſe etc. ¶ Ad argumẽta patet ſolutio.et hoc in precedẽtibus queſtionibus.

¶ Sequit ſcðs articulus q̄ſtionis prime.xxxviij. diſtinctiõis.

Quãtum ad ſcðm principale de diuiſione corporis in ſepultura ſunt due opiniones. Prima ſic procedit arguẽdo pro et cõtra.Et arguit primo ꝙ nõ liceat q: hec nouitas incõſueta eſt apð ſanctos patres et ẽ ſcãdalizatiua:q: nõ fit niſi de corporibus diuitum et in locis pauperum religioſorũ. ¶ Contra.ex hoc augetur cultus diuinus et multiplicantur ſuffragia ergo etc.

¶ Reſpondeo exceptis his que ſunt de primis preceptis iuris naturalis que ſemper et abſq; defectu ſunt bona in alijs que quaſi deducũtur.ex ipſis:quedam ſunt que ſm ſe accepta ſunt mere indifferentia:ſicut leuare feſtucam. Quedam autem ſunt regulariter et communiter bona:ita tamen ꝙ in caſu eorum oppoſita bene poſſunt fieri. ¶ Circa autem ſepulturam videmus aliqua concurrentia non eſſe in differentia ſicut ſepeliri non eſt actus indifferens:ymo regulariter bonus Similiter ſepeliri in loco ſacro eſt regulariter bonum:ſimiliter corpus integrum ſepeliri nõ eſt opus indifferens:ymo determinatum ſm eſſe moris.Et hoc ẽ regulariter et cõmuniter in eccleſia conſuetum. ¶ Primo ergo oſtendendum eſt ꝙ corpus integrum ſepeliri eſt bonum et honeſtum:nec eius oppoſitum communiter et regulariter fieri debet. Primo ex fine ad quem ordinatur ſepultura:quia corpora fidelium ſepeliuntur propter ſpem reſurrectionis.ſz ſpem q̄ habent fideles de reſurrectione valde congruit ꝙ eorum corpora quãto integrius poſſint ſepeliantur:ergo corpora fidelium integra ſepeliri regulariter eſt bonum. Maior ſupponitur. Minor probatur:quia ſic ſe habent membra ad corpus:ſicut perſone ad communitatem cuius ſunt partes:ſed ſicut patet exemplo ſanctorum patrum illi qui erant de vna congregatione naturaliter deſiderabant ſepeliri vnite quãtum poterant:et in eodem loco:vt patet de iacob et ioſeph qui volebant deferri ad ſepulchra patrum ſuorum. Geneſis.vltimo.ergo et membra eiuſdem corporis debent quanto integrius poterunt ſepeliri propter ſpem reſurrectionis predictam:et quia ad hoc natura inclinat. ¶ Item corpus reſurget integrum et vna reſurrectione Et etiam vnumquodq; ens naturale talem reſurrectionẽ expectans:ergo debet quãto conuenientius et integrius poteſt ſepeliri ad expectãdum talem reſurrectionem. Secundo ex appetitu naturali:quia ſicut quodãmodo ſe habet corpus vnum ad ſeparationem partium eſſentialium que ſunt anime et corporis:ita corpus mortuum ad ſeparationem membrorum ſed ſeparatio anime a corpore eſt inhumana et violenta et mala:ergo ſeparatio membrorum corporis mortui adhuc figurã ſuam retinentis eſt inhumana et regulariter mala. Et ſicut illa debet communiter dimitti curſui nature ita et iſta. ¶ Itẽ illud qð eſt ordinabile ad perpetuitatem ex naturali appetitu refugit corruptionem et diuiſionem: ſed corpus humanum ratione anime cuius eſt ſubiectum et organum eſt huiuſmodi:ergo etc.nec talis diuiſio debet eligi vel appeti. ¶ Item qð interdictum eſt in malum et penam alicuius eſt ab eo refugiendum naturali appetitu:ſed corruptio et diuiſio per corruptionem eſt introducta in penam peccati et in malum hominis.ergo quantum poteſt hoc habet naturali appetitu fugere et vnitatem appetere. ¶ Tertio ex conſuetudine communi eccleſie:quia contra conſuetudinem generalem vniuerſalis eccleſie rationabilẽ non eſt aliqua nouitas introducenda:et dato ꝙ videat impetrare aliquod bonum:ſed talis nouitas eſt ſic diuidere corpus:ergo etc. ¶ Secundo oſtendit quibus caſibus bene poteſt fieri oppoſitum:ſcilicet ꝙ corpus in ſepultura diuidatur. Poteſt ergo fieri dupliciter:ſcilicet in caſu neceſſitatis.Et in caſu alicuius vtilitatis. Triplex autem caſus neceſſitatis poteſt eſſe. ¶ Unus quando aliquis eligit ſepulturam in loco conuenienti ad quam corpus eius integre deferri non poteſt:tunc enim licet corpus diuidere et partem que non poteſt deferri in aliquo loco decẽti ſepeliri. ¶ Secundus quando aliquis magnus moritur tempore quo non ſolent fieri exequie:quia tales nõ conſueuerunt ſepeliri ſine exequijs. ¶ Tertius quando expectantur magni homines ad ſepulturam in iſtis caſibus licet diuidere corpus:ita tamẽ ꝙ in duobus vltimis illa quorum ſepultura non poteſt deferri ſepeliatur in eodem loco in quo reliquum eſt poſtea ſepeliendum. ¶ Utilitas autem triplex poteſt eſſe:ſcilicet perſone ſepeliende.Et illorum apud quos eſt ſepelienda.Et generalis totius eccleſie vtilitas. ¶ Perſone ſepeliende eſt duplex. Una meritum maioris premij eſſentialis. Alia citius liberari a pena per multitudinem ſuffragiorum. ¶ Primum non poteſt eſſe:quia eligere illud qð communiter eſt diſſonum:non eſt ſine vitio:nec per cõſequens meritorium:ſed vt oſtenſum eſt diuidere corpus ſepeliendum eſt huiuſmodi.ergo etc. ¶ Secunda etiã cauſa non eſt ſufficiens ad diuiſionem. Primo quia id quod congruit ſepulture non debet dimitti propter illud ad quod non ordinatur ſepultura:ſed ſepultura non ordinatur principaliter ad liberationẽ a pena per ſuffragia ergo etc. ¶ Preterea propter liberationem a pena nullus debet eligere illud quod repugnat rationi et inclinationi nature. ¶ Tertio: quia

cõmodum non debet preferri honeſto:ſed liberari citius a pena eſt quoddam commodum :corpus autem non diuidi eſt quoddam honeſtum:ergo talis liberatio nõ dꝫ preferri corporis integritati:nec ꝑ conſequens debet corpus diuidi propter eaꝫ ¶ Quarto quia ſi propter liberationẽ citiorem a pena corpus diuidi eſſet cõueniens: tunc deberet diuidi in tot partes ꝗ poſſet dum tamen inueniretur ꝑ tot ptibus loca religioſa. ſed hoc eſt incõueniens:quia tunc eccl'ia ꝗ hoc non ſeruat a multis temporibus fuiſſet ignorãs. ¶ Si dicat ꝙ h' facit propter dei amorẽ ꝗ deſiderat cito videre. Non valet qui vult deum cito videre debet illud aſſequi medio competenti:ſed ſic diuidere corpus non eſt medium cõpetens aſſequẽdi tam cito diuinam viſionem: ſed diſtribuere large facultates ſuas diuerſis pauperibus. Et ſi nõ habet diuitias debet ſupponere ꝙ pauce orationes conuenienter ſine tali diuiſione impetrate erunt ſibi vtiliores ꝗ multe per talem diuiſionem procurate. ¶ Item illi qui ſunt de alia opinione ponunt ꝙ non debet fieri diuiſio in minutas partes ꝓpter indecentiam ⁊ ſuffragiorum vilipenſionem :etiam dato ꝙ ſequatur inde citior liberatio per ſuffragia:ſꝫ eadem ratione ſequitur ꝙ nulla debeat fieri diuiſio propter talem liberationeꝫ cum ſit indecens ⁊ per conſequens incõueniẽs. Sed dicunt ꝙ diuiſionẽ fieri in minutas ptes eſt indecens:nõ autẽ i partes principales in quibus principaliter vigent vires anime. ¶ Sed nec hoc valet :quia potius deberent concludere contrarium quia ille partes in quib' vigent vires anime magis pertinent ad vnitatem corporis:⁊ ideo minus decens eſt eas diuidere abinuicẽ. ¶ Similiter propter vtilitatem illorum apud quos corpus ſepelitur nõ eſt corpus diuidendũ :quia ſcilꝫ illi de parentella bñ faciunt loco:quia illud quod eſt regulariter bonum moris ⁊ cõgruit ſecundum rectã rationem ſepulture non eſt obmittendũ propter illud qđ non dicat directe bonum moris:⁊ accidentaliter ſe habet ad ſepulturam :ſed vtilitas temporalis illorum in quorum loco corpus ſepelitur non importat bonum moris ⁊ accidẽtaliter ſe habet ad ſepulturam:integritas autem corporis econuerſo ergo ⁊c. ¶ Sed propter vtilitatem cõmunem vniuerſalis eccleſie licitum eſt corpora ſanctorũ diuidi vt habeant a pluribꝰ ⁊ in maiori reuerẽtia.aliter aũt non licet corpus diuidi propter ſepulturam niſi in caſibus predictis. ¶ Et ſi aliquis contrariuꝫ ordinaret ordinatio ſua nõ eſſet tenenda:ſed deberet reputari ex ſimplicitate facta ⁊ deberet totũ corpus ſepeliri in loco vbi principaliter elegit ſepulturã. ¶ Sed contra:ꝗlibet eſt ſui iuris in ordinando de corpore ſuo ſicut in ordinando de pecunia ſua: ſed de pecunia ſua poteſt ordinare qđ vult ⁊ ſicut vult et eius ordinatio eſt tenenda:ergo ⁊ de corpore ſuo:⁊ ſic ſi vult poteſt diuidere. ¶ Secundo quia vltima voluntas teſtatoris eſt tenenda:ſed contingit ꝙ in vltima voluntate eligit ſic diuidi ergo ⁊c. ¶ Tertio.quia diuidi ex rationabili cauſa eſt licitũ:ſed liberari citiꝰ a pena ꝑ ſuffragia eſt cauſa rationalis ergo ⁊c. ¶ Quarto qꝛ nouitas rõnabilis poteſt introduci:alioquin ſancti et eccleſia nihil noui potuiſſent ordinare:hec autem diuiſio licet ſit noua tñ rationabilis videtur propter cauſam predictam:ergo iſta nouitas non eſt repudienda. ¶ Quito quia ſanctus edmũdus elegit ſepeliri in diuerſis locis. ¶ Sexto quia non eſt contra honorem dei corpus diuidi propter neceſſitatẽ ſicut pꝫ de corporibus ſanctorum que diuiduntur ⁊ demẽbrantur:⁊ de membro qđ abſciditur propter ſanitatem ⁊ multo plus vt videtur poteſt diuidi corpus mortuũ propter ſuffragia. ¶ Septimo quia iura videntur ſupponere ꝙ licitum ſit corpus diuidere in ſepultura:quia dicunt ꝙ ibi debet iudicari homo ſepultus vt fiat locus religioſus vbi eſt caput eius. ¶ Ad primuꝫ dõm ꝙ homo ẽ ſui iuris in ordinando de corpore ſuo dummodo ſua ordinatio ſit rationabilis.talis autem ordinatio non eſt rationabilis vt dictuꝫ eſt et oſtenſum ergo ⁊c. ¶ Ad ſecundum ſimiliter ꝙ vltima voluntas non eſt ſeruanda qñ irrationabilis. ¶ Ad tertiuꝫ dõm ꝙ minor eſt falſa:quia talis liberatio nõ eſt cauſa rationabilis vt oſtẽſum eſt. ¶ Ad quartum dõm ꝙ noua ſtatuta ſanctorum ⁊ eccleſie non excludunt bonuꝫ precedens ſed ſaluãt:ſed iſta nouitas excludit id quod eſt boni regulariter in ſepultura. ¶ Ad ꝗntũ dõm ꝙ ille ſanctꝰ ex aliqua cauſa rationabiliter nobis ignota ⁊ ſpeciali conſilio ꝓuato ſpiritusſancti hoc fecit nec eſt trahẽdũ ad conſequentiam: ſicut ⁊ aliqua ſacta aliquibꝰ perſonis priuatis ſunt reuelata a ſpirituſancto nec ſunt trahẽda ad ꝯſequẽtiã vnde ad hanc partem ſunt pauca exempla ⁊ ſunt facta hominũ illiteratorum vel ydiotarum litterarum ⁊ ſcripture Ad aliam vero partem ſunt exempla autenticorũ ſicut iudas patriarcha in ſuo teſtamento precepit corpus ſuuꝫ non diuidi. Et magiſter odobertus groſſetete qui fuit valde famoſus in ſcientia ⁊ in vita et communiter etiam ſancti ſunt ſic ſepulti. ¶ Ad ſextũ dicendũ ꝙ ymo eſt contra honorem dei ꝙ illud qđ deus iunxit ⁊ vniuit per violentiam diuidatur niſi ex rationabili cauſa:talis autem cã bñ eſt ſalus corporis ⁊ dilatatio honoris ſanctoruꝫ:non auteꝫ ſuffragiorum predicta procreatio cum aliter poſſint procreari nec ita ordinatur diuiſio corporis ad ſuffragia ſicut ad ſalutem corporis que aliter haberi non poteſt. ¶ Ad ſeptimuꝫ ꝙ iura illa loquũtur in caſu illo in quo licet diuidere ꝙ non eſt propter ſuffragia:ſed propter cauſas predictas. Uel dicendum ꝙ non ſupponũt hoc eſſe licitum:ſed ſi diuiſio hec fiat oſtendunt ⁊ declarant vbi mortuus debeat iudicari ſepultus. ¶ Alia vero opinio ſic procedit quia primo arguit ꝙ liceat diuidere corpus in ſepultura. ¶ Quia virtuoſum eſt facere de neceſſitate virtutem. ſm Senecam qđ fit quando illud qđ eſt neceſſarium fieri ſpõte eligitur fieri in ordine ad aliquẽ bonum finem : ſed ſic eſt hic quia corpus cito neceſſario diuidetur quando compages diſſoluentur:non ſolum in duas partes:ſed etiam in multas ergo ⁊c. ¶ Secundo ſic quia illud vnde prouenũt multa bona ⁊ nulla mala melius eſt facere ꝗ dimittere:ſed diuidere corpus ꝓpter predicta eſt huiuſmodi:ergo ⁊c. Probatio minoris. Ex hac enim diuiſione primo prouenit bonum dei ⁊ cultus diuini in multiplicatione exequiarũ que pertinent ad cultum eius ſ. latriam.⁊ ſi deus per exequias honorat magis per duas ꝗ per vnam. Secundo prouenit inde vtilitas omniũ fidelium defunctorum qui magis animatur ad multiplicationem ſuffragiorum pro defunctis. ¶ Tertio edificatio viuorum videntium defunctum fuiſſe ſollicitũ intẽm de ſalute ſua et procuratione ſuffragiorũ niſi forte philoſophice inuidẽtes ſuperne gratie iudicent hoc appeti ꝓpter queſtuꝫ a ſepelientibus:qđ pie ordinatum fuit a defuncto propter remedium anime ſue. ¶ Quarto bonum defuncti ſ. citior liberatio a pena ⁊ citior adeptio glorie. ¶ Quinto ſpirituale bonum recipientium ſepulturam que ex iſto ſigno amoris plus excitentur ad officium charitatis orando pro ipſo ꝗ facerẽt per maius legatum:quia maius ſignum amoris eſt dare ſe ꝗ ſua. ¶ Sexto bonũ corꝝ temporale.ſ.receptio elemoſinaruꝫ quibus ſubſtantantur. Ex hoc autem pauca aut nulla mala proueniunt non eñ malum anime defuncti. ſed bonum vt dictum eſt : nec malum ipſius corporis:quia licet ſit malum corpori viuo diuidi non tamen corpori mortuo ſicut nec lapidi:nulla eñ eſt pena ei qui non ſentit. ¶ Et ſi dicas ꝙ ymo:quia per hanc diuiſionẽ tollitur ſua vnitas que eſt quoddam bonuꝫ eius nõ valet:quia in proximo erat ꝙ per naturam perderet eam. ¶ Preterea vnitas hominis eſt principaliter ex vnitate forme ad quam ita habet habitudinem corpus diuiſum ſicut vnitum:et econuerſo vnio enim fiet virtute diuina poſt omnimodam reſolutionem:⁊ quia non eſt difficilius ei cõiungere anime partes diuiſas ꝗ coniunctas. Unde non eſt hoc contra ſpẽ reſurrectionis cũ vnitas nõ plus cõfert ꝗ diuiſio:ſicut patet de oſſibus diuiſis et cõiunctis in Ezechie. Unde nullus fidelis minus ſperat reſurrectionem poſt diuiſionem iſtaꝫ ꝗ añ diuiſionem quam ſcit etiam naturaliter eſſe futuram. Item nec prouenit inde malum aliquod nec illis apud quos principalẽ ſepulturam elegit:quia in ſepultura nullum ius habebit niſi inꝗtum ille ſponte ⁊ gratis dedit vel ſi ei debeatur de iure cõmuni adhuc non preiudicatur:quia ſupponimus ꝙ habeat iura ſua parrochialia:nec malum amicorum niſi in multiplicatione expenſaruꝫ qđ nõ eſt ponderandum:qꝛ vel ipſi ſponte faciunt vel ex ordinatione defuncti qui etiam tãtam pecuniam potuit legare ſine diuiſione ꝗtam oportet expẽdere pro diuiſione. ¶ Preterea qđ eſt bonum vtile delectabile et honeſtum : ſimpliciter eſt eligendum ⁊ ſimpliciter bonum : ſed diuiſio hec propter hoc eſt huiuſmodi : vtilis

quidem propter ſuffragia:delectabilis quidē eiꝙ percipere ſꝫ
delectationē.nō quidem corpori ſed aīe q̄ liberaꝝ per hoc a pena
et fruitur citius deo:honeſtuꝫ q: opus virtutis ſ.latrie propter
cultum dei.iuſticia propter ſatiſfactionem per ſuffragia ⁊ chari-
tatis quam homo habet ad ſeipſum: ⁊ potiſſimam ſui partem.ſ.
animam.⁊ proximos apud quos ex dilectiōe quā pre ceteris ha
bet ad eos eligit ſepeliri.¶ Preterea naturalis rō dictat ⁊ chari
tas:vt anima plus diligatur ꝙ corpus: ⁊ ideo magis eſt ſuſtinen
dum detrimentum corporis ꝙ anime.Damnū autem anime eſt
retardari a gloria: ⁊ detineri in pena poſt mortem.ergo etiam
ſuſtinendum eſſet dānum corporis vt anima cito liberetur: ſed
nullum dānum vel modicum eſt corpori mortuo diuidi:ergo ⁊c.
Et confirmatur rō:q: de duobus malis minus malum eligēdū
eſt.vbi vtrumꝙ vitari non poteſt ⁊ alterum intrare oportet.cuꝫ
ergo corpus neceſſe ſit diuidi in proximo per naturam: ⁊ vlteri⁹
vel corpus in ſepultura diuidetur qđ eſt minus malum:vel aīa
diutius affligetur qđ eſt peius:primū eligendum eſt.Et puto ꝙ
hoc eligeret ille vnicus qui eſt contrarie opinionis ſi eſſet in pur
gatorio.Si enim leuita elegit diuiſionē vxoris ſue propter vin-
dictam eius ⁊ ſuam:⁊ miſit in omnibus finibus iſrael.Judicum
xix.Multo magis vnicuiꝙ eligenda ē diuiſio corporis ⁊ mittēda
diuerſis potentibus orationibus iuuare animam.¶ Sciendum
tamen ꝙ non debet diuidi quacunꝙ diuiſione ſed conſueta.ſcꝫ
licet ꝙ cor ſeparetur a reliquo corpore:q: cor dum viuit aliquo
modo eſt totus homo ⁊ principalior pars corporis.Unde frequē
ter accipitur in ſcriptura pro toto homine.Omni cuſtodia ſerua
cor tuum ⁊c.Cor etiam quandoꝙ accipitur pro anima.vnde cuꝫ
anima naturaliter in morte ſeparetur a corpore:poteſt etiā pro
pter animam cor in morte a reliquo corpore diuidi.¶ Item diui
ſio que ad equalia ordinatur ꝙtuꝫ poteſt fieri debet fieri per eq̄
lia.Si autem corpus per medium abſcideretur abūdaret pars
capitis ⁊ alia deficeret:ſed cor mediuꝫ tenet:vnde aliquo modo
equatur toto corpori ſm̄ ꝙtum ꝙ eſt plus altero ſm̄ quātitatem
eſt hic ſm̄ affectionem.Unde apoſtolus diſtinguit hominē in ex
teriorem ⁊ in interiorem qui ſignatur per cor.vn̄ ſi alia pars da-
retur non ita moueret ad orandum ⁊ ſic minus haberet inten-
tum ¶ Ad primum dicendum ꝙ corpora integra ſepeliri eſt bo-
num.ſed diuidi modo predicto propter multiplicationē ſuffra-
giorum eſt melius.Conſuetudo autem in eccleſia non eſt ſem-
per facere qđ meli⁹ē:ſꝫ ſufficit eccleſie facere qđ bonū eſt ſicut pa
tet de āniuerſarijs.q: melius eſſet ꝙ fierent pluries in anno:et
tamen eccleſia non conſueuit facere niſi ſemel.Similiter bonus
eſſet ꝙ fieret pro quolibet ⁊ tamen in eccleſijs colegiatis non fa
ciunt niſi pro diuitibus qui eis redditus reliquerunt vnde ec-
cleſia communiter facit qđ bonum eſt.Sed pro aliquibus facit
qđ melius eſt: ⁊ ſic etiam non diuiditur corpus cuiuſlibet defun
cti quia bonū eſt ꝙ integre ſepeliatur.Sed aliquorum magno
ruꝫ diuiditur ⁊ hoc eſt melius.Et ſi dicas quare diuidiꝫ corpus
diuitum non pauperum:dico ꝙ eadem ratione qua fiunt in ec-
cleſijs collegiatis anniuerſaria diuitum non pauperum.Item
pauperes non ſic habent expenſas pro pluribus exequijs ſicut
pro vna ſepultura.¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ licet ſit honeſtuꝫ
corpus integrum ſepeliri:tamen diuiſio propter predicta eſt ho
neſtior:v̄tutes eīn actibus ſuis ſuſcipiūt magis ⁊ min⁹ ita ꝙ li-
cet omnis actus virtutis ſit honeſtus vnus tamen eſt altero ho
neſtior.¶ Nec diuiſio eſt contra ſpem reſurrectionis quia om-
nes fideles ſciunt ꝙ anteꝙ̄ reſurrectio fiat corpus diuiditur
in minutiſſimas partes Juxta illud:cinis es ⁊ in cinerem reuer-
teris.⁊ tn̄ poſt hoc credunt futurā reſurrectioneꝫ virtute diuina
ymo etiam talis diuiſio aſtruit fidem reſurrectionis primo ex
hoc ꝙ videntur magis curari de corpore vt pro eodeꝫ corpore in di
uerſis locis duplicentur exequie.ſecundo quia ex hoc oſtendiꝫ
magis qđ fiet virtute diuina quātūcunꝙ diſperſis.¶ Patres au
tem elegerunt vnire ſepeliri ⁊ propter locum ſepulture in quo
credebant redemptorem venturum ⁊ moriturum ſepeliendus
vt mortui ⁊ conſepulti chriſto ſimul etiam reſurgerent cum eo,
multa enim corpora ſanctorum qui dormierant cum eo ſurrexe
runt.¶ Item ratione ſepulcrorū quia ſicut hō afficitur ad loca a
le ſibi datū ab amico:ita ⁊ ad corpus amici.ſecundum Augu-
ſtinū in libro de cura agenda pro mortuis.Et quia anima ſui cor
poralis eſt amor naturalis eſt etiā ad ea que reſtant poſt mor-
tem ꝓpter qđ eligit conſepeliri amico.¶ Nec valet ſimilitudo.q̄
dicit.ſicut ſe habent partes cōitatis ⁊c.q: corpus mortuū nihil
minus valꝫ idiu ſuꝫ q: nulla operatio auffertur ſibi per diuiſionē
Sed cōitas minus valet per ſubſtractionem alicuius de ea.
¶ Et preterea dato ꝙ valeat ſimilitudo ſicut illi de congregatio
ne bene faciunt ſm̄ iura quando mutāt ſepulturam maiorum
propter ſuffragia:puta ad locum magis religioſum:ſic etiā pro
pter hoc in caſu licet diuidere partes a corpore.¶ Quod dicitur
de inclinatione naturali falſum eſt:quia in corpore non eſt ali-
qua naturalis inclinatio ad vnionem nec reſurrectionem niſi re
mota ſm̄ potentiā ab eodem cuꝫ non ſit in potentia actiua crea
ture vel nature:ſꝫ ē in eo naturalis inclinatio ad reſolutionē ⁊ di
uiſionē.¶ Ad aliud de reſurrectiōe dicendū ꝙ corp⁹ reſurget vna
reſurrectione que tn̄ ex multis pulueribꝰ fiet ex parte termini
a quo ſanctorum etiam corpora que diuiduntur non minus
reſurgent ꝙ alia.vnde ex vnitate reſurrectionis non magis pro
hibetꝫ diuiſio omnium ꝙ ſanctorū.Et ꝙ dicit ꝙ ens naturale vnū
verum eſt:ſed in via ad diſſolutioneꝫ.Et quod dicitur ꝙ corpus
expectat reſurrectionem male dictum eſt:quia licet anima de-
terminate ſuo corpori appetat vniri:tamen corpus ſuum nō ha
bet naturalem inclinationem ad eandem formam quam per di-
dit ſm̄ numerum:alias reſurrectio eſſet naturalis.quia quicq̄d
eſt in potentia paſſiua ⁊ appetitu memorie eſt in potentia acti-
ua celi:non autē quicquid eſt in appetitu anime rationalis que
non ſubijcitur celo maxime ſeparata.Falſum eſt etiaꝫ ꝙ dicit de
bere ſepeliri ꝙto integrius poteſt:quia res que eſt propter finē
debet magis fieri eo modo quo magis conuenit fini.finis auteꝫ
ſepulture eſt vt ſepultus in memoria habeatꝫ.Unde ſm̄ Augu-
ſtinum monumentum eſt quaſi mentem monens:quod magis
ſit per multiplicationem monumentorum.vnde finis principa-
lis ſepulture magis habetur per diuiſionem corporis ꝙ per vni
tatem.¶ Nec eſt ſimile de corpore viuo ꝙ per ſeparationem par
tium eſſentialium moritur ⁊ perdit ſpem ⁊ facit homicidam:nō
ſic autem diuiſio cadaueris.Nec eſt inhumana diuiſio corporis
ꝙ non leditur propter ſalutem anime magis ꝙ abſciſio membri
viui propter ſaluteꝫ membri principalioris vel totius corporis
Nec obſtat figura manens que cito p̄ naturā diſſoluēda eſt.Pōt
autem accelerari opus nature propter bonuꝫ virtutis nec cor-
pus mortuum magis refugit diuiſionem ꝙ lapis.Unde non eſt
magis peccatum ipſum diuidere ꝙ lapidem:maxime propter
bonum defuncti.Secus eſt ſi aliter fiat vt faciunt violatores ſe
pulchrorum propter lucrum vel impij inſultātes ſepulto cōtra
humanitatem vt fecerunt philiſtei de corpore Saulis defuncti
primi Regum vltimo.¶ Ad aliud dicendum ꝙ fames ⁊ ſitis que
ſunt in pena originalis laudabiliter appetuntur ad ſatiſfacien-
dum per ieiunium.Et ſimiliter diuiſio poſt mortem.¶ Unde
quidam papa qui in vita ſua dederat ſe demonibus ⁊ fecerat ho
magium:in fine penitens iuſſit manus quibus homagium fece
rat ⁊ pedes precidi ⁊ caput.¶ Ad tertium dicendum ꝙ contra
communem conſuetudinem eccleſie nihil eſt faciendum.ſed fa
cere aliquid melius ꝙ habeat communis eccleſie conſuetudo
non eſt malum nec contra eaꝫ.vnde diuites qui ordinant ꝙ an-
niuerſaria eorum pluries in anno fiant nō male faciunt quāuis
eccleſia non conſueuerit niſi ſemel.Item etiam propter bonum
ſit aliquod nouum in eccleſia quod non eſt ſolitum ſicut ꝙ pa-
pa reſignet vt celeſtinus vel cardinalis vt Hieronymus.¶ Pre-
terea videtur inconueniens ꝙ propter expectationem magno-
rum liceat diuidere corpus ⁊ non propter multiplicationem ſuf
fragiorum vel alias cauſas ſpeciales predictas.Neceſſe verum ꝙ
ſepultura non ſit propter ſuffragia cum ſint propter memoriaꝫ
que non proficeret defuncto niſi quia excitat ad orandum ⁊ ani
mam mortui commendandam ſecundum Auguſtinum.
¶ Ad argumentum dicendum ꝙ Papa non dat priuilegium me-
tiendi ſed corpus diuidendi propter ſuffragia.Ex quo patet ꝙ
non eſt de ſe malum:ſed ſolum quia prohibitum iure nouo per
decretalē bonifacij q̄ incipit deteſtande:alias ſi eſſet de ſe malū
papa nō cōcederet nec cōcedere poſſet ſup hoc alicui priuilegiū.

Diſtictio prima.

Circa.36.diſtinctionem q̃runtur quinq̃ de connexione virtutũ. Primũ eſt de cõnexiõe acq̃ſitarũ cum theologicis. Secundũ de connexiõe moraliũ cum intellectualibus. Tertiũ eſt de cõnexione moraliũ adinuicẽ. Quartum de cõnexiõe gratuitarũ adinuicem. Quintũ de cõnexione viciorum.

Q̃o.1. Primum.

¶ Primo ergo q̃ritur vtrũ virtutes morales acq̃ſite ſint cõnexe cũ theologicis. Et arguitur ꝙ ſic. q2 ille virtutes ſunt connexe quarũ vna non poteſt eſſe ſine alia. ſed virtutes morales acquiſite non pñt eſſe ſine theologicis nec theologice ſine illis. ergo omnes iſte ſunt adinuicem cõnexe. Maior de ſe patet ſed mior probaẽ quo ad duas eius partes. Et primo ꝙ theologice et maxime caritas non poſſunt haberi ſine moralibus. q2 tota lex per caritatẽ impletur ſm illud Rom̃.xiii plenitudo legis eſt dilectio. ſed lex non poteſt impleri ſine actibus virtutum moraliũ. de illis eñ dantur precepta legis actus autẽ preſupponũt habitus. ergo neceſſe ẽ ꝙ caritas coexigat habitus virtutũ moraliũ.

¶ Idẽ pȝ quo ad ſecundũ. ſ. ꝙ virtutes morales coexigũt caritatẽ q2 ea que ſunt ad finẽ hñt ꝯnexionẽ cũ fine: ⁊ cũ eo ſumunt rõez. ſed virtutes morales ⁊ actus ⁊ obiecta ⁊ fines eorũ ordinãtur ad finẽ caritatis. ergo coexigunt caritatem.

In oppõȝ

¶ In contrariũ arguitur. Primo: ꝙ caritas poſſit hñi ſine virtutibus moralibus: ⁊ hoc ſic. hñs habitũ virtutis moralis acq̃ſite operatur ꝓmpte: ⁊ faciliter ſm illũ habituȝ preſentato ſibi obiecto. ſȝ hñs caritatem pñtato ſibi obiecto virtutum moraliũ nõ operaẽ ꝓmpte ⁊ facilẽ vt pȝ in illis q̃ de cõſuetudine maloꝝ actuũ cõuertunẽ ad deũ ⁊ tñ tales habent caritatẽ q̃re. ⁊c. ¶ Idẽ ꝓbaẽ. ꝙ alie virtutes poſſint eẽ ſine caritate: q2 virtutes morales acq̃ſite non amittunẽ ꝑ vnicũ actũ malũ ſicut nec ꝑ vnicũ actũ acq̃runẽ ſȝ habens caritatẽ amittit eam ꝑ vnicuȝ actũ viciosum. ergo ea amiſſa remanent virtutes morales: ⁊ nõ exigunt neceſſario caritatẽ.

Rñſio.

¶ Rñſio ad euidentiã iſti⁹ q̃ſtionis ⁊ ſequentiũ ꝑmo videndũ ẽ quot modis virtutes ſint adinuiceȝ cõnexe. poſtea deducendum ẽ in ſingulis modis quomõ ſe habeant virtutes theologice ad morales ⁊ econuerſo.

¶ Quantũ ad primũ ſciendũ ẽ ꝙ duplex ẽ mod⁹ ꝯnexionis in gñali ſcȝ eẽntialis ⁊ diſpoſitiuus. Eſſentialis adhuc ẽ duplex. Primus ẽ ſm ꝙ vna virtus depẽdet ex alia quãtũ ad illũ qõ eſt i ſua q̃ddita te ⁊ eẽntia ſicut oĩs virt⁹ moralis acq̃ſita dependet a prudẽtia ⁊ ecõuerſo. Scðs eſt cũ aliqua ꝯnectunẽ inẽ ſe nõ imediate: ſed mediante tertio: ꝙ ẽ ꝯnexũ cũ vtroq̃ȝ. ⁊ ſic virtutes morales ꝯnectũẽ inter ſe mediante tertio / ſcilȝ prudẽtia. vt patebit inferi⁹. ¶ Alios duos modos ꝯnexionis eẽntialis addunt aliq̃. Et terti⁹ ſit ſȝ ꝙ virtus reſpicit bonũ toti⁹ ad qõ bonũ ꝑticulare hȝ ordinari ⁊ a q̃ ei⁹ ꝑfectio depẽdet a ꝑfectõe toti⁹. ſicut q̃lȝ virt⁹ ꝑticularis q̃ reſpicit bonũ ꝑticulare vni⁹ hoĩs dependet a iuſticia legali q̃ reſpicit bonũ toti⁹ cõitatis ⁊ iſte mod⁹ ꝯnexiõis diciẽ eſſentialis. q2 vna virtus ex ſe ⁊ ex naturali ordine quẽ habet ad alterã conſeq̃tur ſuã ꝑfectionẽ ⁊ ſuũ bene eſſe: ⁊ iſta ꝯnexio ẽ ad vnũ ſimpliciẽ. q2 iuſticia hec eſt vna virtus vnitate vnius eſſentie ſimplicis. ¶ Quartus mod⁹ cõnexionis eẽntialis ẽ: ſm ꝙ plures virtutes req̃runẽ ad faciẽdũ vnũ totũ ꝑfectũ ſicut ſi dicam⁹ ꝙ ad ꝑfectionẽ mũdi req̃runẽ oẽs ꝑtes mundi ꝑncipales puta celũ ⁊ elemẽta ⁊ breuiter oẽs ꝑtes ei⁹ principales ita ꝙ mũdus ad hoc ꝙ ſit ꝑfect⁹ req̃rit oĩa iſta / ac coexigit ad h̃ ꝙ conſtituant vnum totũ ꝑfectũ ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ habeãt ſuũ eſſe ꝑfectum in toto vna illorum req̃rit aliã ⁊ coexigit. Similiẽ ſi imaginemur hominem habentem oẽs ſcientias quaſi q̃ddam totum conſtitutum ex omnibus illis in eſſe ſpirituali exigentur ad eius conſtitutionem in eſſe ſpirituali omnes ſcientie ad hoc ꝙ conſtituant vnum ꝑfectum ſcientem / ita ꝙ ſicut mundus exigit ſuas partes principales vnam ⁊ infimam / et grauiſſimam puta terram. aliam leuiſſimam: et omnibus corporibus elementaribus ſupeminentem puta ignem ⁊ vlterius celuȝ a quo omnia iſta dependent ⁊ mouentur: ſic homo ad ſuam ꝑfectionem ſpiritualem requirit omnes ſcientias que ab homine ꝑ lumen naturale intellectus agentis poſſunt hñi. puta: methaphiſicã / phiſicam / mathematicã rõnalẽ ⁊ moralem. vnã inferiorẽ. aliã ſuperiorem ⁊ nobiliorẽ ⁊ vnam omnes alias regulantem. ſ. metaphiſicam ꝙ q̃dem an ita ſit pulchram habet ſpeculationẽ ꝙ iſte ſcientie habẽt ꝯnexionẽ eẽntialem a toto: ⁊ dependentiã in ſuo bñ eſſe a toto ⁊ vna ab alia ſm ꝙ ſe exigunt ad ꝯſtitutionem totam. Et differt iſte modus a primo / ⁊ tertio: q2 eſt in illis connexio ex ordine vnius vel plurium ad vnum ſimpliciter: ſed iſte modus eſt ex ordine vnius vel plurium ad vnum ſimpliciter: ſm quod eſt vnũ ordine ita qõ prima cõnexio eſt cuiuſlibet virtutis moralis. tertia cuiuſlibet virtutꝫ ꝑticularis ad iuſticiã legalẽ. quarta ẽ cuiuſlibȝ virtutis ꝑticularis ad q̃libet aliã i cõparatione ad conſtituendũ vnũ totũ ꝑfectum.

Durand⁹ d.pñti. q.1

¶ Alio modo ſm ꝑmos aliqua cõnectunẽ diſpoſitiue. q2 diſpoſitio attẽditur inq̃ñtũ ſubiectum ꝑ vnũ eorũ diſponiẽ ad melius ſe habendum in altero vel in actu alterius: et illud quãtum ad virtutes ꝯtigit dupliciẽ. vno mõ q2 ſbm̃ diſpoſitũ ꝑ vnã virtutẽ poteſt magis ꝑfecte ⁊ magis purc elicere actuȝ alterius q̃ poſſet facere ſine ea. ⁊ ſic virtutes morales diſponũt ad virtutes intellectuales. q2 hõ bene diſpoſitus per virtutes morales q̃ ſedant mot⁹ paſſionũ purius ⁊ ꝑfectius põt in actũ virtutum intellectualium. ¶ Alio mõ attenditẽ illa diſpõ ſȝ ꝙ vna virt⁹ magis firmaẽ ⁊ magis reſiſtit actui cõtrario ꝑ hoc ꝙ ꝯiũgiẽ alteri virtuti ſicut tẽpãtia cũ fortitudĩe magis firmaẽ ad reſiſtẽdũ actui i tẽpato q̃ ſine fortitudĩe. tẽpat⁹ ei magis diſponiẽ vt ꝑ terrorẽ terribiliũ nõ ꝯmittat actum turpẽ.

Durand⁹ vbi ſupra.

¶ Quantum ad ſcðȝ diſcurrẽdũ ẽ ꝑ modos ſupra poſitos. dicũt q̃ ꝑmi ꝙ virtutes morales non depẽdẽt a theologicis primo mõ. ſ. q̃ñtũ ad ſuã eẽntiã ⁊ q̃dditatẽ cũ ſine eis poſſint haberi. ⁊ h̃ pȝ dupliciẽ ꝑmo ſic. ſicut ſe hñt ſtat⁹ ad inuicẽ ⁊ ꝑfectiões ſtatib⁹ ꝯuenientes. ſȝ ſtat⁹ nature põt eẽ ſine ſtatu grẽ ⁊ ſtat⁹ grẽ ſine ſtatu glĩe: ergo ⁊ ꝑfectiones iſtis ſtatibus cõuenientes poſſunt eſſe ſine inuicem. ſed perfectio naturalis ad quam homo poteſt attingere ex naturalibus: eſt perfectio moralis / vel virtus moralis acquiſita. ergo homo poteſt habere virtutes morales acquiſitas ſine theologicis pertinentibus ad ſtatũ vie ſeu patrie.

¶ Et ꝯtraẽ. q2 ſȝ doctores ꝑm⁹ hõ potuit creari

ſine gr̄a i puris naturalib⁹ i quo ſtatu potuit acq̄
rere virtutes moꝛales ꝙuis non poſſet per eas in
actum meritoꝛium vite eterne. ¶ Secundo patz
idē ſic homo q̄ pōt ꝓmpte et faciliter i obiectum
ꝯueniens potentie tā itellectiue ꝙ appetitiue/ eſt
vere virtuoſus. ſed virtutes tam intellectuales ꝙ
moꝛales etiā ſine theologicis faciunt ꝙ hō ex pu=
ris nālibus pōt tendere prompte ꝛ ꝑfecte in obie
ctum conueniens potentie itellectiue ꝛ appetiti=
ue. ꝗ talis ē vere virtuoſus quātū ad virtutes ac=
q̄ſitas. Maioꝛ pʒ ex. 2. ethicoꝝ. vbi dr̄ ꝙ virt⁹ ha
bentē ꝑficit ꝛ ꝙ ſignum gn̄ari habitus ē ſentire in
ope delectationē ꝑ quā pōt ꝓmpte ꝛ faciliter opa
ri. Maioꝛ ꝓbaꝛ qꝛ obm̄ cōueniens itellectui hūa
no ſm̄ ſtatū preſentē ē veritas reꝝ ſenſibilium: et
q̄ ex ſenſibilib⁹ pōt ꝯcludi i hanc aūt vl̄ eius co=
gnitionem poteſt homo ſine caritate vt de ſe patʒ
qꝛ habens talē cognitionē ſi amittit eam ꝑ culpā
ꝑ quā tñ amittit caritatē. obiectuʒ vero virtutis
moꝛalis eſt bonum ex genere ꝛ circunſtātijs oꝛdi
natum in debitum finē et cōſtat ꝙn tale bonū pōt
appetit⁹ tendere ſine caritate vt ſi aliquis det ſu=
ſtentationem alicui ſtudenti inq̄ſitiōi veritatꝭ in
digenti. ꝗ ſine virtutibus theologicis ꝛ maxime
ſine caritate pōt hō tendere ꝓmpte/ ꝛ faciliter in
bonū ꝯueniens virtuti itellectiue ꝛ appetitiue hoc.
aūt nō eſſet niſi virtutes acquiſite tam intellectua
les ꝙ moꝛales poſſent eſſe ſine theologicꝭ. ꝛ maxi
me ſine caritate quare ꝛc. ¶ Sed dicet aliquis ꝙ
nullus actus appetitiue virtutis eſt bonus ꝛ vir=
tuoſus niſi oꝛdineꝛ ad finē vltimū quē reſpicit ca
ritas ꝛ ſic nullus poterit tendere in bonuʒ moꝛale
virtuoſe ſine caritate. Sed iſtud nō valet qꝛ ſi il=
lud totum. ſ. bonū opus ex genere cum fine ꝓxio
non eēt op⁹ virtuoſum niſi icludendo finē carita=
tis puta ꝙ hoc totum fiat ꝑꝑ vitam eternam tunc
ſic ſe haberet actus bonus ex genere cum ſuo fine
ꝓximo ad finē quē principaliter intendit caritas
ſic et bonū opus ex genere puta dare paupi ſe ha=
bet ad finē ꝓximū ſʒ ita ē ꝙ bonum opus ex gene
re non hʒ aliquā ſpecialem virtutem a qua eliciaꝛ
preter illam q̄ reſpicit finem ꝓpꝛium vel ꝓximum
ꝗ ſimiliter totum opus ex genere bonum cum fi=
ne ſuo nō haberet aliquā aliā virtutē a caritate a
qua eliceretꝛ ꝙ falſum ē qꝛ tunc ſequeretur ꝙ nō eſ
ſet aliqua alia virtus ꝙ caritas ergo opus bonuʒ
ex genere includens finem conuenientem ꝓximū
hoc eſt virtuoſum et hoc vt dictum eſt poteſt eſſe ſi
ne caritate. ideo. et cetera

¶ Item virtuoſum eſt attendere ad bonum ſibi
couenienſ ſcd̄m ſuam naturā. ſed bonū cōueniēs
homini ſm̄ ꝙ homo eſt opari ſm̄ rectam ratōem
cui⁹ rectitudo pōt eſſe ſine caritate quantū ad co
gnoſcibilia ꝛ agibilia naturaliter. ergo vera virt⁹
acquiſita poteſt eſſe in homine ſine caritate. ſic er
go patet: ꝙ virtutes acquiſite non ſūt cōnexe cū
theologicis ꝓmo mō ſic. ſ. ꝙ eēntia vni⁹ depēdeat
neceſſario ex eēntia alteri⁹. Sic igr̄ acq̄ſite ñ ꝯnectūꝛ
cū theologicis ꝓmo mō. i. eēnaliter ꝛ immediate.
cōſtat enim multos habere theologicas q̄ nullaʒ
habent acquiſitam. ſed magis maliciam oppoſi=
tam habitui: vt qñ peccatoꝛes cōuertūtur vel ba
ptiſātur. Sed illa ratio de fine duplici ñ videꝛ bñ
concludere qꝛ omnis habitus moꝛalis agit ꝓpter
finem. nec poteſt eſſe aliquis habitus q̄ eliciat vel
imperet actū aliquē niſi ꝑꝑ finem. idcirco bonita
ti ex genere preter illam q̄ eſt ex fine nullus habi=
tus rñdet. ſed diuerſaꝝ virtutū ſunt diuerſi fines
ſicut iuſticia legalis nō eſt vna virtus cū iuſticia
ꝑticulari. qꝛ finis eius eſt bonū cōe illius autem
bonū ſingulare vel ꝑticulare. ꝛ ſic nō opoꝛtet ca
ritatem eē eandem virtutē cum alijs. qꝛ altioꝛem
finem connectatur.

¶ Quantū ad ſecundū modum connexionis. ſcʒ
mediante tertio: dicunt primi ꝙ nec iſto mō con=
nectunꝛ acquiſite cū theologicis. qꝛ preter virtu=
tes acq̄ſitas ꝛ theologicas non ſunt alij habitus
niſi dona: ſed rōne donoꝛum nō pōt eſſe connexio
virtutum acq̄ſitarum cuʒ theologicis nec ecōuer
ſo: ergo virtutes acq̄ſite non connectunꝛ cū theo
logicis mediante tertio. ¶ Qꝫ aūt per dona nō
poſſint connecti virtutes acquiſite cum theologi
cis pʒ. qꝛ per eaſdem rōnes per quas ꝓbatum eſt
ꝙ virtutes acq̄ſite non neceſſario dependēt a the
ologicis. pōt ꝓbari qꝛ nō dependent a dōis: ergo
ratione donoꝝ non habent cum aliquo cōnexōeʒ

¶ Inquirendo aūt de iſta connexione mediate i
tertio videꝛ eſſe inſtantia. qꝛ. ſ. ſicut moꝛales con Inqrit doctoꝛ de iſto
nectūꝛ in prudētia qꝛ ñ pñt eē ſine illa: nec ecōuer 2. mō cōne
ſo. ſic politice ꝛ theologice i diligēdo deū ſuꝑ oīa xionis.
niſi hēat ōs theologicas cū ꝑ h̄ careat oī moꝛtali
q̄ enim mandatum dei peccando moꝛtaliter īfrin
git non diligit ſuꝑ omnia ꝓcipientē cuius ꝓcepꝫ
non cuſtodit immo plus diligit illud qd̄ contra ꝓ
ceptum eligit ꝙ ipſum precipientē. ꝗ ſi diligit deū
ſuper omnia non ē in moꝛtali ꝛ per ꝯñs ē in gratia
cum non ſit dare medium et ꝑ ꝯñs hʒ omēs virtu
tes theologicas ſine quibus non eſt gratia. E con
trario q̄cunqꝫ hʒ oēs virtutes politicas cōſtat ꝙ
diligit deū ſuper oīa. qꝛ quicq̄d eſt de dictamine
ratiōis naturalis ꝑficitur ꝑ v̄tutes politicas q̄b⁹
ipleꝛ legē nāe: ſʒ de lege nāe ē pl⁹ diligere deū ꝙ ꝓ
ximum et ſeipſum. ꝗ nō poteſt habere virtutes po
liticas quin diligat deum ſuper omnia et per ꝯñs
q̄n habeat omēs theologicas et iſtud vꝛ ꝓbabili⁹
Si q̄s tñ ob reuerentiā philoſophoꝝ vellet tenere
aliam opinionem qui videnꝛ habuiſſe omnem po
liticam virtutem et moꝛigeratiſſimi exiſtēies nō
tamen habebant fidem et talis poſſet ſic euadere
qꝛ diligere deum ſuper omnia ē eius precepta ſer=
uare ſuper oīa. q̄cunqꝫ ergo ſeruat oīa precepta
legis nature diligit deum ſuꝑ oīa quātum virtu=
tes politice requirunt dato ꝙ non faciat precepta
legis poſitiue ipſius dei. et hoc ſufficiebat ad ha=
bendum virtutes theologicas tempoꝛe legis an=
tique q̄ non liberat niſi populum iudeoꝝ ꝙuis eti
am fides mediatoꝛis oībus neceſſaria eēt ſʒ ꝓter
hoc ꝙ lex euangelica ē vniuerſe creature ꝓdicata
ꝛ idicta oʒ iplere ei⁹ poſitiua ꝓcepta vt de bapti=
ſato ꝛ penitēdo ad q̄ nō ſufficiūt virtutes politice
ſi q̄s ꝗ oēs politicas haberet deum ſuper omnia
diligeret implicite et explicite ſeruando que ſunt
nāe nō gr̄e. qꝛ nō ſibi reuelareꝛ nō poſſet iplere ꝓ=
ceptū de bapeiſmo ꝛ penitētia ꝛ ſic nō hrēt theo=
gicas cū politicis. Sʒ ſi q̄s recte conſideret hoc
ē euadere. qꝛ nemo ad impoſſibile obligaꝛ vñ ſi fa
ceret debitū ſuum de omnibus nālibus deus ſibi
reuelaret ꝑ ſe vl̄ ꝑ alium ꝙ eſſet neceſſarium ad ſa=
lutem. ꝛ ſic videꝛ impoſſibile ꝙ oēs politicas hēat
ꝑfecte quin habeat theologicas.

¶ Quantum ad tertium modum dicū i ſcd̄i qui 3. modus
ponunt ipſum ꝙ quantum ad connexionem et de Sed.

pendentiam qua virtus pticularis depēdet ab ea
q̃ ordinatur ī bonum cōe nō q̃tum ad suā eēntia-
lē bonitatē sʒ q̃tuʒ ad suū bene eē sicut q̃lʒ virtus
pticularis dependet ī sua cōpleta pfectione ex iu
sticia gñali sic oīs ꝟtus acq̄sita depēdet a carita
te ita q̃ act⁹ cuiuslʒ virtutis hūane nō ordinatus
in bonū in qd̄ caritas īclinat deficit a cōpleta pfe
ctione actus virtuosi. qꝛ sicut se hʒ q̃libet virtus
pticularis q̃ respicit bonū pticulare vni⁹ psone ad
iusticiā gñalē q̃ respicit bonū cōe ita quātum ad h̃
se hʒ q̃libet virtus acq̄sita q̃ respicit bonū hūanū
ſm q̃ humanū ad caritatē que respicit bonū diui-
nū q̃ ē pfecti⁹ bonum ꝛ vniuersali⁹. nā sicut bonū
cuiuslibʒ psone dʒ ordinari in bonuʒ cōitatis ita
bonū toti⁹ creature dʒ ordinari i bonuʒ cōitatis:
ita bonū toti⁹ creature dʒ ordīari ī bonū diuīū: sʒ
si quis ita exercitaret se in actib⁹ ꝟtutū particula
rium q̃ hoc nō ordinaret ad bonū cōmune ad hoc
q̃ quilibet ordinat̃ p iusticiā gñalem cum tñ ī po-
testate ei⁹ esset sic agere q̃ posset ordinari p iusti-
ciā gñalē ī illd̄ bonū cōe talis clpabilis eēt ꝛ defe
ctuose ageret omittendo illud q̃ debebat itēdere
ḡ a simili cū in potestate cuiuslʒ sit habere carita-
tem faciendo q̃ ī ip̄o ē ꝛ debēt ordinare opera sua
ī finē caritatis vt in obm̃ sequit̃ q̃ q̃libet exercēs
opera virtutū acq̄sitaꝝ nō ordinando ea in bonū
ī q̃ inclinat caritas agit defectuose nō pp hoc q̃
agit actū virtutꝫ pticlaris. qꝛ hoc bonū ē: sʒ q̃tū
ad hoc q̃ omittit ipsuʒ ordinare in bonū in quod
debeat ꝛc. ico aūt actu vel habitu. qꝛ illi q̃ sunt ifi
deles habendo negationē vel priuationē fidei: et
etiā illi q̃ sunt ī pctō mortali nō peccant actualit̃
nouo peccato omissionis ī actu q̃libet quē agunt.
sʒ solū tunc quando tenēt̃ actualiter referre ī deū
qꝛ ē p̄ceptū affirmatiuū qd̄ nō obligat ad semper
sʒ sicut dicit̃ q̃ diligētib⁹ deū omnia cooperantur
in bonū habitualiter ex hoc scʒ q̄aliq̄s actualiter
loco ꝛ tēpe ordinet ī deū oīa sequentia q̃ facit etiā
cum actu de deo nō cogitat ꝛ opa ei⁹ dicunt̃ meri
toria habitualiter ex illa actuali ordinatione p̄ce
dente ita oīs act⁹ existentiū i mortali ex hoc q̃ nō
ordinarent se ꝛ sua ī deū q̃ñ debuerunt: ꝛ tñ actu
de hoc nō tenētur cogitare dicunt̃ demeritoria hi
tualiter ex cōcomitantia illius omissionis: et ex
defectu illi⁹ ordinationis q̃ debuit eē loco ꝛ tempe

4⁹. mod⁹ ¶ Quantū aūt ad. 4. modū ſm q̃ currunt virtu
tes ad faciendū vnū pfectū sic ad pfectionē natu
ralē nō req̄runt̃ theologice si tñ possint hr̄i omēs
politice sine illis nec ecōuerso ad pfectionē super
nālē requirūt̃ acquisite cuʒ puri ꝛ ī fine pfectentes
soluent̃ p habit⁹ infusos solos: sʒ ad pfectionem vi
atoris simplr̄ req̄rūtur vtreq̃ acquisite q̃dā vt hō
ē ad ciuilitatē hūanā/theologice aūt vt ē xp̄ianus
5. modus. ad ciuilitatem ecclesiasticā ptinet. ¶ Quantum
Durand⁹ aūt ad. 5. ꝛ vltimū modū supra tactū de cōnexiōe
vbi supra. dispositiua dicūt primi q̃ virtutes theologice exi
gūt virtutes morales acq̄sitas vt puri⁹ ꝛ feruēti⁹
eliciant actū suū. qꝛ illi ī qb⁹ nō sunt sedate passi
ones appetit⁹ sēsitiui q̃ sic p virtutes morales nō
possunt ita pene intēdere in cognitionem diuine ve
ritatis nec ita feruenter in dilectionem diuine bo
nitatis sicut si in eis essent passiones sedate. quia
quanto vna potentia intensiue est ītenta circa ali
quam operationem suam tanto alia potentia re-
trahitur ab operatione sua nisi vna operatio ten
dat in idem cum alia vel iuuet dispositiue ad aliā

